




quadriplex mors: politia^{na} rati^o: spūal: corp^{is} et na



~~Butler 16~~






INITIVM SAPIENTIE TIMOR DOMINI



ANTONII

HONGALAE YANGVENSIS SACRAE THEOLOGICAE MAGISTRI, ABULENSIS CANONICI PENTAPLON CHRISTIANAE PIETATIS.



INTERPRETATUR AVTEM PENTAPLON, QUINTUPLEX EXPLANATIO.

Cum privilegio. 1534



Deel Colegio de la Compa. de Jesus de Granada



AD AVGVSTISSI

M. V. M. HISPANIARVM PRINCIPEM. D.

Philippum, Caroli quinti Caesaris filium, Antoa-
nius Honcala professione Theologus
Abulensis Ecclesie Canonicus.

Librorum nomina: & ordo.

Anthetion, Primus liber inscribitur, qui oppositos virtutum atq; victorū gra-
dus continet.

Stauricon, Secundus, de arcanis dominicæ crucis sacramentis.

Apophas, Tertius, veluti miraculorum per expressum Crucis signum editorum
appendix.

Epinicton, Quartus, expugnatæ Tunetis enarrans victoriam.

Eulogicon, Quintus, de benedictionibus spiritalibus.



Ylter esse vias: alterā virtutis

quæ in cælum inferat, alteram voluptatis quæ ad inferos depri-
mat, per quas humanā vitam progredi necesse est. In clyte Prin-
ceps, non modo poete, vt Lactantius Firmianus asserit, suis car-
minibus cecinerunt, & philosophi in suis disputationibus tra-
didit, sed eisdem quoq; duabus viis libri sacri sunt passim
referti. Etenim Pythagoras ille Samus humanæ vitæ cursum

Ylter dixit esse similem. Quod vnus, quisque hominum, cum primū adolescentiæ
limen attigerit, vbi se via partes findit in ambas, hæreat nutabundus, in quam se par-
tem potius inclinet. Sed si commodum nactus sit ducem, qui ad meliora dirigat, dex-
tram sequetur viam, quæ licet primo aditu ardua sit & confragosa, & per se progres-
sionibus mille labores obiciat, & plena sit periculis, tamen ad summum perueniēt
bus requiem præbeat optatissimam. Quod si recte monenti ille non pareat, læuam te-
nebit, quæ florulenta quadam ambiguitate ambiguum allexerit, quemq; ipsam delictis
fluentem, ac voluptatibus perstrictum libidibusque exhaustum, ad immane tandē
præcipitum protrudat. Poeta quoque insignis pulchrum, philosophi inuentum pul-
chro carmine celebravit, quod non grauior adscribere, vt concinna modulatione
incurdissimum auidius auribus percipiatur, altiusque percipientium animis hæreat,
Sed iam ipsi impostani sua iustitia cantu philosophantem audiat libenter tua celsi-
tudo.

Ylter Pythagoræ discernitne secta bicornis,
Humanæ vitæ speciem præferre videtur.
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilem q; aditum primū spectantibus offert.
Sed requiem præbet fessis in vertice summo,
Molle ostentat iter via lata, sed vltima meta
Præcipitat captos, voluitque per ardua saxa:
Quisquis enim duras casus virtutis amore
Vicerit, ille sibi laudemque decusque parabit:
At qui desidiam, luxumque sequetur inertem,
Dum fugit oppositos, vesana mente labores,
Turpis inopsque simul miserabile transiget æuū.

Hæc eadem fete a Prædico Sophista quodam in loco suorum librorum sapientissime
scripta esse, magnus Basilus refert, Herculem, scilicet, cum is adolescens esset, ferme
ista tuæ celsitudinis ætate diu secum multumque dubitasse, vtram viam caperet, cum
duas videret, vnam voluptatis, alteram virtutis. Inter ambigendum autem duas ac-
cessisse matronas, has vero esse virtutem & malitiam: statim quidem igitur, & si illæ
silerent, manifestam fuisse diuersitatem illarum. Videri enim alteram accuratissime
ornatam, fluentem delictis, & omnium voluptatum examen post se ferentem, hæc itaq;

omnia ostentantem & multo plura pollicentem secum trahere. Herculem tentantem.
Ateram vero asperam & duram, senereque intuentem tanta contradixisse, pollicentem
nec voluptatem aliquam, nec quietem, sed labores, pericula, sudoresque infinitos terra
marisque tolerandos, premium autem illorum fore, ut ille aiebat, deum fieri. Virique ergo
tam philosophi, quam poetae de utraque via tradiderunt vere, virique tamen neque satis re
cte, neque satis exacte: quia oportuit vias ad vitam, fines earum ad mortem referri. At
diuini tractatores multo melius veritas atque plenus, qui duas istas vias caeli atque in se
rorum esse dixerunt, quia iustis immortalitas, iniustus poena aeterna proposita est. Ve
rum quia longum nimis esset, atque superuacuum vniuersa hac de re testimonia quae
in sacris literis continentur, hunc in locum conferre, sit in presentiarum, satis eum
locum duntaxat inferre, in quo magister caelestis aptissimo verborum discernendo
praedictas duas vias earumque fines diuinitus distinxit. Exhortans enim ille iam sibi
credentes, ut spreta illa latissima voluptatis via, quae per eam gradientes ad interitum
extremum attingit, eligant sibi arctam quae per angustum virtutis callem incedentes
in vitam vere vitalem introducit. Sic ait. Intrate per angustam portam, quia lata por
ta & spaciola via est, quae ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam. Quae
angusta porta & arcta via est, quae ducit ad vitam, & pauci sunt, qui intuentur eam, hic
Mat. 7. Hierony. praestata mente considerare, id quod diuus Hieronymus sapienter adnotauit, quae
signanter de utraque via Iesus Christus praecipitor noster diuinitus locutus fue
rit: per latam multi, ait, ambulant, angustam pauci inueniunt. Latam enim non quaerimus,
neque longauestigatioe opus est, sponte se offert, & errantium est, angustam vero
rari quaerunt, nec quaerentes omnes inueniunt, neque qui inuenierint, statim ingre
diuntur per eam. Quid quod non pauci inuenta veritatis via, eademque ingressi ca
pitulosum, seculi voluptatibus de medio itinere reuertuntur, sicut & nonnulli diuinitus,
monitis perciti respiciunt & a leuia in dextram gressum reuocant. Nam quia nemo
repente fuit summus, siue probus fiat ille, siue improbus, quonia per alios atque alios
virtutum gradus atque virtutum, vel ad extremam nequitiam, vel ad consummatam pro
bitatem peruenerit, tam liberum est ei, qui recta progrediebatur, vel viae difficultati
bus deterrito, vel carnis blanditiis delinito ad peiora relabi, quam ei qui per iter
obliquum gradiebatur, prospectis animo futuris calamitatibus ad meliorem regredi.
Ceterum si ad vitam praesentis vitae metam ab utroque ventum sit, dispar obuen
tum conditio, dispar enim pro meritorum varietate felicitatis atque miseriae sortem con
sequetur. Par enim est, ut qui virtutem atque iustitiam ducit, ac optulante Chris
to amplexus sit, eamque vique ad extremum vitae habitum percipiat, is accepto
immortalitatis premio vera luce potitur. Qui vero ad uice malo illectus praerua
lerit vitia virtutibus, mendacium veritati, ad mortis occasum, & perpetuas tene
bras deferatur. Et quid aliud obsecro egit rex ille regum, & dominus dominantium
in stipite crucis pendens veluti pro tribunali duas inter vias collocato sedens, quam
iudicio quodam, & prudentissimo & aequissimo pro viatorum diuersitate, diuersas
ferre sententias? Quippe qui latronis alterius ex duobus illis qui secum utrinque pen
debant confessionem, officium, patrocinium atque votum, cum probasset, ipsam secum
eodem suae mortis amarulentae die deduxit in paradysum, alterum vero malo prauo
que animo affectum, nec non veteris & impietatis, & improbitatis pertinacem in ex
tremas passus est abire tenebras, horrentes heretis tenebras mortemque profundam:
haec demum sunt prima pietatis atque impletatis in utramque partem rudimenta, hi pro
borum atque improborum oppositis sibi gradibus in diuersum contendentiū profectus,
tales denique bonorum & malorum fines. Quae quidem omnia cum olim ego diu mul
tumque mecum ipse cogitarem, illud tandem in mentem venit, facere id quod solent, qui
breui tabella terrarum, & vrbium situs depingunt, & latissimas regiones modico in spacio
conantur ostendere. Curauimus igitur cum illa superius breuissimo verborum copendio
perstricta

per stricta potius, quam per tractata quae vel ad illas duas in diuersum tendentes vias
vel ad alias atque alios virtutum virtutumque gradus, vel ad longe a se discrepantia
vtrumvis iter facientium merita, vel denique ad extremos, & proci valde desitos
vtrorumque fines maxime faciunt, in tabula quadam non tam ambitiosa, quam
speciosa, non inepta prorsus ad figuratone depingere, idcirco fecimus eo libentius quod
sperabamus multo magis vsui legentibus esse futura, quae si lo no stro quamlibet rudis
conscripta sunt, si accuratiori pictoris pincillo suscipia imaginibus expressa spectan
tium ante oculos commodum proponerentur. Nam quoquo modo visa magis mo
nent, quam audita solum, aut lecta. Et ut elegans, inquit poeta. Segnius irritant animos
demissa per aures, quam quae sunt oculis subiecta fidelibus, & quae ipse sibi tradit spe
ctator. Enimvero, libuit nobis excellentissime Princeps hoc opus quantum quantum
Oratio. sit, illud tunc cessit diuini dedicare, non quod censeremus ipsum tanta excellentia di
gnum, sed quod ea sit dignissima, ut sic rerum diuinarum studiosi communit legentium
intelligenti vtilitati, quod tamen in primis cuncti labores illorum tanto principi defu
dent. Deinde quod eam serenissime princeps agas etatem, cui sit per commodum talibus
spectaculis immorari, quo rerum in utramque partem adeo diuersarum exitus
animo isti tuo candidissimo iuxta ac foelicissime nato penitus infideant, ut ad summam
tendentem semper sit exploratum, quid in huius vitae curriculo totis virtutibus vitandum
sit, quid ve sequendum. Quid quod in eadem pictura facile relegere poteris illa docu
menta huius vitae degendae saluberrima, regique futuro honestissima, & christiano
principi sanctissima. Quae auribus tuis communissimis iam olim infillat Egregius ille
celestudinis tuae praecipitor Magister Silicicus gratia tua Archiepiscopus Toletanus. me
ritissimus, vir cum sapientissimus, tum grauissimus, atque omnium quos nostra aetas
habuit instituto tali principi commodissimus. Adhaec ad crucifixi dexteram
oculos conuertens nonne cognoscis viam illam probatissimam? quam incredibilis
animorum alacritate atque constantissima periculorum laborumque tolerantia perama
bulantes vel potius percurrentes maiores tui auita nobilitate insignes optatissimis vi
dentissimi, innocentia singulari, clementiaque conspicua dilectissimi, & diuina qua
dam animi magnitudine tam in humanis, quam in diuinis rebus gerendis praestanti
ssimi summam apud deum & homines gloriam sibi comparauerunt. Agnoscas item
oportet illustrissimam illam feminam quae te huic mundo foeliciter edidit, feminam
cunctarum quas his temporibus vidit, tum oriens tum occidens pudicissimam, casti
ssimam & integerrimam: denique & viri sui amantissimam & Christi obseruantissi
mam. Aspicias ut imitatura morte nobis intercepta, sed per beate a terreno throno
ad caelestem prouehitur: aspicias ut superioribus illis spiritibus quos dum hic ageret,
habuit praesides, comitata in paradysum caelestem inducitur exoranda nitenti distin
ctaque pulcherrimis maximarum virtutum gemmis gloriae corona, Parens insuper
tuus Carolus Imperator Christiani orbis salus vniuersis imperatoriarum virtutum
numeris praeditus, hostibus christianis nominis maxime terribilis, inuictissimus, for
tunatissimus cultusque vere pietatis praestantissimus maiorum suorum gesta laudisque asse
cutus, ita vni tibi, quem tenerrime diligit, manum porrigit, ut facile praeventem imi
teris, & per ardua tollentem sequaris, ac subinde paternas virtutes auitaeque glorias
pulcherrimis gestis, vel quod necesse est exaeques & consequaris, vel quod maxime
optandum est superes si superari possunt. Nec verendum est, ut optimus pater opti
mo filio, id est se dignissimo aliquatenus inuideat, siquidem in vtriusque vtriusque cres
cit & effulget gloria. Quare perge princeps serenissime & qua te ducunt tam illustra
maiorum tuorum consummatae virtutis exempla gressum dirige, teque iam viam, quae
ad superos ducit ingressum aspiciens ad summam strenue contendere, sic tandem fiet
id quod maxime optamus, ut quanto longius auersus a praua impiorum principum
a 111

Ald Spectatozem

via procedis, tanto amplius per ptorum semitam incedens affiduis atq; manifestissimis, cum priuatarum, tum regiarum virtutum incrementis augearis, ac subinde cum aetatum accessionibus sic in dies te ipso rerum gestarū gloria fias maior, vt tandem omnium expetendorum summam teneas. Valet princeps augustissime, detque tibi summus ille atque maximus rerum princeps, & illa velle quę sint honestissima, & ea præstare quę sint optima.

Quisquis es, qui fixis oculis hanc tabulam intueris, & nouum picturę genus admiraris, totiusque propostę œconomię cupis authorem rationemq; nosse, ad dexteram crucifixi visus aciem intende. Videbis Honcalam, duobus tantum versiculis tantę rei summam complexum, Lege versiculos,

Honcala Pythagorę mentem dum mente repperidit,
His hominum fines distulit antithetis.

Is igitur vir ecclesiasticus alta quadam mente præditus, generi hominum se facturum opere præcium prouidit, si Pythagorę illam literam Christianam faceret, y, ac ea, qua Pythagoras ratione, in rerum cognitionem homines induceret, doceretque qua sit ingrediendum via iis, qui in cœlum euolare cupiunt. Et quibus obnitendunt moribus. Auspicemur itaque si libet ab ipsius literę fundamento. Cernis vt fateat in cunabulis infantulus obscura circumseptus nebula, ignoratione, videlicet, non solum rerum omnium, sed etiam sui ipsius, miserandus. Lege versiculos,

Heu facet in gremio tetra caliginis infans,
Ignarus rerum, nescius ipse sui.

Sed vide infantulum eundem iam puerum factum & ad literę biuuiū approperantem, qui nebulas quidem illas videtur euasisse, sed ad huc eadem tenetur incistia, ludat passerculo, troculo, & iis reculis, quibus illa çtas maxime capis. Porro in ipsa biuuii faucibus insistentem nomine cernis adolescentem, iam & ætate maturiore, sed ad huc lubrica, molli, tenera, fragili, atq; flexibili, vt cui nulla sit ratio vitę constituta, in summa, scilicet consiliorum infirmitate. Sed accelerat tamen hic noster adolescens ad portam, quam in biuuiosillo & quasi literę commissura vides, cuius portę exteriora latera duo Euangelistę hinc, atq; hinc circumstant: nec iidem muti, audi quid prædicant. Dexter Euangelistes. Arctæ est via, quę ducit ad vitam. Sinister vero hinc occidit. Lata est via, quę ducit ad perditionem. Peruenit tandem adolescens ille ad portam. Ecce tibi in ipso limine excipit venientem, atque iam iam ingressurū mulier illa voluptas dextra poculum omnium deliciarum plenum porrigens, quę incredibili quadam illecebra adolescentem ambit. Veni, inquit, inebriemur vberibus. Alteram præterea sceminam vides venerando quodam aspectu, sed mirum quam modesto & amabili. Hęc virtus est, habet & illa sua adolescenti dona prioribus longedissimilia, sinistra fasciculum veprium, dextra coronam, nulla in verbis blandimenta, sed mera veritas. Non coronabitur, inquit, nisi qui legitime certauerit. Nec porta ipsa suo non fungitur munere, adeo in vno homine commonendo, si sapere tandem aliquando posset, omnia laborant. Super liminare audi, qualia vota facit. Vitam sapiant, & intelligerent, ac nouissima prouiderent, sed transgrediamur portam, & dextrum literę ramum pergritemur attentius. Est profecto via illa, vt vides perdifficilis, & quę non parum sudoris afferat, iis qui omni ope conscendere obnituntur aspera, inamœna, lapidibus confragosa, nusquam iucunda, angustia, quantę & quoties offensiones sudantes retroagant, & pergere volentes. Ceterū ad cacumen peruenientibus quę subite rerum immutationes, quę lata omnia & facilia, spaciola, amœna, nec te fugiat, hos angelos quosdam esse, qui ascendentes suscipiāt, exhiarent, bono animo esse iubeant, cõfirmantes non multum tēporis interfore, quo ad Christū euolēt, imo ad esse Christū, qui pro vię laboribus antioche susceptis præmii meritū p̄soluat, suscipite, Ecce Christus cū diuinissima matre, & piissimo ap̄torū cœtu in illo solito perfulgido cõscedentem, & ad sese angelorū ope transuolantes incredibilis

Matt. 7.

Prou. 9.

2. Tim. 2.

Deute. 32.

Ad Spectatorem.

& diuina quadam gloria recipientem coronantemque triumpho permagnifico, sed quod pane præterieramus, huic, quã diximus, viã senticosã & inamabili affixa est tabella, nec muta, nec insipida, gradatione quadam persuasiva, ita tamen, vt a calce legendenda sit. Lege, Continentiam sequitur frugalitas, Frugalitatem grauitas, Grauitatem studium, Studium solertia, Solertiam prudentia, Prudentiam sapientia, Sapientiam alacritas, Alacritatem vita, Vitam felicitas, Nec incommutata tabella est, habet confusam Davidis imaginem basi stantem, qui porrecta manu, nos admonet, esse aliquid, quod audire debeamus.

Psal. 83.

Audi inquit. Ibunt de virtute in virtutem, & videbitur deus deorum in Sion. Admonet res ipsa, vt peragrata dexteriore parte ad sinistram reuertamur, vides hanc sinistram viam, quantas præ se ferat iucunditates: primum ampla est, floribus ac mille amœnitatibus peramabilis, delictis adlectans, voluptatibus inuitans, & quæ ingredi se volentes non deterreat. Animaduerte si libet, eam euntes viam quam sint hilares, quam nusquam offendentes, quam prioribus dissimiles, præterea quothominum millia, sed vbi venitur ad verticem, cum præ nimis angustis, vbi ponant pedem non habent, misere consistunt, imo pendent potius, & tandem viribus ac loco diffisit miserime cadunt. Excipit cadentes horcus horrendo suo oris hiatus ac mille dæmonum, Deus bone, qua facie, qua feritate, quam in his, qui deciderunt crudelitatem suam expronunt. Sic prior illa, vt videbatur felicitas, miserimis lustris supplicis. Vide quibus gradibus in hoc malum descenderint. Contemplare tabellam lateri viæ inherentem, & prioris gradibus demonstrantem antitheta, ita tamen, vt a fine legi se velit. Mollitiam sequuntur delicta, Delictas voluptas, Voluptates ocium, Ocium inertiam, Inertiam stultitia, Stultitiam insipientia, Insipientiam stupor, Stuporem mors, Mortem miseria, nec tabellæ comes deest. En vobis diuisi Iacobi effigiem occiditatem a latere. Concupiscētia cum concepta fuerit, parit peccatum, peccatum vero cum consummatum fuerit generat mortem. Huc imagini sue perpositum solem vide non lucidum & illustrem, & qui lætitiã illam suam mentibus intuentium insinuet, sed pallidum & obscurum, & qui terrorem incutiat, quem circumambit versiculus. Iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol sapientiæ non est ortus nobis, Sed iam media ipsius literæ percurramus, Christus crucifixus inter ipsos literæ ramos & brachia stat mediis. Crucis basis ac sedimentum sic Græce habet: *εργον αυφ' αγραμμω*. Item e regione latine loquitur vita vêtura, & nequid desideretur, paulo superius noue legis Hebraicis scriptum literis, *לפני מלך* Masca, quod Latine sonat sapientia, secundum crucifixi caput sunt etiam notulæ Hebraicæ ad hunc modum *והיה* tota scilicet & apex, quæ secretiora quædam ostendunt mysteria, quæ ipse author libello grandiusculo, quo tabulam suam interpretatur, copiosius & doctius prosequitur. Vide præterea pulchram coronidem, Titulum, videlicet, crucis Hebraicis, Græcis Latinisque literis scriptum, Sed qualis Christo adhuc pendenti appositus est, Dextram crucis partem insignit Paulus crucis buccinator eximius. Gratia Dei, inquit, vita eterna, in Christo Iesu: idem in sinistra item obloquitur, Stipendia peccati mors. Ab ipso vero crucis dexteriore brachio prodit versiculus. Ibunt hi in vitam æternam, A sinistriori vero: hi autem in ignem æternum.

Cur in hac tabula litera Pythagoræ aliter videatur descripta.

TAndem ne mireris obsecro candide spectator, si tabulæ huius author nõ eundem situm literæ Pythagoricæ seruauerit, quem communis omnium cõsensus ratioque ipsa scribendi seruadum docet, Constantem enim sinistram literæ partem laxior

Ad Spectatorem.

rem esse, & quæ latam illam viam representare deberet, quod & calami ductus manifeste coarguit, si situm & configurationem literæ ad nos ipsos, qui intuemur referas, quod idem ipse Pythagoras sensit. Sed author ipse Hæccala ad imaginem potius Christi crucifixi referri voluit, is enim illa verba de his, qui in arcta viã laborarunt, tanquã sententiã pronunciat, Ibunt hi in vitam æternam. Et rursus de his, qui viã illam latam cum voluptate peragrarunt, Hi autem in ignem æternum, Christo igitur loquenti, atque vniuersæ tabulæ situm & ordinem constituentis ratio p̄stituræ fuerat accomodanda. Cui sit laus per infinita sæculorum sæcula. Amen.

Ad lectorem.



Hiuero illud quoque offi-

cit nostri fuisse arbitrati sumus candido lector, videlicet expla-
 nare pluribus, quæ in tabula propofita confto, in arctum ftulo
 defcripta funt, quo fierent illuftriora legentibus, magifq; ex-
 pofita, ac pertinde notiora. Qua de re quinq; numero tractauit,
 auxiliante nobis Chrifto, edendos curauimus, eosdemq; fua
 pte natura fibi cognatos, & congruo quodam ordine inuicem
 connexos, qui omnes confumuntur in his explendis, quæ ad vitam probam ve-
 raq; pietate compofitam, commode degendam maxime faciunt. Primus igitur illo-
 rum eft is, cui nomen indidimus *αντιθετον*, Antitheton, id eft, contrapofitum, eo qd cõ-
 trarij fibi virtutum, victorūq; gradus, quibus itur ad summam felicitatem, vel ad
 extremam miferiam, e regione oppofiti in eo pertractant. Et ita pertractatur, vt ordi-
 ne quodam modoq; non prorfus inepto commonftrauerimus, primū quæ fit caufu-
 bet gradus natura, deinde quam late ille pateat, demum quo nexu proximo fibi cõpu-
 letur. Idq; fecimus fumpto argumẽto ex eo quod pofuit Paulus Apoftolus in sexto
 capite eius epiftolæ, quam fcripfit ad Romanos. Stipēdia peccati inois, gratia dei vi-
 ta æterna in Chrifto Iefu domino nostro. His plane verbis declarat gentium doctor
 poffe quidem mortales alio atq; alio itinere gradientes miferiam perpetuamque
 mortem per fe commereri, quia facile fit eis & procliuẽ a recta defletere. At vitã illã
 beatam æternãq; nullatenus eos poffe folis fuis viribus promereri, opus eft enim diu-
 no quodam dei fummi beneficio, præfentiffimoq; auxilio, quo homines ad illã vi-
 tam promerendam fiant idonei, & excitentur & adiuuentur vi quadam cõleſti, qua ad
 ipfam confequendam promoueantur. Idcirco enim diuinus Paulus meritorum gra-
 tiam prætulit, vt poſtea præmiorum gloriam inferret. At quoniam illam quam dixi-
 mus gratiam nulli hominum pater ille cõleſtis impartitur, niſi quatenus ei accõmo-
 datum fit meritum filij eius dilectiffimi, qui pro redimendo, liberando, iuſtificando,
 viuificando atq; beatificando homine acerbiffimam in crucis patibulo mortem ſu-
 ſtinuit, ſecundus debuit is effe tractatus, in quo pleraq; dominicæ crucis arcana diſse-
 runtur, & adeo diſſeruntur exacte vel potius exquisite, vt quoad per nos fieri potuit,
 imo quantum nobis eft diuinitus donatum bona pars sacramentorum illius, & con-
 gruis verbis, & pijs affectibus & obſeruationibus quibuſdam non omnino vulgari-
 bus fit explicata, hũc appellauimus *σταυρικον*, ſtauricon, quod Latinis cruciarium for-
 nat. Quod opus certo quodam conſilio principi noſtro dicauimus, nam quid ma-
 gis opportunum principi excellentiffimo, qui rerum potiatur, quam vtriuſque vitæ
 gradus exploratos habere? vt non modo nouerit, qua gradiatur quiſq; illorū, quos
 leuorſum decerrantes impetis premere & pœnis coercere, vel recta gradientes legibus
 inſtituere, præmijs augere debet, ſed etiam ſciat quo virtutis aut vitij ab vtriſq; peruen-
 tum fit, vt vel improbis corrigendis pro menſura delicti apponatur plagarū & mo-
 dus, vel probis exornandis pro virtutum profectibus addantur incrementa præmio-
 rum. Quid item dignius principe Chriſtiano quam ſacratæ crucis myſterium penſa-
 tus noſſe, per quod ad Chriſti ſacra fuerit initiatus, & militiæ cõleſtis factus fit con-
 forſ? Quid aut contententius eadem aut magis debitum, quam fulgentiffimum ama-
 bilis crucis vexillum in ſummo honore habere? cuius propugnator præcipuus eſſe
 debet, imo ſine quo nec ſuos, nec Chriſti, vel poti9 vtriuſq; hoſtes debellare nequeat.
 Idcirco congruenter ad modum tertio loco ſubtingitur *αποφαις*, Apophias, id eſt,
 appendix quædam plurimorum miraculorum, quæ a Chrifto paſſo ad hanc vſq; diẽ
 expreſſo dominicæ crucis ſignaculo ſunt diuinitus edita. Inter quæ multæ atq; mira-
 biles referuntur victoriæ, quæ præter ſententiã Chriſtiani Imperatoribus, Regibus,
 ducibus, ceteriſq; militibus propicio Chriſti numine cõtingerunt, Quod ſi non nũ-
 quam

Ad lectorem.

quam Crucifixi cultores a crucis hoſtibus ſuperantur, proſecto id mali non accidit
 qd illius vis fuerit exhausta, vel qd abbreviata fuerit manus domini, vt ſeruare ne-
 queat, ſed vel propter peccata noſtra animaduertendã, noſq; triſtibus exercendos,
 vel qd populi Chriſtiani proceres inter ſe tumultuantur imprudentiffime, & inſectis
 bellis inuicem ſæuunt, vel deniq; qd multo plus temporalis regni ſines ampliandi,
 quam euangelij æterni diſtionem promouendi ſtudio ſatagunt. Id quod pio lectori
 aperte conſtabit ex concione illa victoriali, quam ſuperioribus annis edidimus ſu-
 per illa expectatiſſima victoria quam feliciffimus Carolus triumphalis imperator
 de Barbarroxa tyranno illo ſæuiſſimo atq; pyratæ Chriſtianiſ litoribus inſectiſſimo
 expugnata prius arce, quam Colletam vocant: deinde capta Tunete vrbe ampliffi-
 ma, reportauit feliciffime. Deniq; huic *επιμνησ*, Epimicico quartum in horum tra-
 ctatum ordine locum dedimus, vt vltimum referuarem *ευλογικον*, Eulogico, quod
 latine ſi ad verbum transferas, benedictionarium ſonat. In quo arrepta nobis occa-
 ſione ex modo quem benedicens filiis Iſrael antiquæ legis ſacerdotibus ſeruandũ
 mandã conditor præſcripfit, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes commonſtraui-
 mus vnũ uerſa illa benedictionum munera potius ad euangelicam gratiam, quam ad
 legis umbras pertinere. Quem locum ita tractauimus, vt inde congruenter valde,
 necnon per commode oſtenderimus quibus decretis animus deo deditus ſit occupã-
 dus, quibus vinculis aſtringendus, quibus meditationibus exercendus, quibus con-
 templattonibus intendendus, quibus ſtudijs detinendus, quibus votis ſonendus,
 quibus demum artibus alendus, augendusque, vt recta profectus, dextraque Chriſti
 deductus quæ retro ſunt obliuifcens, & ad anteriorã ſe extendens, tandem ſupernæ
 vocatiõis brauium conſequatur. Res quidem mortalibus per ardua, votis humanis
 cõleſtes ſedes concipere, ſed nemini deſperanda, qui veræ religionis ſacramentis ſit
 inſtruitus, & ad illas capeſſendas inuitantem audit & iuuantem comitatur dominum
 noſtrum Iefum Chriſtum. Qui factus eſt nobis via, veritas & vita, Via quidem ex-
 plo, per quam tendentes ad patrem veniamus. Veritas autem doctrina, in qua manen-
 tes ab omni mendacito liberemur, Vita denique ſpiritus, apud quam perſeue-
 rantes, feliciter agamus. Vale candido lector, teque tandem exoratum
 vltim, vt boni conſulas, ſi noſtris in libellis, & ſummorum au-
 thorum opes agnoueris, & Honcax pauperiem deprehen-
 deris, cui eſt præcipue in voto aliena, potius quam
 ſua in medium proferre, eo quod longe melio-
 ra cõſet quæ ab alijs in proprium vſum ac-
 cipit, iſs quæ ipſe per ſe præcæte-
 ris excogitare poſſet. Vale,
 idque in Chrifto Iefu,
 ſine quo nemo
 vnquam be-
 ne va-
 luit.

Rom. 6.

Num. 6.

Phil. 3.

Ioan. 14.

Antitheton.
Tractatus primi capitula
Caput primum.

D	De mollitudinis nequitia	
Caput.ii.	De mollium delictis.	fo.ij.
Caput.iii.	De voluptate delicorum.	ibidem.
Caput.iiii.	De delicorum voluptuariorum ignavo ocio.	ibidem.
Caput.v.	De ocioforum inertia.	fo.ij.
Caput.vj.	De inertium stultitia.	ibidem.
Caput.vij.	De stultorum insipientia.	ibidem.
Caput.viii.	De insipientium stupore.	ibidem.
Caput.ix.	De stupidorum morte miserissima.	fo.ij.
Caput.x.	De virtutis & gratia gradibus.	ibidem.
Caput.xj.	De continentia.	ibidem.
Caput.xij.	De continentium frugalitate.	fo.iiij.
Caput.xiii.	De frugalium gravitate.	ibidem.
Caput.xiiii.	De grauium studiis.	ibidem.
Caput.xv.	De studioforum solertia.	fo.v.
Caput.xvj.	De solertium prudentia.	ibidem.
Caput.xvij.	De prudentium sapientia.	fo.vj.
Caput.xviii.	De sapientium alacritate.	fo.viiij.
Caput.xix.	De multiplici alacrium vita.	fo.x.



Ἰησοῦς ἡναζαρενοῦς ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων
Iesus Nazareus Rex Iudeorum,

Idum agni in vi
tam eternam.

Idum agni in vi
tam eternam.

Concupiscentia cum coeperit, parit
peccatum, peccatum vero cum eo
summatu fuerit, generat mortem.

Gratia dei vita eterna.

Stipendia pecca
ti mors.

Σαφεια Sapia.

Ἰερογλυφοῦ γραμμα Vita superuentura.

Ibunt de virtute in
virtute, videbit deus
eorum in Syon.

videntem sperent et intelligerent et nonisime prouiderent.

Vitam Felicitas.
Alacritatem Vita.
critas.
Sapientiam Ala.
pientiam Sa.
pientiam Sa.
pientiam Sa.
Prudentiam Pru.
dentiam Pru.
Solertiam So.
leritiam So.
leritiam So.
Studium Stu.
dium.
Studium Stu.
dium.

Honcala Pythagore
mentem dum mente re.
pendit. His hominum
fines distulit antithetis.

Gravitate gra.
uitas.
Frugalitatem gra.
uitas.
Frugalitatem gra.
uitas.
Continentiam fe.
uitas.

Arta et
via que dicit ad vitam.

Mortē Miletia.
Suporē Mors.
por.
Mortē Miletia.
Suporē Mors.
por.
Mortē Miletia.
Suporē Mors.
por.
Mortē Miletia.
Suporē Mors.
por.

Lata est via que dicit ad hunc
mundum.

Heu facit in gremio tetrę
caliginis infans, Ignatus
rerum nescius ipse sui.

ANTITHETON

ANTONII HONGALAE SACRAE THEO-

logiae doctoris, de oppositis gradibus, quibus per
uenitur, vel ad mortem miseram,
vel vitam foelicem.

Prohemium.



PAVLVS Apostolus gentium doctor, vt Romanos ac per Rom. 6:
inde vniuersum hominũ genus a malitia deterreat, necnõ virtu
tia amore inflãmet, vtriusq; mercedẽ ex diametro a se distantem
ante oculos proponit dicens, Stipendia peccatũ mors, gratia au
tem dei vita æterna. Quam stipendiorũ distributionẽ sane aptis
simã, necũ ipse volutans, videor mihi non prorsus inepte exco
gitasse, quibus vtriusq; gradibus peruenitur vel ad extremã mi
seriam, vel ad summã felicitatẽ. Et vt rite Paulini textus ferẽ teneamus, prius nobis
dicendum est de miseranda iniquorum iactura: deinde de prospero iustorum successu:

Cap. primũ de mollitudinis nequitia.

Stipendia, inquit, peccati mors. Querã quã id ratio accidat. Ea nepe q; mollitiẽ
sequitur delitiã, delitiã voluptas, voluptatẽ otium, otium inertia, inertia stultitia;
stultitiã insipientia, insipientiã stupor, stuporẽ mors, mortẽ miseria. Primus itaque ad
itum ad mortẽ est mollitudo. Ea est blãdã quẽdã carnis affectio, quã homo propensus
est ad vitãdã tristia, & iocũdã sibi vndiq; captãdã. Id quod si præter ratiois lineã fiat
proculdubio vitio dãdũ est, vel leui, vel grãui, vel letali, prout in hoc vel illud turpe
mollis adigitur, vel ab alto atq; alto honesto diducitur: vel nimia deniq; submetipis
indulgentia blanditur. Nemo igitur putet floccipẽdã esse eã labẽ quã tãgitur mol
lis quẽ euerfori rerũ suarũ Salomõ exæquat. Qui mollis est, inq; & dissolutus in opẽ Prou. 18
re suo frater est suã opẽrã dissipãtis. Liberator quoq; noster eos qui mollibus vestiti
tur, neutiquã cœlesti vel terreno regno ascribit. Imo Isasas propheta p magno suppli
cio habẽdũ existimat, molles fruẽdã mollitudinis copia aliqñ esse priuãdõs sic. n.
in mollissimẽ Babyloni insultat. Descẽde, sede in puluere virgo filia Babylõ. Sede in Es. 47.
terra, nõ est soltũ filia Chaldcorũ, quã ultra non vocaberis mollis & tenera. Quod
malũ, ne Babylonicõ cõtagio cõtrahat aliqñ populus dei, ad illũ Hieremiã clamat Hier. 51:
in hęc verba. Egredimini de medio eius populus meus, vt saluet vnusquisq; animã suã
ab ira furoris dñi. Et ne forte mollescat cor vestrũ, & timeatis auditũ quod auditur
in terra, nepe in tonãte olmi Paulo; nec molles regnũ dei possidebũt. Obseruasti o les
tor, quam pte & obntxe ille imprimis misericors ppheta suadet fidelibus, cauere si
bi, ne moll affectu soluatur, ac subinde infracti cõlectaneis iugscãtur vitis. Nã obse
cro quid aliud est animi mollitudo, quã quãdã blãdissimũs piluillus eorũ quos apud
Ezechielẽ impiũ cõsuũt, cũctis nequitis fouẽdis substrat? Hũc demũ carnis affectũ,
heretescq; ppe semp eidẽ delitiã videtur ex pte Paulus insinuasse ad Eph. scribẽs illud. Ezech. 13:
Nemo vnquã carnẽ suã odio habuit, sed nutrit & fouet eã: id quod si pter modũ fiat, quod
aliud est nutritre blãditus carnẽ, & accuratus fouere, quam indulgere illi & delitiãri
Epl. 6, 5.

Cap. ii. de delitiis mollium.

Delittas vocant ea blandimenta quibus molliciet inseruitur, vel vitando tantũ
lum quoq; laborẽ, vel captando quantlibet delectatũculã, lautitias ciborũ, præ
ciosarũ vestitũ luxum, verbulorũ blanditias, suaves cantionũ modulos, vnguẽto
rũ lenimẽta, fragrantiam aromãtũ, necnõ cetera oblectamenta quã indulgentia huius

Saca te hec el. Conio = y u meto la batuta y la ago

Deu. 28. mana excogitauit, En tibi deliciarum facie deuteronomij capite. xxxviii. apprimere depictam. Tenuera, ait, mulier & delicata que super terram ingredere non valebat, nec pedis vestigium figere propter molliorem & teneritudinem nimiam, inuidia bti marito suo. Nec abiudicet eiusmodi picture Arist. philosophus ille omnium diligentissimus, q in septimo de moribus libro mollium delicias atq; miseriam grauius impo bat et gra phice describit, inquitens. Qui aut aduersus ea quibus pleriq; resistit et poller, desit, is mollis est atq; delitijs affluens. Delitijs naq; ait, sunt molliudines quedam Quiquid de veste trahit ne subeat laborem tollendi, & cum imitetur egrotantem, se non putat miserum esse, qui tamen misero similis est. Quapropter merito molitur sps sanctus re trahere hominem ab eiusmodi & ineptis et perniciosis delitijs, cu p sapientem nos admo net dicens. Qui delicate a pueritia nutrit seruum suum, postea illum sentiet cotumacem. Prou. 29. Alia translatio pulchre. Qui delitiat a pueritia sua seruus erit, nouissime autem con tristabitur. Id quod id sapiens euenisse sibi testatur inquitens. Dixi ergo in corde meo vada et affluua delitijs, & feci bonis. Et vidi q hoc quoq; esset vanitas, Risum reputa ui errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Num paruum est error a paradisi de litijs cum Lucifero excludi, vt in terrenis atq; interituris regijs varia voluptatu verti gine torus hie illic defuit. Nonne longe latius esset audire des prophetam lugubri clamore te ad meliora reuocantem. Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas, scilicet a constituto mundi tibi paratas, verisq; delitijs exundantes. Vique quo delitijs dissolutis sila vagat Quid gloriaris in vallibus inconcessis, delectationibus humectis? Desuxit vallis tua delicata, que confidebas in thesauris tuis, & dicebas, qu veniet ad me? Veniet ad te amarulentus mortis nuntius, occupabitq; te marito tuo. i. Christo desertam. Frustra tibi plices, tanquam vinas; audi Paulum. Vidua que in deli tijs est, viuens mortua est. Veniet in qua ad te tortores inmanes & fessissimi, quibus de torquenda te pro deliciarum tuarum excessu exeat illud preceptum apocalypsoe capite. xviii. Quantu glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentu. Vides vt malum ex malo nascitur: & q mollior adigit hominem vt carnis curam faciat in desiderijs, que turpem, futuolam, tristemq; voluptatem conferunt.

Cap. iiii. de voluptate delicatoru.

2. Pt. 2. NEmpe in proprio est videre quam designate explicat beatus Petrus delitiosos cotinuo fieri voluptarios, vt vel auctoritate principis apostoloru costet, a delitijs voluptate statim scaturire. Agens itaq; de his qui vel simulata pietate, vel aperta im pietate perperam sibi indulget, aliosq; blandis illectamentis in sua flagitia seducere conantur: sic, inquit, in corruptione sua peribunt, percipientes mercedem insustitit, voluptatem existimantes dies delicias conuincationis & macule delitijs affluentes, in conuiujs suis luxuriantes, oculos habentes plenos adulteri & delicti. Quam exa acte primus a Christo ecclesie antistes expressit delectationes delicatorum turpissi mas: nam honestarum sunt proculdubio expertes. Est enim, vt viri pientissimi verbis vtar, voluptas duplex: bona & mala: bona, que actiones honestas sequitur: mala, que in honestas: & vt hac probari nequit, sic nec illa improbari, modo non sit nimia. Voluptas bona recte dicitur vocatur, qua sancti in dno delectantur, aut certe propter domi num. Itaq; delectatur probe doctor ecclesiasticus in sana doctrina magistratus in rep. bene instituta in sententia iusta preces vrbani, miles in bello non iniquo strenue gre rendo, in edomanda libidine temperans, & in fouendis pauperibus liberalis, ac de mum altus alio virtutis munere, sicut scriptum est prou. 21. gaudium est iusto facere iudicium. Imo tantum abest a culpa ea animi voluptas, que recte facta comitatur: vt si quis illam inter agendum sese ingerentem, minus placide admittat. Vel in sensatus vel malignus habendus sit. Voluptas autem mala merito nox appella tur, quod

tur quod reprobi ad perficienda tenebraru opera noctem obseruant, & luce suboscen ra peruerse delectantur, ac perinde insusti homines prauo sensu in tranuersum acti, de litijs conuincationis & macule existimant voluptate diei. Vacantes enim solum deli tijs impurijs & execrandis, has optimas & quasi luciferas iudicant. Hinc syba ritarum conuiuia aguntur: exquisite parantur dapes, bibitur ad numerum & conten tionem, & inter calices impudicitia vagatur, surgitur a mensis ad lupanar, & a lupana ri reditur ad mensas. Nec datur requies sibi vlla renatis. Dixerunt simpli nempe deli tiost cogitantes apud semetipsos no recte, pellicientescq; animas instabiles illud saue recunde effutuerunt. Vmbre transitus est tempus nostru, & no est reuersio finis nisi quo Sap. 2. I nam cōsignatus est & nemō reuertitur. Venite ergo & fruamur bonis que sunt, & vta mur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vno p̄ciso & vnguētis nos impleamus, & non pretereat nos flos tēporis. Coronemus nos rosīs antequā marcescant. Nullū pra tum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Neimo vestru exors sit luxuria nostra. Vbiq; relinquamus signa lētitie, quoniam hęc est pars nostra, & hęc est fors nostra.

Cap. iiii. de ignauo voluptario otio.

Porro qui profitentur sensibilem voluptate suam ipsoru esse felicitatem, ignauo se tradant otio oportet, quod quidem otium ideo diuinum malorum sentina fertur: quonia vniuersa vitia otio & succrescunt & fouentur, ob id que viro probi illud penitus excutiendum ecclesiasticus sentit, diuin sub persona letu adhibeat cor pus humanum affidus operibus exercendum dicens. Seruo male otio totura & co pedes: mitte illum in operationem ne vacet. Multam enim malitiam docuit obositas; Eccl. 33. Quod rursus voluptate parant otium, manifeste docet propheta Ezechiel, qui post quam opprobrio dedit delitiosu Indea turpissimas eius voluptates, totam correptionem otio clausit. Ecce ait, hęc fuit inquisitas Sodomae fororis tue, superbia, saturitas pa Eze. 16. nis, & abundantia & otu. Dominus quoq; in euangelio eos qui in foro otabantur, grauius arguit. Quid statis tota die otiosi: scilicet ob voluptariam quiete nullatenus Mat. 20. virtuti ad laborantes tanquam spiritiualia negotia nihil ad vos pertineant. Et in tantu ignauam improbat, vt verba non modo noxia, sed etia inutilia ad examen iudicij reuocanda cōtestetur. Omne, ait, verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddet Mat. 12. de eo rationem in die iudicij. Ideoq; Paulus magistri sui dogmata diligenter seruans i. Ti. 5. eas viduas damnat, que otiose discunt circuire domos; no solum otiose, sed & verbo sa & curiose, loquentes que no oportet. Et quid aliud illae molunt, nisi vt inepto quo nis pretextu a labore vacantes alienis opibus fruatur; vt tam contra Apostoli decreta 2. Ti. 3. ipsis mādncantibus quidem & no laborantibus, sit requies, alts vero assiduus labor.

Cap. v de inertia otiosorum.

ENimvero sublato de medio studioso negotio atq; labore, necesse est ex otio igna uo inertia, & bonaru artiu ignoratione, atq; inopia virtutu sequi. Nulla. n. ars tam facilis, qua sine vilo labore discas. Nulla ta prona virtus, qua sine frequeti exercitatioe assequaris. Nihil honestu ta expeditu aut tutu quod absq; negotio aut seruis. Preclare Epicharmus, deus, inquit, oia nobis laboribus vedit. Nihil. n. eoru que bo na & honesta sunt, absq; sudoribus mortalibus impartitur: corpore etia si valere velis laborandu est. Miru quatu philosophi huius sententia nris cōsentiant: na obsecro, quid aliud sibi vult illa Salomonis parabola, qua desides tacere inertes? Qui operat, inquit Pro. 12. terra sua, saturabitur panibus, qui autē sedit otu replebitur egestate. Egestate inq; replebitur illius luminiost & ardētis olet quo vrgines ille fatue caruerūt: ob idq; ceu Mat. 27. ignauq; ac p̄inde in digne spōsi amplexibus, ab eius thalamo exclusē in externas abie re tenebras. Nec id iniuria passē sunt. Siquidē regnū illud celoru qd̄ intra nos esse Chri Mat. 13. stus testatur. i. virtuosā vitā q̄ honestoru scia & amore cōstat, vīm patit et violētī rapitū

Caput. vi. vii. viii.

Luc. 1. Illud id est, si doli viri duntaxat cōsequunt, nō autē ignaui & inertes, q̄nt in tenebris & in vmbra mortis sedēt, & illuminari negligūt, quo pedes suos in viam pacis dirigit

Caput. vi. de inertium stultitia.

Pro. 12. Iam vero proculdubio accedit enestigio inertia stultitia, i. rerū agēdarū imprudentia: Ab ostio enim per inertia fit casus in stultitia, Salomone etiam atque etiam prae-mōnente: Qui operatur terrā suā id est, propriū ingenium excolit, satiabitur panibus id est replebitur prudentiae decretis: qui autem scaturit otium stultissimus est. Et quis est stultissimus nisi imprudentissimus: Nō, n. recipit stultus verba prudentē nisi ea dixeris quae versantur in corde eius. Agedū cōstitue tibi tres hominū ordines carnalium rati-onalium, & spiritaliū, carnalis quidē, est voluptarius, qui appetit stulte lētari & inde center oblectari, rationalis autem, qui natura tanquā duce vsus turpibus offenditur, & honestis delectatur. Hoc enim est ad naturae legem vivere, spiritalis deniq; qui ea quae supra naturam sunt humanis praefert. Iam vero videre est hominem carnalē, id est, brutum stultumq; ob voluptariam inertiam, magnis imprudentē erroribus implicari, & inrequietis imprudentiae opinioibus sagari, & votis mox improbandis vagari & instabilem ferri. Voluptas enim, vt quidā ait, furatur cor, id est prudentiam sur-ripit. Quā lōge abest ab inertis ingenii sagacitas, de agēdis cōsultatio, rectūq; in dictū, & meliorum electio: O mīa in cōsulte optat, temere aggredit, & in circūspēctē perpetrat.

Caput. vii. de stultorum insipientia.

Pro. 1. Porro quantum stultus a rationis statu decidit, tantum a sapientie spiritu longe abest. Aversatur enim generosus ille spiritus Christi animam in carnem pronam, eiusq; delectationibus haerentem, nec adesse dignatur animo pravis opinionibus occupato. Spiritus, inquit discipline effugiet fictū, & auertet se a cogitationibus quae sunt sine intellectu; nimis enim recedit secum, sua dona auferēs. Habenti dabitur aut ipsa veritas, & nō habenti id quod videtur habere auferetur ab eo. Hoc est, habenti p̄bos ratio-nis fructus dābuntur & spūs: nō autē illos habenti minime donabuntur, immo auferetur ab eo id cognitiois, quod de bonis moribus rebusq; diuinis natura duce notū est. Illi, tradeturq; in reprobū sensum, adeo vt ex stulto insipiens fiat. Nec immerito: est enim ea p̄na imprudentis apta, si quidē prūatur eo bono quod ipsimet aspernauit iuxta id quod scriptū est. Sapientia & doctrinam stulti despiciunt. Huc spectat quod psalmographus hęc duo stultitia atq; insipientiam tanq; confectanea sibi nōnunquā annectit. Quale est illud. Simul insipiens & stultus peribunt. Et illud, Vir insipiens non cognoscat, & stultus non intelliget hęc. Reor autem te iam ex superioribus percipisse, stultum esse eum qui rerū humanarum ignoratiōe agēdorūq; imprudentia laborat, insipientem vero, qui diuinari rerū scētia caret. Et vt quidā ait, insipies est qui sapientia coelesti vacuus, humanis versutus est plenus, qui nescit opera dei, quia & casu putat omnia agi, putansq; homines peccata lucrari, nullum non admittit scelus. Dixit enim insipiens in corde suo, non est deus: corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonum. Obsupefcit enim omnis impius.

Caput. viii. de insipientium stupore.

Psal. 33. Dicimus de stultorum insipientia, dicendum nunc de insipientiū stupore. Si quis dem insipientia penitus opprimat & constipat omnem rationis & spiritus sensum. Insipientia enim est abnegare deum, quo de medio sublato insipiens solutus tē-moris carceribus, sicut equus & mulus in quibus non est intellectus, fertur preceps in turpia flagitia, & immania factiora, quibus obrutus, ab omni bono opere cessat. Et in morem satyrici illius discincti. Nactae stupet vitio & intemperantiae morbo laboranti, sibi mentis increuit optimum stultitiae pingue, nec caret culpa & si iam nesciat, quid

ciat, quid perdat, quia ipse sibi fuit iustitiae causa, & scies & prudēs olim peribat, nec monitus retrocessit, donec in profundū deuenit abyssi, ita vt alto malorū gurgite de-merfus summa rursus non bullat rationis in vnda, si non penitus extinctū, at vehē-menter infirmata & valde oppressa. Quod si quando forte incidat in rerū diuinariū mentionem, nonne aut friget, aut hēret, aut fugit, vt ignotū pressit qui calcibus an-guem: Tedet illum sermones pudicos audire, tristatur probitatis memoria, nihil nō molle & carneum meditat. Horret & pusillo animo constrictus nihil homine di-gnū aggreditur, immo nec expetit, nec cogitat, Errat vagus & instabilis per alias at-que alias libi. Itū cupedias, & tandem obstinato animo dat habenas malitia, despe-rataque prorsus salute, quam pertinax prauit, tā tardus ad rectū stupet attonitus, trun-co similis herme, nisi q̄ mortua eius viuit imago. Et quid aliud incredulis po-pulis imprecabatur Moses dicens. Fiat immobiles quasi lapides nisi stuporem illum Exodi. 14. quē impij per insipientiā cōtrahūt. Hi sunt qui dixerunt deo, recede a nobis scientia Job. 21, viarū tuarū nolūm. Qui struerūt oculos suos declinare in terram, qui palpat tene-bras in meridie, quibus monita misorū vidētur deliramenta. Qui tandē descēdūt in-fernū viuentes. Attende quam apte sapiens describat stupidum quempiam volu-ptatum vino & insipienti somno sepultam. Eris, ait, sicut dormiens in mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices. Verberauerunt me sed non dolui, traxe-runt me: & ego non sensi. Quando contigilabo, vt rursus vina reperiam? Non tibi homi-nem stupidum, cetera mortuum ad calices epotandos duntaxat vigilem.

Ca. ix. de more stupidorum miserrima.

Ad extremū in proptu est, videre quomodo p̄dictū stuporē quadruplex mors cōsequatur. Prima itaq; mors humanę mētis est impotē esse ad eas actiōes p̄-stitas, quae ei suapte natura cōgruūt. Vnūquodq; n. viuentiū liquet esse mortuū, q̄ vitalibus nō valet sese motibus exercere: sic enim emortuā arborē dicimus, cū nequit virere, florere ac germinare. Sic equum aut quoduis aliud animal cōstat vita carere si moueri, gradi aut sentire nō possit. Sic & hominē extremo nequitię gradu intempe-ratū quantū ad ratiōem attinet, demortuū esse putato. Nihil enim potest operari vel certe difficillime, in quo intellectualis vitę lumē eluceat. Hac de causa philosophi haud infcite impotētes libidinis apud infros collocauerūt, q̄ relicta probitate ab huma-ni dignitate cadentes hominū vmbra potius q̄ homines esse viderentur. Hęc equis dem morte, qua moritur homo iustitiae polytica, forte nō inepte rationalē dixerim, quae & prauos mores rationis lumen extinguentes sequitur, nec extrinsecus illata se inueniat, sed intra flagitiosum pectus innascitur, hēretq; penitus animis male sanis. Hęc ratiōis mortem cōtinenter comitatur altera, quae est spiritus, & qua immoritur homo, nō tantū iustitiae humanae, sed etiā diuinæ. Dū enim ille cōtēpta dei lege pul-cherrimā illius imaginē prae agendo deturpat, nō leuem iniuriā creatori infert. Id quod diuus Ioannes aperte docet dicens. Omnis qui peccat, iniquitatē facit, & omne peccatū est iniquitas: q̄ si iniquitas & iniustitia, debita p̄na est resarciēda. Ea est amif-sio spiritualis vitae. Cōmeretur, n. impius naturę bonis abutēs, eaq; male dilapidās, priuari dōis spūalibus, quibus praeditus diuinæq; naturę cōsors factus diuinā vitā age-re posset, manetq; destitutus deo habitatore, imō ipa vita desertus infelix. Nec est q̄ querat, ipse, n. sibi malū parit, ipse semet gladio suo ancipiti iugulat. Tāta est, n. prauitatis & ḡc̄ repugnātia, vt altera in mēte posita statim intereat altera. Nā quēadmodū in-tegra ad creatorē cōuersio necessaria est & efficax ad habēdā grām, qua illi feliciter ad-hæretur: ita cōpleta ab illo auersio cōtrario affectu eādē prorsus excludit, ac perinde impius ipse sibi mortē illā spūs manibus suis infert. Huc pertinet illud psalmogra-phi. Qui diligit iniquitatē, odit aiam suā: & illud sapientis. Os quod mentitur occidit Sapien. 14. animā suā. Et illud: quod in praeuacatiōis p̄na A de mortem dominus cōminat

Gene. 20. dicens: Quacūq; hora ex eo comederis, morte morieris: nō dixit mortalis eris, sed quacūq; hora, id est, in ipso comestionis articulo morieris: quod ipm peruariari est mori: liquidē est a deo aucti, t. ab ipsa vita recedere. Tertio iā loco spiritali morti mors succedit corporalis. Par enim est reginam alioqui corporis animam mancipiū fūi graue atq; rebelle pati, quae a principe suo leuissimo impulsu defecuit, non valeat vlti ficare mortuum suum, quae vitam seruare noluit. Reuertatur homo in puluerem, qui ad puluerem conuersus est. Experiatur mortem quartam, qui deum in se vitium perpetuum qv iustificatorem habere neglexit: mortem inquam eternam, est enim spiritus hominis vadens & non reuertens: quia cum peccando moritur, per se ad iustitiam vt tāq; redire nequit, vt aliquando deū videre dignus sit: tollatur, ait, impius, ne videat gloriam dei. Sic itur a morte in mortem, a politica in spiritualem, ab spiritali in corporalem, a corporali in aeternā, s. A deo preciosa, laeta atq; gloriosa & beata sunt peccati stipendia. Hae noxia nimium noxia, heu tristia, heu ingloria, heu infelicia auctora menta, quae extremam afferunt miseriam quadruplici morte congestam, de qua quid dem misera religiosus reor esse tacere, quam grauissima eorum tormenta, quos perpetua mors depascit, tenui dictionis stilo eleuare.

Psal. 77.

Esai. 26.

Cap. x. de virtutis & gratie gradibus.

Rom. 6.

Sed iam libet a leua malorū in bonorū dextrā cōcedere, placetq; rursū explicare sper antitheta quibus virtutū gradibus ad vitam beatā ascenditur, idq; per illā dei gratiam quae egregie luget in Christo Iesu dño nostro. Nā vt Aurel. Augu. praesentissimus vbiq; diuinae gratiae assertor in hoc loco annotauit: Quēadmodū dicitū est. Stipendia peccati mors, posset etiam dicitū stipēdia iustitiae vita eterna, sed maluit apostolus dicere gratia dei vita eterna, vt intelligeremus deum ad vitam eternam p sua miseratione nos perducere, non meritis: vnde vita aeterna quae in fine a deo meritis precedentibus redditur, quae non a nobis sunt, sed in nobis facta sunt per gratia: recte & ipsa gratia nūcupatur, quia gratis datur. Nec ideo gratis, quia nō meritis datur, sed quia data sunt & ipsa merita quibus datur. Hec ille: in cuius sententia nos pedibus manibusq; euates, sic gratiam dei agnoscimus vt liberum non tollamus arbitrium, ac subinde quod ait Augustinus, merita sic non esse a nobis intelligimus, nō q; bona opera nō sunt a nobis libere acta, sed quod eis vt deo grata sunt, diuina bonitas primas obtinet partes. Recepto itaq; ad omne opus laudabile, deoq; gratū, & vita eterna donandum, peculiari quodam diuino auxilio propositum nostrū prosequamur. Illudq; perinde tractemus, ac si dictum fuerit stipendia iustitiae vita eterna. In iustitia inquam, eius quae latissimo gratarum deo operationum sinu in se virtutem omnem complectitur. Siquidem continentiam sequitur frugalitas, frugalitatem grauitas, grauitatem studium, studium solertia, solertiam prudentia, prudentiam sapientia, sapientiam alacritas, alacritatem vita, vitam felicitas.

Cap. xi. de continentia.

Ecle. 15.

Luc. 10.

Gal. 5.

Primus itaq; gradus ad vitam eternā consequendā est continentia: iuxta illud. Qui cōtinens est iustitia, apprehendet illā. Continentiā nolo hic accipi speciatim pro ea tantum virtute quae temperantiae praesentia, improbos illos & turbulētos gulae & venetis motus coercet: sed grauiatim p ea animi habitudine quae mollitudinē aduersa propensum reddidit hominē ad castigandā carnē, atq; pie exercendā cohibēdaq; ne aliquādo fructus spiritui noxios pcreet. Hāc proculdubio insinuaui Christus cū admonet nos liberos habere praecinctos, et lucernas ardentem in manibus nris, quovt verbis Ambrosianis vtar, graue illud decorū obtineamus, q; veluti cquabile quādā formā & vniuersitatē honestatis in omni actu suo continentē habeat. Eandē expressit Paulus ad Galat. scribens, Qui autem Christi sunt, carnē suam crucifixerūt cū vitis, & concupiscentis

concupiscentis. Vnde haec, vt de illa scribit Hieronymus: oēs virtutes spiritus quasi solidissimum fundamētum, & sublime culmen sustentat & protegit, vt iā merito cōtinētia cōmoditas ab Ecclesiastico predicetur inestimabilis. Omnis enim, ait, pōderatio non est digna animae cōtinētis. Sed non omnes accipiunt verbū hoc, qui potest capere, capiat: tantū continentis bonū: capiat vel re vel voto, vel certe intelligētia. Nec enim parum se profecisse sapiens testatur cū eo peruenerit, vt norit continentiam bonum esse donumq; caeleste, vt sciat, ait, quod aliter nō possum esse continētis, nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientia, scire cuius esset donū, adī dominum & deprecatus sum illū. Cōtinētia adeo longa precatione orauit sapiens, quā nouerat per illā solam patere sibi primum aditum ad verā sapientiam, aeternamq; vitam tandem possidendam. Talem se agebat Paulus cum dixit, castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne cū aliis praedicauro, ipse reprobus efficiar. Caeterū p̄ admonēdus est mihi lector, citasse me locū ex li. sapientie iuxta eū sensum quo solet ab aliis allegari, tanquā de continentia quae libidini opponitur, ibi ageretur: cum tamen iuxta orationis seriem, multo congruentius accipiatur de sapientiae assuetudine encratitis enim Graecis non modo est continētis, s. est, a libidine abstinēs, sed etiam est obstinens & alicuius rei compos. Faretur itaq; sapiens, dante deo, scuisse se non posse nisi dei beneficio, sapientiae compos esse.

Cap. xii. de cōtinentiū frugalitate.

Continentiae autē proxima est frugalitas, a qua frugi homines dicuntur illi q nec se nec suas opes luxuriose pdigūt, nec rursum eis dē auare parcūt, aut parce, et magne abutūtur, sed pro loco & tēpore modeste vtūtur, nec nō postergatis immodicis delictis, quantum fas est, & naturae & officio, satis tātū dē victus atq; vestitus, sumo & amplioris ac liberalis sumptus, & sibi et amicis dispēlant. Vide quā adamūssim frugale virū effigauerit in seipō sapiēs, cū in edictō illū statū omnīū sapientū oraculis collaudatū a deo in haec verba precatur. Medicinam & dicitas ne dederis mihi tribue tantū victū meo necessaria, ne forte factatus alliciar ad negandū ei dicat: Quis est dominus? aut egestate cōpulsus furer & perturem nomē dei mei. Huc attinet illud de frugalitate colēda, Ecclesi. praecipit, Vtere quasi homo frugi his, quae tibi apponuntur: ne cū manucaueris multū, odio habeas, hoc est, Sobrietate tene tutemet, in solemnt quoq; cōsuetio, vbi alii solent modū excedere: modestiam dilige, tēperanter age, & illud attentior obserua, ne quid nimis: ne si helluonū more modum excesseris, & conuiuiarum, & gratarum oculos offendas, inuidiaq; in te cōtrahas. Nec hoc erit difficile praestare ei qui, continētia sit praeditus: nā authore Seneca, frugalitas vt luxurioso est p̄eae, ita et amica est cōtinētis. Hāc virtutē tantū facit Augustinus, in li. i. de vita beata, vt vehemētē p̄bet eos, qui virtutū omnīū illā matrē esse dixerūt. Quorū de numero insignis orator in populari oratiōe frugalitatem celebrās, inquit: Vt volet quisq; accipiat: ego tū frugalitatem, id est, modestiā & temperantiā virtutē maximā esse iudico, vt. n. nequitia est mater vitiorū oīum, ita frugalitas mater cunctarū virtutū: & sicut illa a nihilo, s. est sterilitate, sic haec a fruge, s. fructu propter quandā animorū fecunditatem est noīta. Scriptura quoq; sancta multis in locis sobrietatis nomine frugalitatem cōmēdat, vt apud Ecclesiasticū: Aequa, inquit, vita hominibus, vinū in sobrietate, vt a vino scilicet ad sitititiam, & a sobrietate honestas, vt ex vtroq; cōsuetur locū da quāda modestia, hilaris et modesta hilaritas. Hinc Paulus cū iubet prosterū atq; iterū in dño gaudere: eosdē tū modestiae meminisse monet, ne forsitan gaudio elati, delitose agāt, Gaudete, ait, in dño fratres: iterū dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Ad Titū itē scribens, sobrietate iustitiae & pietati praepōnit. Apparuit gratia dei & saluatoris nostri oīibus hominibus erudiēs nos, vt abnegatē impietatem, & secularia desideria, sobrie & iuste, & pie viuamus in hoc saeculo, expectan-

tes beatam spem & aduentū gloriæ magni dei & saluatoris dñi nostri Iesu Christi: q̄ dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Constat profecto ex huius orationis contextu continentia, qua carnis desideria auersamur, tam esse propinquā frugalitatem, quam sobrietati iustitiam & pietatem socias: quibus proculdubio & robur animi & fiducia stabilis, & bonorum operum studium facile comparatur.

Cap. xiiij. de grauitate frugalium.

ERgo cōsequens est, vt de animi grauitate, quæ frugalitati affinis est cōtinuo agamus. Ea est firmitas animi, & quædam stabilis in vultu decretisq; animi, verbis moribus, rebusq; agendis seueritas, qua homo præditus & labores a ratione impositos prompte suscipit, & dolores inde perceptos constanter perpetitur, modo lineam ne transilit. Pulchre Hieronymus ad Nepotianū: constat, inquit, mirifica a dextris & a sinistris miles Christi graditur, nec laude extollitur, nec vituperatide frāgitur, nō diuitiis timet, nō cōtrahitur paupertate, & læta contēnt & tristitia. Et quem aliu quam virū graue figurat Christus: cum apud Math. inquit: Omnis ergo qui audit verba hæc, & facit ea, assimilabitur vitro sapienti qui edificauit domū suā supra petra & descēdit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: vni data enim erat supra firmam petra. Hac virtute pollebat Ioannes Baptistista, de quo testatus est dominus illum non esse arundine vento agitata. Nam obsecro vñ inolefecerit leuitas ei, qui mollibus nō vtebatur: Epistolæ quoq; Pauli graues & fortēs habitæ, q̄ egregiam quandam acrimoniam & inflexibilitē in recte cōstitutis perseverantiā præferēbāt, nimicū qualem sese earū autor sexcētis agitatus periculis semp̄q; sui similis vbiq; gentium præstabat. Christus egregium summumq; absolutissimā grauitatis exemplar, in psalmo trigesimo quarto pollicetur p̄f̄i celesti laudaturū se illū nō apud leues & voluptarios homines, q̄ tāquā palæa omni v̄to doctri næ iactantur, & qualibet utilitatē voluptate percesserunt: sed apud viros constantes vñ eodēq; Christi sp̄i vntōs, quibus in uterū sit animi robur, & virtus cum tristibus, tū iucundis cedere necia. Constat, inquit, tibi in ecclesia magna, & in populo graui laudabo te: Hic est ille populus iuxta Paulū deo acceptabilis, & bonorum operum se fātor, qui perpetuo vitæ tenore iustitiam colit, & indefesso studio, quæ retro sunt obliuiscens ad anteriora se extendit.

Cap. xiiij. de grauiū studijs.

AT qui nihil aliud viro graui prius a constantia agendum se offert, quam rebus fertis, & ex his potioribus gnauiter operam dare. Animum enim a carnalibus curis vacuum, & a perturbationibus liberum illico subit operosa quædam, & agnoscenda & habende honestatis sollicitudo: ac perinde occupatur vehemēti quadā applicatione, quam studium vocamus ad aliquid peragendum, siue illud sit perdiscendū siue efficiendum, siue denique precibus impetrandum: studium itaq; laudabile tria obtinet partes. Prima est, qua subemur precatōibus instare: oportet, inquit, semp̄ orare & non deficere. Secunda, qua per disciplinam rebus cognoscendis incūbimus. Tertia, qua cognitīs præstandis instamus. Cæterum ex duabus posterioribus, altera natura præcedit alteram: Ea enim occupatio animi quæ versatur in discēdo præit illa operā dī conatus. Nemo aliquādo vacat præstando officio, quod ignoret, & vt ait Salustius: Prius consulto opus est: vbi mature consulueris, opus est factū. Erīt itaq; primum studiosi viri munus humilibus votis deum precari, vt rerum scientiam sibi largiatur. Si quis, ait, indiget sapientia, postulet eā a domino, qui dat omnibus affluēter & non improperat. Talē se tulit ille, qui accepta sapientia gloriatur, nō iactantia illa philosophica, sed grata quadam diuinæ munificentiæ confessione. Optauit, inquit, & datus

datus est mihi sensus: inuocauit, & venit in me spiritus sapientiæ, & præpositi eam cum his regnis, & thronis, & diuitiis nihil esse duxi in comparatione illius: venerunt autem mihi omnia bona pariter cum ea. Secundum est, excusso ignauo otio, literariū otium, id est, negotium negotiorum maximum (diuinam precem semper excipio) toto pectore amplecti & adlaborare, vt assidua lectione, auditione attentā, pertinaci meditatione, atq; ipsa rerū magistrā experientia, illa encyclopediā, id est, absolutam omnigenē eruditōis coronam assequaris, vel certe ea quæ recta sunt et honesta, & quicquid illud est, quo te vocat pro statuto viri boni officiu nō ignores. Vltimū est diligentissime adhibere quæcūq; agenda cognoris, cautēq; cauere ne aliquādo perpetrēs ea quæ fugienda notaueris, & impense sollicitū esse, vt oī in re oīq; loco oīq; tpe, decorum illud quod humana opera illustat, religiose serues. Audi conconatore illum Hebræum ad operosum studium acri contentione te provocatē. Quodcumq; potest facere manus tua, instanter operare. Quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud in feros, quo tu properas. In quo illud admirabile vsu venit, vt sicut a præceptis contingis mores, ita rursus a moribus præcepta percipias. A mādatis tuis ait, intellexi, p̄pterea odint omnem viā iniquitatis. Et iterū super senes intellexi, quia mandata tua quæcūq; Custodia itaq; mandatorum intelligentiā dat præceptorum, vel quod appetitus probus statuit rectum iudicium, vel quia obedientia mentem deo illustrandi mandam subternit. Aspice vt hæc duo inuicem propheta copulet. Dirigite, ait vias vestras & studia vestra. Et iterū: Bonas facite vias vestras & studia vestra. Hæc ad vinguē faciebant gloriosi illi viri, quos Ecclesiasticus celebrās inducit homines diuites in virtute, pulchritudinis studiu habentes. Prestabat et vtrūq; doctor gentium cū Felice Iudeæ præside agēs, ad quem in hoc, ait, & ipse studeo sine offendiculo conscientiam bonam habere ad deum, & ad homines semper. Eiusdem nepelaudatē cōscientiam amore ductus, pater filio sapientiæ studium suadet dicens. Stude sapientiæ fili mi, & lætificabit cor tuum, vt possis exprobranti respōdere sermonem. Qui enim scientia rerum solers est, potest quærentibus pro ambiguitatum varietate commoda responsa reddere.

Cap. xv. de studiosorū solertia.

AB studio etem p̄bo variocq; ea pficiscitur animi solertia, quæ inertē prorsus op ponitur. Nam solertia dicitur eum, qui veluti solidus sit in arte: vel solus, hoc est, totus, & egregie inter ceteros artificiosus. Quippe q̄ omnifaria rerū cūctarū sciētiam sibi compararit, noueritq; apprime quantum plantatiq; animæ, sensitiua, quantum sensitiuq; rationalis, quantum rationi spiritus, quantum homo cæteris animantibus, quantum deniq; dens homini antistit. Habet præterea in numerato & humana & diuinæ scientiæ dogmata, morumq; decreta: siue illa probum p̄sumq; virum, siue industrium patrem familias, siue modestum ciuem, siue commodū resp. gubernatorem, siue egregium bello gerendo imperatorem, siue diuinum quendam sacrorum mylarchè insituant. Qua de re merito Aurelius Augu. in libro de ciuitate dei, Per sium poetā vere stoticum, id est honestatis studiosissimum plurimum commendat, q̄ breuissimō verborum compēditō solertem hominem descripsit, dūm cūctos morales ad sapientiæ & morū studia capeffenda prouocauit dicens. Discite & o miserī, carnis cognoscite rerum. Quid sumus: aut quidnam visuri gignimur? ordo quis datus, aut meret qua mollis flexus. & vnde? Quis modus argēto, quid fas optare? quid asperuile nūmus habet p̄fic, charisq; p̄p̄quis. Quātū elargiri deceat, quē te deus esse iussit, & humana quā parte locatus es in re. Talē quoq; Timothæū Paulus & ipse facile oīum solertissimus in summa depingit, eidē inquit. Ab infantia sacras literas nostri, quæ te possunt instruere ad salutē p̄ fidē, quæ est in Christo Iesu. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata est ad docendū, ad arguendū, ad corripiendū, ad

Math. 7.

Psal. 74.

Luc. 18.

Iac. 8.

Sap. 7.

Ecclesi. 9.

Psal. 118.

Hier. 7.

Eccl. 44.

Acl. 24.

1. Tim. 3.

erudendum in iustitia, ut perfectus sit homo deus ad omne opus bonum instructus. Quam pulchre Paulus latissima integrè scientiæ, id est solertiæ munera in Timotheo suo expressit, scilicet docere vera, refellere falsa, renouare a turpibus, ad honesta allicere, & hominem ad omne opus bonum exercendum communitum expeditumque reddere. Quia in re illud quoque consideres, exploratumque habeas, volo, quod quantumvis eiusmodi solertia non sit per se virtus, quia scientia virtus non est, imò nec fides sola omnino perfecta virtus est, quæ informis esse potest & charitate vacua: tamen inter omnia ad probitatem naturæ commoda, & artis adiumenta, nullum est presentius virtuti comparandæ, quam rerum scientia, vel humanitus acquisita, vel diuinitus infusa, nullum prudenti proximus, quam solertia, id est, prompta cum intentione quæ vera sunt & recta, tum confectandi quæ commoda sunt & honesta facultas. Siquidem teste Aristotele in sexto de moribus libro. Is est ad bene consulendum, quod ad prudentem maxime pertinet, simpliciter aptus, qui coniectura quadam a solertia profecta id quod est homini optimū eorū quæ cadūt in actū, excogitando mente capere potest. Sed iam de ipsa moralium virtutum regina (prudentiā intelligo) ex consequenti dicamus.

Cap. xvj. de solertiū prudētia.

Prudentiā, ut eam eleganter definit Tullius, est rerum agendarum, atque vitandarum scientia, qua homo prædicitur dirigit ad rationis normam vniuersa quæ cogitat, quæ appetit, quæ loquitur, quæ mouetur, agitque ita, ut nihil præter rectum, honestum & laudabile medietur, aggrediaturque. Ea partim studio humano comparatur, dicente Iob: In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Partim & quæ absoluta est diuino munere habetur. Prudentem, inquit propheta deo, me fecisti mandato tuo. Huius munera sunt transacta memoria repetere, quæ instant commodum disponere, obuenturis periculis prospicere, vnde & a prouidentia dicta est prudentia quasi prouidentia. A præteritis capiat rerum humanarum experimentum, & certū quoddam de futuris præfagium: presentibus officium diligenter accommodat: futuris vero vel bonis obtinendis studet, vel malis vitandis, vel certe muniendis prouidentia clypeum opponit. Audi Senecam egregium illum stoicum, Si prudens, ait, es, animus tuus tribus temporibus dispensatur: Præterita cogita, presentia ordina, futura prouide. Id quod in populo suo desiderat deus apud Deuteronomium dicens: Gens absque consilio & sine prudentia, utinam saperent & intelligerent, & nouissima prouiderent. Quisquis enim his prudentiæ partibus præditus fuerit, is demum de agendis recte consulat, de bene consultis quid melius sit commodiusque ad id quod decet obtinendum, certo iudicio decernet. & quæ optime fuerint decreta, congrue executioni demandabit, cauebitque circumspectissime, ne quid indecens aut ineptum admittatur, neue aliquid quod detrimento sit in expediendis, præstandisque rebus adiaceat. Quispe prudentia, si ad sit perfecta, non solum hunc vel illum finem, sed in vniuersum positus, finem summum in quæ totius humanæ vite intentio fertur, a superiori quadam vi (quam syneresin vocat Græci, id est, iudicatorium quoddam mentis vitæ, semper que perspicax & splendens) sibi præscriptum vigili cura aspicit & attendit. Eundemque finem, vel quemuis alium inferiorem, modo ad summum ducat, moralibus virtutibus, quæ affectum perficiunt tanquam lumen quoddam præterdit ostenditque mediū quo facilius & laudatius id, quod propositum est, attingatur, siue id negotii priuata sit personæ, suoque cuiusque mores respiciat, siue ad rem familiarem constituendam spectet, siue ad rem publicam domi vel bello gerendam, vel etiam diuinam pertineat vbi que præsto est prudentia. Hæc temperantiæ modum ponit, quatenus his quæ tactū gustamque oblectant, ut sit opus Prudentia, inquit, seruabit te, ut eruaris a via mala, et ab homine qui peruersa loquitur, & a muliere aliena; & extranea, quæ mollit sermo-

nes suos. Hæc fortitudinis statuit, quantum viro timere licet, aut audere datur, & quæ sunt pericula cunctanter admittenda, quæ prompte aduenda, quæ honeste declinanda. Hac enim duce Quintus Fabius Hannibalem tot tantisque victoriis per Italia campos exultantem cunctando fregit, Scipio egrediendo debellauit. Et Dauid inclytus ille Palestinorum debellator in omnibus visis suis prudenter se agebat, cum egrediebatur in pugnam, & populum præcedens irruerat in hostes. Ad hoc inquam prudentem rem gerebat, ut regi etiam Saul timorem incuteret, homo alioquin & mitissimus & fidissimus regis dignitatis custos. Vidit itaque Saul quod Dauid prudens esset nimis & cepit cauere eum. Hæc iustitiæ iura præscribit: & ne in iniuriam seueritas dilabatur, gnomi, id est, æquitatis sententia leges ipsas attemperat. Quia in re melior est sapientia, quam vires: & vir prudens quam fortis. Præclare Lacedæmonius ille dux: si iustitia adesset, nequaquam indigeremus fortitudinis. Hæc denique omnes animi & corporis motus, siue tecum cogites, siue cum alio agas, ad rationis lineam componit: tanquam præsentissima quædam & sagacissima cunctarum virtutum auriga. In hac est enim autoritas, in illis executio. Et quanquam sine virtutibus morum prudentia nondum perfecta sit; nec enim absoluta est prudentia: quæ iusta & fortis & temperans non est, ipsa tamen illis in causa est, ut scopum rationis, mediumque illud quod est inter plus & minus attingant. Vnde quantumvis hanc virtutem ab aliis, aut alias a se inuicem, vel certe cogitatione separet, reliquæ tamen sine hac nec intelligi villo modo possunt. Non magis quàm si mediocritatem a ratione præscriptam, sine ratione concipere tentes. Parum dixi, quoniam prudentia non solum quemadmodum moralis scientia aut informis illa fides, agenda vitandaue in communi desinit, sed etiam in particulari, cum ad rem vêtum est, perturbationibus edomitis, nebulisque erroris exclusis, qua vocat officium distat, & impertio quodam regio e probo honesti appetitu manente, viresque sibi comparante, reliquas virtutes ad munera sua obeunda concitat motque. Nec mirum. Est enim prudentia ut de illa scripsit Aristoteles in libro moralium primo, tanquam architectus quidam: quandoquidem ut ipsa præscriperit & virtutes & quæ ex virtutibus sunt ita agunt. At vni sapientiæ parat, etque officiose ministrat. Nam ut paulo post idem author adscribit: Prudentiam melioribus certe ut sapientia est: imperari videri par non est: sed ea ut dici solet, cuncta procurat, præsentibusque domina est. Cæterum forsitan ut in quibusdam habet attritus, in nâque præest omnibus, dispensatque omnia: sed nondum idem imperat omnibus, verum domino otium parat, ne is præpeditus rerum domesticarum necessitate dissoluatur, quo minus honesti quippiam & officiosi agatur: ita atque similiter prudentia tanquam sapientiæ quidam attritus, et otium parat ut summum peragat opus, affectus cohibendo eosque temperando. Mirum quod aperte philosopho sapiens acclit dicens. In corde prudentis requiescet sapientia, & indoctos quosque arguet. Et illud, principium sapientiæ timor domini, & scientia sanctorum prudentia: scilicet audierat parentem suum iam olim lira canentem: Inquit sapientiæ timor domini, qui maxima est prudentia. Intellectus enim bonus omnibus manibus facientibus eum. Neutiquam patriarchæ permittitur frui amplexu Rachelis pulcherrimæ, antequam cum Lia congregiatur: quoniam ante praticam ad concupiscentiam temptationem versatus nequaquam rite ascenditur, prius tenenda est morum probitas, prudentia duce, quam dei benedictione ex Jacob sias Israel. In euangelio quoque Lucæ. Primum iubemur lumbos habere præcinctos: deinde lucernas ardentes. Primum enim operatio debet adesse, deinde contemplatio quæ mentis est illustratio. Nonne & Christus prædicatus est vir simul potens in opere & sermone, ut inde discas per prudentiam virtutesque purgatorias esse aditū ad sapientiæ atque doctrinæ recessus. In mystico denique eucharisticæ sacramento prius assumitur panis quæ vino. i. Christi corpore quæ sanguine: quia labor operis studiumque meditationis præcedit gaudium contemplationis: quod sane integrum & nulla amaritudine mistum cultoribus suis vera sapientia propinat.

Iob. 12.
Psal. 93.

Deut. 32.

Prover. 2

1. Reg. 18.

Sap. 6.

Prover. 14.

Prover. 9.

Psal. 110.

Gene. 29.

Luc. 12.

Luc. 24.

Cap. xvii. de prudentiū sapientia.

Sapientiam vocamus sublimium diuinarumq; rerum cognitionē. Cuius amor adeo vehemens mentibus humanis natura est inditus, vt non paucos habuerit sui appetitores, qui se totos ob illam capessendam doctrinę studio radiderunt. Qui quidem magno & excellenti ingenio p̄dixit eorum quę vidētur naturis perspectis, necnon obseruatis motibus, in eorū quę nō vidētur, iniquitatem sese susulerunt, potueruntq; mentis acie videre a creaturarum mole authoris magnitudinem, a virtibus omnipotentiam: ab ordine sapientiam: a perfectione bonitatem: a commodis magnificentiam, ab inęquali quadam æqualitate iustitiam, a mutuo nexu amorem, ab vnitatem principium, a varietate artem, a temporibus æternitatem, a ratione mentem, a successu providentiā, a prouidentia vniuersi gubernationem, a gubernatiōe omnium expetendorum finem, eaq; denique diuinitatis maiestatem: quę quantum abest ab aliarum rerum def. tribus certisq; limitibus, tantum vniuersorum dotibus atq; profectibus antistat. Hac nempe ratione Paulus gentium doctor philosophis, citra trinitatis incarnationisq; mysterium, deitatis scientiam concedit. Quod notum in-

Rom. 1. do ratione v̄gere dedit, sed etiam spectabilibus auxiliis prouexit. Inuisibilia rursus ait, ipsius a creatura mundi per ea quę facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas. Fuissetq; beati talibus inspectiōibus, si tantarū rerum cognitione potiti, ad ipsum mundi principem penitus conuersi fuissent, & pie affecti, totique ab vno illo pendissent: si munera diuina nō contēpissent: si diuine erga se munificentię debitum amorem rependissent: si non gloriati essent in sapientia sua, postergatoque sapientię fonte illud impie factassent, labia nostra a vobis sunt, quis noster dominus est? vnde intolerando supercilio elati, in profundū ignorantię abyssum delapsi fuerunt a turbulento quodam pelago obruti, ita vt sint in vtroq; inexcusabiles. Quia cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euannerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientis cor eorum, dicentesque se esse sapientes stulti facti sunt, vt iam sapientes essent, vt facerent malum, bonum tamen facere nescirent: q̄ si quando bonum faciebant, non tam in idipsum propter quod faciendum erat, faciebant: ac perinde impensam & operam perdebant. Quod proculdubio extremę est insipientię, & opus ipsum & inane mundanę illius sapientię quę stultitia est apud deum, Quippe quę falsa veris, parua magnis, peritura perpetuis p̄ferat: ac perinde terrena carnalis & diabolica apostolico ore merito diffamatur, vel quod terrestribus diuitiis accumulandis tota incūbat, vel carnalibus voluptatibus explendis impotēter inhiat, vel ambiat insolentia fantanica honores diuinos sibi defertri. Propter quod non iniuria tradidit illos deus in reprobū sensum, & in desideria cordis eorum in immunditiam, vt contumelios afficiant corpora sua in semetipsis, Nec longius ab huiusmodi stulte sapientibus absunt qui vel cœlestibus oraculis admoniti, vel catholica fide imbuti vel scripturarum sanctarum scientiam nacti, occultiora illa diuine trinitatis mysteria vel liberationis humane sacramenta cognouerunt, sed nullo ea desiderio amplectuntur, non toto corde magnificunt, eisq; nō votis aspirant, nō denique officio illa promerentur. Nec opportuna in mo necessearia dilectiōe prosequuntur. Quorū personam in seipso Paulus adumbrans grauitur exprimit, quam sit inanis eorum scientia, quantumuis sublimia & grandia de Christo deo & homine mysteria vbique gentium pleno ore resonent. Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero omnem prophetiam & nouerim mysteria omnia in omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Quid est dicere nisi

Rom. 1.

Rom. 1.

Psal. 111.

Ro. 1.

Hiere. 4.

i. Cor. 3.

Ro. 1.

1. Co. 13.

hil sum: nisi vacuus sapientia sum, spiritalis non sum, non modo non comodus, sed incōmodus & noxius mihi sum; Non agnoscit deus hominem sine dilectione scientem, reprobat fidem ex dilectione non operantem, stultuit & enantit, quam paratam sapientiam: & pro incremento attulit nihil tanto maius detrimentum, & damnationis cumulum, quanto meliora cognouit, & peiora sectatus sum. Redactus sum in familliam & famum & in numerum eorum, quos primus Christi vicarius appellat son. Pel. 2. res sine aqua, & nebulas turbiditas agitata; quibus caligo tenebrarum reueratur. Et de quibus paulo post subiungit. Stentim refugientes conquisitationes mundi in cognitione domini nostri & saluatoris Iesu Christi. His rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Sed iam progrediamur ulterius, ne forte durus insipientię iusto hærentes viam sacram, pulchrosq; pie pacem euangelizan- Naum. 1. tum pedes contaminemus. Hi sane sunt veri sapientes. Quippe qui non tantum mentis vi, veluti a longe, suauem illum diuine bonitatis odorem p̄lagiunt: sed proximū sentientes, transferunt in affectum vacant perturbationibus, gustant, & vident, quam suauis est dominus. Ac perinde iam non modo audita sciunt mysteria, & quasi aliena narrant: sed quę interiori quōdam sensu percipiunt, & gustu haud infecto probant: ceu experti amant & colunt & celebrant, Pollent nimirum cœlesti quadam cognitione castum, plūmque in deum & ea quę dei sunt, pariente amorem. Namque cunctiq; sublimis illa maiestas, qualis est innotescit ac sapit, statim eundem suauem in seipsum reuerentia afficit: qui vbi semel nouerit immensos misericordię illius thesauros, non modo dulcem in suis lachrymis ventam: & piis votis gratiarum munera spectat: verum etiam sublimiora illa & æterna felicitatis p̄mia animo concipit. Quando autem cognouit deum omnia scientem, bona autem tantummodo volentem, religio- so quodam timore in illum afficiatur; oportet. At vbi egregia illam diuinitatis pulchritudinem conspiciatur: mirari cœperit: proculdubio ineffabili ac perueniendo illius amore capietur: factus nempe amator formę illius: cuius iustitia suauitas sicme Sapi. 8. tis humane sitim restinguit, vt tamen ipsam foueat: sic famem sedat, vt eandem alat. Qui edunt, inquit, me adhuc esurent: & qui bibunt me adhuc sitiet. Quod si subbeat Eccl. 24. mentem consideratio diuine beneficentię, qua optimus ac maximus rerum pater omnia creatura omnia sustinet, consummat omnia, nonne vitroneus quidam & gratus amor, in tantorum bonorum authorem, animis bene sanis simul nascitur: Verū quoniam hæc affectio ab humanis commodis proficisci videtur nequitiam in ea sistit verus ille sapiens: sed ulterius ad summam perfectionis contendit: vt demum diuine propter seipsam maiestati gratuletur: illius perfectionibus applaudit: assentiat decretis: se suaq; vni illi deuoteat: illum expectat, eidemq; perpetuo hæreat, vel hoc vno nomine digna sit, cui ab vniuerso orbe dulci, lætoq; iubilo decātetur illud ex Apocalypsi Apa. 7. encomium: Benedictio & claritas & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo deo nostro in sæcula sæculorum amen. Gæterum non dubium quin tam sane de deo sentientes: tam bene sapientes, eo quo ardent amore, concipiant quoddam odium in testium & implacabile bellum aduersus ea quę vel honestis repugnāt, vel spiritualibus aduersantur. Ex quo fit, vt quāto amplius pro suo ipsorum captu eis diuina sapiunt: tanto magis terrena despiciant: id quod vnus vere sapientium deo gratias agens testatur dicens. Quam dulcibus factibus meis eloquia tua: supra mel ori meo, Mellis appellatione summam, quę a bonis creatis prouenire potest, dulcedinē intellige, cui infinito diuina illa suauitas antistatur. Felix quisquis, ille est: cui inspidum est quicquid illicitum, vitiosum aut imperfectum est: cui sic humana desipiunt: vt contemptis omnibus delectationem illam carni afferentibus, sic in summum illud ac dulcissimum verumque iucundum spiritus bonum est affectus, vt reactor cum Psal. 118. proferat illud possit. Reuiuit consolari anima mea: memor fui dei: & delectatus sum. Exercitatus sum & defecit spiritus meus: Vides, quemadmodum sapientissimus rex post habi-

Naum. 1.

Psal. 118.

Sapi. 8.

Eccl. 24.

Apa. 7.

Psal. 118.

Psal. 118.

ita cum sitis transitoris bonis, quae plurima & pretiosa & speciosa possidebat, in vna dei memoria oblectabatur: quod in eo solo vera sit suauitas. Et sic oblectabatur, vt al-
 fida peccatorum fuorum meditatione se se exceret, meritisq; de se ipso poenas sum-
 meret, se tandem maceraret, donec spe veniae concepta per se, amore exar desceret. In
 illiis autem ignis est in stom: & caminus in Hierusalem, Inchoatio enim dilectionis
 diuinae comparatur in ecclesia praesenti, quae futura sub fidei vmbra speculatur. Ple-
 nitudo autem ardoris & charitatis in caelesti patria consummabitur, vbi erit pacis ve-
 ra visio plena, Sed non est silentio pretereundū quod addit, & defecit spiritus meus:
 quod ideo diuinum videri potest, quod sapiens exercendo se eo profecerit: vt iam nulla
 tenus sibi fidat, sed totum diuinae clementiae sese erdat: iuxta illud, defecit in salutare
 tuum anima mea, & in verbum tuum super speraui: vel quod quantum in meditando
 caelestia sacramenta, eorum contemplationem longe alis maiorem assequatur: agno-
 scit tamen se nequaquam illa comprehendere: nisi quo modo extendit se: atq; penetrat
 affectus, quo non peruenit intellectus: dum amat in deo & ea quae cogitatione vel visio-
 ne attingit, & quae captu inferior non comprehendit. Hoc est, quod Gregorius ait,
 Amor intrat, vbi cognitio foris stat, Et illud Esaiæ. Erert cultus iustitiae silentium.
 Hoc est secretū illud māna quo pater caelestis in solitudine amicos suos alit, fouetq;
 quando non comedunt de frugibus terrae & irruentes in se amalechitas creationib;
 & armis propulsiunt. Vincenti, inquit, dabo manna absconditum: & dabo ei calculū
 candidum: & in calculo nomen nouum: quod nemo scit, nisi qui accipit. Hæc est illa
 sapientia quae trahitur de occulto, & quae trāffert se in animas sanctas, & amicos dei &
 prophetas facit. Non vocata venit, stat ad ostium, & pulsata caelestibus onusta delictis,
 intratur atq; cœnatura cum eo, qui ei mentis ostium aperuerit. Quisquis ille fuerit si-
 ue seruus, siue liber, siue fœmīna, siue vir, siue nuptus, siue celebs, siue vidua, siue virgo,
 siue laicus, siue sacerdos, siue publicanus, siue religiosus, siue Græcus, siue Scytha, siue
 Ismaelita, siue Israelita, siue doctus, siue indoctus, pādāt animi sui sinus ingerēt se diu-
 næ sapientiae, respiscat, credat, & diligat, & cœnabit cū illa, Nec caueris rei familiaris
 inopiam: ipsa secum suas affert opes & delictas; quippe quae parauit magnā illā cœnam
 æthereis dapibus refertam, non modo domesticis suis, sed etiam alienigenis: & quae
 tantum cōiuias expetit, vt inuitos cogat ad se adduci. Quare ne timeas: quādo cūq;
 veneris: dum modo tibi vita super sit, nō esse ad illius regiam admittendum, vel postq;
 admissus fueris, esse ab ea excludendum, si tamē veste indutus fueris nuptialis: fide, spe
 atq; charitate: simpliciter confuta, recteq; factis simplicitē ornata. Quid stas herenti
 similis: forsitan obstruisti auditō sapientie nomine, quod non sis vnus quīspīa phī-
 losophantium eorum, quos mundus miratur. Tam rusticus est iste tuis timor, quam
 iniqua insolentia illorum, qui Socratico quodam supercilio sibi solis sanctimoniam
 vendicant. Cum alto qui Christus in spiritu exultans humilitatē simplicitatēq; nomi-
 ne confiteretur, gratiasq; agit patri domino cœli ac terræ, quod absconderit per magna
 illa veræ sapientiae mysteria a mundi sapientibus & carnis prudentibus & reuelauerit
 ea paruulis. Quare age accede intrepidus ad sapientiae mensam & propositas tibi da-
 pes carpendas: siquidē vt eas consequaris, eis demiq; fruaris, minimè opus est tibi dia-
 lecticis argutis, aut geometrarum porismatis, aut phisicis dogmatibus, aut secretoriis
 bus illis, qui non tam spiritu quam litera theologant, inuentioibus suffarcinatum
 adesse. Da mihi mentem sanctam & deo placentem: pietate, simplicitate, innocentia, hu-
 militate, honestisq; votis & actionibus compositam, præteritorumq; peccatorum me-
 moria affluam: presentium honorum contemptū extantem, futurorum in expectatio-
 ne propensam: & procul dubio poteris delictis regum. Crede mihi Christiana phi-
 losophia, id est, veræ sapientiae obtinendæ satis est verā fides, certa spes, ardensq; cha-
 ritas: quae secum alias virtutum donorumq; spiritus sancti dotes feliciter afferunt.
 Quisquis his fuerit imbutus nō potest nō sapere, idq; ad sobrietatē gaudensq; sapien-
 tia sua,

Esai. 31

Psal. 118

Esai. 32

Apo. 2

Sup. 1

Apo. 13

Luc. 14

Luc. 11

ita sua, ingenue profitebitur, se nihil aliud scire, nisi Christum & hūc crucifixū. Nec
 temere ambulabit in magnis & mirabilib; supra se, sciens quod qui persecutor est
 in maiestatis, opprimetur a gloria. Sed quoties contigerit ei ingenti deuotione in super-
 na effari, aut caelestium admiratione suspendi, aut deniq; suauitatis locunditate per-
 fundi, humilitora de se sentiet, non sibi nimium placebit, nihil præsumet. Enimvero
 attente audiet, quid loquatur in se dominus. Quoniam loquetur pacem in plebem
 suā, & sup sanctos suos, & in eos qui cōuertunt ad cor. Itaq; si ad illū pertineat publi-
 ca doctrina: pro officio studebit fidei dogmata nosse, & a deo exorare sciētā eorū q̄
 ad pacem sunt Hierusalē, vt sit lucis abundantia diligentibus deum, quæ sanctos suos
 mris afflatib; illustret ac repleat. Expectet quoq; & noua gaudia his qui post delicta
 respiscētes conuertuntur ad cor. Neminē contemnet, de quo nōnulla reliqua sit salutis
 spes in omnibus Christi membris Christū agnosceret et adorabit. Preterea singula sa-
 ne intelliget, omnia caste operabitur, cum tranquillitate et modestia cōuersabit, prude-
 tioribus facile cedet, melioribus arridebit, afflicto indolebit, & pro virili optulabi-
 tur, simplici mente tam de proprijs q̄ de alienis operibus iudiciū feret. Nam, vt ait
 diuus Iacobus. Quae deorsum est sapientia primum quidem pudica est, deinde paci-
 fica, modesta, suadibilis, bonis cōsentiens, plena misericordia et fructibus bonis, ius-
 tificans sine simulatione. Adde quod nō est hic sapiens, quantum plus tribuat charita-
 ti, quæ edificat, quam scientiæ, quæ inflat: agnosceret tamen eum qui scripturarum san-
 ctarum scientiam cum charitate continuerit, alioque de amore docendo incenderit,
 longo interstitio præcedere eos qui tantum sibi sapiunt. Daniel enim ait. Qui autem
 docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: et qui ad iustitiam eruditi sunt plu-
 rimum, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Qui astipulatur et liberator noster apud
 Math. 5
 Matheum dicens. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno
 caelorum. Ad hoc ne utiquam erit refractarius & contentiosus, sed quoniam spiritus
 prophetarum subiecti sunt ipsis prophetis, prophetias non contemnet, probabit
 tamē spiritus an ex deo sint: imo ipse angelus sathanæ trāffert se in angelum lucis, nō
 statim sibi placebit nouis reuelationibus percipiendis, nec innitetur sapientiae suae
 suspendetque iudicium donec ad orthodoxe fidei regulam exploret: an spiritus san-
 ctus in istone doceatur, necne. Quod si falsam deprehenderit monetam, statim eam,
 vt bonus nummularius reprobabit. Si autem veram inuenit, exultabit in domo
 no inuenta pretiosa margarita ægregius negociator & distractis omnibus bonis
 suis comparabit eam. Felix o nimium felix tali mercimonio, quo regnum caelo-
 rum acquiritur, & æterna sapientia comparatur. Beatus, ait, homo qui inuenit sa-
 pientiam & qui affuit prudentia, Melior est acquisitio eius negotiatione auri & ar-
 genti: primi et purissimi fructus eius: pretiosior est cunctis opibus et omnia quae
 desiderantur non valent ei comparari. Sed iam dicendum est de ea alacritate, per quā
 sapientia illos fructus suos laudatissimos germinat.

1. Cor. 2
 Pro. 25

Psal. 84

Iac. 3

Dani. 12

Mat. 5

1. Cor. 14
 1. Tes. 5

Mat. 13

Pro. 7

Rom. 12

Cap. xviii. de sapientum alacritate.

Alacritatem intelligo quandam animi erecti atq; sublimis promptitudinē: qua
 sapiētes diuini amorē ardēt, religioso cultu gestūt, atq; conātur diligentissi-
 me de medio tollere q̄conq; pietati obstat, et quāta possunt celeritate spūalibus profe-
 ctib; insistant: idq; ad eo sublimiter vt terrenorū oblitū, q̄tū fas et iura sinūt, caelestibus
 quodāmodo interesse videātur. Est itaq; prima sapiētis sedulitas agnoscere se mēbrū
 mystici cuiusdā corporis quod est ecclesia: suisq; se eidē nō tam natura, quā eximia
 Christi dignatione aggeneratū cōpartumq;: a quo vno Christo tanq; a capite gratie
 et veritatis plenissimo perenni lumine deriuantur in totū corpus atq; singula mem-
 bra dona illa supernaturalia, quibus presentib; sapientiae spūs in nobis cōcipitur alit
 et vq; ad perfectū in dies accrescit. Deinde quicquid sibi diuinitus fuerit collatum;

Caput. xviii.


neutiquā vni sibi sapiens ita v̄dicabit: vt putet nihil aliorū interesse, verū exploratū habebit: nemini quēquam boni sic esse proprium, quod non sit alicūde alijs studio se cōmunicandum: siquidem vnus idemq; est illi cum reliquis deus, verus Christus: vna fides, vnūq; baptisma: & in quā deus & dominus vnuerſorum Christi: qui non modo sua sed & seipsum adeo in cōmune proposuit: vt furto impūtet quicquid singulariter possidetur. Qui autem ita sapuerit, proculdubio mente deo deuotā sedulo conficiet suauissimum quoddam thymāma pulcherrimis castarū cogitationum floribus cōmistum: purissimis p̄arū p̄cationum odoramentis conditum: & varia actionum operumq; sanctimonia probatum, ac demum egregio illi vnguentario cuius diuinitissimus odor sp̄s as et usq; sodales post se alacres currentesq; trahit: fide & veritate acceptissimū. Nequaquā enim erit ingratus deo, quod ipse sibi offerri apud Exo. dum p̄cepit: facies, ait, thymāma compositum opere vnguentarij, mistum diligenter, & sanctificatione dignissimum. Hoc nempe vnguetum sapientia est charitati cōiuncta, aut charitas sapientia innixa: vtraq; enim cōditur thymāma sp̄rituale: ne vel ardor furat sine discretione: ne discretio frigeat sine amore. Ardebit itaq; alacri amore sapiens, & virgente Christi charitate quā magna sunt aggredietur: difficilia expediet, & diuina quēdam sp̄ritus munera obibit foeliciter. Nimirum diliget deum seculo, id est, ex toto corde suo, & ex tota mente sua, & ex tota animā suā, & ex omnib; v̄tribus suis. Dilecti amore languebit, & languore deficiet, quousq; in vitam perfectū proficiat atq; ingenti bonorum sperandorum gaudio sese continere non valens decantet letabundus. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Cor meum & caro mea exultauerūt in deū vitium. Iam vero qui corpore & sp̄ritu exultans tam expedite fertur in dominum, torpebit in conseruum: Non vtiq; quā potius proximum suum seruo & non simula te diliget sicut seipsum: fieriq; nequit vt quispiam syncere deum amet: quin & ea q̄ illius sunt, simili prosequatur amore. Nam & semetipsum propter eūdem diligit, si modo sese pie diligit vnde & plus dilectionis impedit his quā deo similia sunt & pro pinquiora. Immo & illud hinc vsu venit, vt iam iuxta Pauli decretum charitatem fraternitatis inuicem diligit: & quid hoc est nisi ipsam in se charitatem æmulari atq; fo- uere, & extendere, vbicumq; illam vel habitare, vel locum habituram senserit ita vt a charitate personam diligit, non autem a persona charitatem. Alioquin vbi persona dis- soluerit: procul aberit ille alacrum ardor: cuius est inimicus quoq; & osoribus suis amicitia & beneficentia prestare. Atq; quisq; sine personarum acceptione charitate ar- det, amat quidem nō verbo & lingua: sed opere & veritate: vñ nō modo in proximo malum esse vtiq; dolebit: sed sancto quodam odio persequetur, donec si fieri potest, aboleatur culpa, seruata persona. Quod si vulnus fuerit immedicabile, rescindet illud Eccl. 4. auferetque de medio: ne contagio illius ecclesie pars sincera trahatur. Quemad- Gene. 2. modum & olim Fines sacerdos interemptis fornicatoribus in bonitate & alacritate anima suā placuit deo Israel. Et rursus non modo bonum proximo adesse vo- let: sed & inuicidissimo quodā sp̄ritus affectu et adheret. Haud secus q̄ deus quī Gene. 2. virum formine artius copularet, vxori adherere iussit. In quo magnum illud sacra- mentū Christi & ecclesie, Paulus latere putauit: quā dominus ita dilexit, vt p̄ illa con- uocanda tuendaq; alacriter sese morti tradiderit. Simili seruore ferebatur, Et idē Pau- Eph. 5. lus quī Corinthijs, inquit Ego autē libentissime impendā & super impediar ego ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens, minus diligar. Iam vero si diuino sp̄iri- 2. Cor. 12. tu afflatus eorum, quā & naturam & cōmunem fidem transcēdunt: reuelationem ex- ceperit, ad sacrarum semper scripturarum dogmata, sibi reuelata prius diligenter conferret: deinde sedulo alijs sacramēta manifestabit. Nouit enim illud angeli ad Tho- Tob. 12. bitam, sacramentū regis abscondere bonū est: opera autē dei reuelare & cōfiteri honori Luc. 24. ficum est. Tali ardore perciti duo illi beati discipuli, q̄ in fractione panis Christi cog- nouerūt

ignorant surgentes a cena hora vespertina, alacres regressi sunt Hierosolymā, aposto- lis dominicam resurrectionem denunciantur. Quam seruenti si iritu regressus est Luc. 4. Christus a deserto in Galileā prædicās euāgelij regni det: quā alacer ibi p̄ ciuita- tes & castella, cœlestia sacramēta docēs: Hic apostolis ille incredibilis euāgelizadur dor, quos Petrus ardentissimus idem inducit succinctos lumbos in euāgelij pacis. Mirum quam discrete docebat, quam expedite fidei mysteria explicabant, quanta 1. Pet. acrimonia ab impigritate ad pietatem exortando populos reuocabant. Agebat enim il- Luc. 21. los sp̄ritus Christi velocēs in opus suum, vt vbicq; gentium arderet ignis ille, ad quē in terram mittendum ex celo venerat. Namq; fuere re vera ap̄stoli excussorum pro- phetarū filii, sagittæ in manu potentis Christi, quæ multa vi sp̄ritus vibratę, celer- P̄sal. 119. rimo volatu totum orbem percurrerunt, deiq; agnitione repleuerunt, carbonibus erroris & vitij desolatoribus depurgauerūt, & cœlesti amore inflammarerūt. Quid meminerim Apollon Alexandrinum virum eloquentem? Nam vt legis in actio- bus apostolicis. Hic quoq; erat edoctus viam domini, & seruans sp̄ritu loqueba- tur, & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu. Quo sp̄ritu, qua fiducia, qua vt Stepha- nis prothomarty sapientia plenus & gratia, apud sacerdotum & principum concili- um perorauit, cum a deo sublimiter mentis aciem in diuina extulit, vt rckratis ste- A. & b̄ cœlis, aperto in lumine gloriam dei viderit, ipsumq; Iesum, cuius causam stre- nue agebat, stantem a dextris virtutis dei cōspicatus est. Quam obntxe loqueba- 2. Tim. 4. motheum aduēat, vt in docendo exhortandoq; populo alacrem sese gerat. Testifi- cor, ait, coram deo & Christo Iesu, qui indicaturus est viuos & mortuos, & per aduē- tum ipsius, & regnum eius prædica verbum, in ista opportune, importune, argue, ob- fecra, increpa, in omni patientia & doctrina: Deniq; nescio an sit aliud minus quod alacriori indigeat animi intentione, quam opus est, vt sic accommodes auditoribus doctrinam sanam, & salubria hortamenta, quod ipsos veris instituas, inuicidit dele- tes, & maioribus propositis moueas: et ab humilis auertas, & ad diuina raptas. Si quis hæc cōmuniode expleat, hic quem querimus: hic est fidelis ille seruus & prudens Mat. 24. quem constituit dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensu- ram, Nam quoniam prudens nouit ap̄tine eloquium mysticum, cōsilium salu- bre decretum domini ad opus eum stimulans: & quia fidelis est sedulo rem domini tractat omnem adhibens sollicitudinem, ne naufragium facta ob negligentiam, ne ore prophetico pronuntiat. Maledictus homo qui facit opus dei negligenter. At in sapientem negligentia non cadit, timet enim impius dominum: qui autem timet deum nihil negligit, Vt inquit Paulus, mihi si non euangelizauero, Autumabis 1. Cor. 9. forsitan ad solos p̄clatos ista pertinere, quibus peculiari officio incumbit omnem in opere lapidem, quo optime habeant Christi fideles. At nō est tā angusta Christiana philosophia, quæ docet omnes qui in Christo recte sapiant, mutuam gratiam alteri Gal. 6. tro communicare, alterum alterius onera portare, & vbicumque res exegerit, inuicem sibi ministrare. Quid enim frater fratri alacriter non præstabit: videns ipsum Chri- stum in medio discipulorum esse humilem & alacrem tanquam qui ministrat: Nec Luc. 22. altam ob causam transiens ministrabat eis, nisi vt tali exemplo admoneret suos ab- que inuidia & cōtempit, mutuo sibi ipsius inferre. Nondum enim sapit sicut oportet eum sapere qui vel scientia inflatus, aut fastu alio tumidus, dedignatur descendere ad minutissimū queque dum opus est, exhibendum ministrata, non tantum erga Christi domini circa cuius frequens ministerium Martha sollicita turbabatur Luc. 10. tantus erat p̄ se facere ministrandi ardor, sed etiam erga minutissimum & abiectissi- mum eorum qui ad Christum pertinent. Si tamen abiectus habendus est, quispiam eorum quorum angeli semper vident faciem patris qui in celis est. Nonne omnes Mat. 23. sunt ministri sp̄ritus propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? Nonne deus Heb. 12

Psal. 103: propter paruulos ad se ducendos facit angelos suos spiritus & ministros suos flammam ignis? In angelo legatum, in spiritu alacritatem, in ministerio obsequium in flamma ignis charitatis ardorem intelligamus, vt angelicum concipientes affectum, spirituali turpetur, & feruenti amore. acceleremus operas nostras, & in omnibus deo promptissime obsequamur, sicut decet sanctos. Sic fiet vt quicumque alacritatem nostram viderit homo, sic nos existimet, vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum dei. Hic iam quaeritur, ait, inter ministros fidelis quis inueniatur? Inuenitur autem fidelis sapiens non tantum in spiritualibus, sed etiam in corporalibus distribuendis diuitiis, communicat enim Sanctorum necessitatibus. largitur quidem indigentibus, non diuitibus: laborantibus, non otiosis fidelibus priusquam infidelibus: iustis, potius quam peccatoribus, ita vt illos adiuuet, & eorum delicta mitissime foueat: Tribuet autem ille simpliciter. Nec pretendet alterum circumvenire, vt pro paruis magna, pro paucis parua exigat, aut ad id quod turpe sit, & iniquum faciendum corrumpat muneribus & alio. Verum hoc vniu. pretendet, terrenas opes celestibus commutare, & Sanctorum merita hac ratione communia sibi reddere: ac perinde nequaquam duplicem a Deo mercedem exiget, sed temporali contempta, aeternam dumtaxat expeter, & in vnam illam ardentissimo desiderio contendet dicens. Quid mihi est in caelo? & a te quid vult super terram? Defecit caro mea, & cor meum. Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternum. Quam cito volatu atque felici in tertium vsque caelum sese extulit? qui contemptus terrens pariter & celestibus bonis, depressis carnis blandimentis, & impuris cordis cogitationibus confopitis, vnicam portionem suam Deum sibi delegit: & quidem merito, nam caetera bona sicut sine Deo torquent, ita enim solo illo omnia splendent. Non itaque sapiens existit coelestia bona alia a Deo: sed non probat illa absque Deo, in quo vno & reliquis quoque iucunde gustatur, Et ita perfrui, vt in hac quoque vita in de gaudeat commodare amicis propter Deum, misertusque calamitatis alienae etiam non rogatus subuenit laboranti, nec id praestat improperans aut caperata fronte, sed hilari vultu inopem iuuat, & mitibus alloquitur demulcet, memor sane Ecclesiastici praeepti. In omni dato hilarem fac vultum tuum. Et illius Pauli, quo misericordes adiuuet largiri amicis & afflictis optulari, non ex tristitia & necessitate, sed laeta mente & cum quadam promptitudine. Hilarem, inquit dato rem diligit Deus. Non quod non admittat Deus inuicem spote sibi oblatu, licet illa careat hilaritate ex abundantia spiritu profecta, sed quod donanti pene inuito, haud respondeat eisdem amoris delictis, quibus prosequitur alacres iucundosque donatores. Siquidem, auctore sapiente, dignos se ipsa circuit querens sapientia, & ostendet se illis hilariter, vt eorundem faciem exhilaret in Deo, non dubium quin spiritus sanctus qui est misericordibus certum quoddam hereditatis aeternae pignus. Quis autem non laetabitur magnopere cum sibi extenui quodam & prexiguo precio caelum vendicat? Quanta cura Abraam & Loth, ille peregrinos hospitio non tantum exceperunt, sed etiam sequebantur eos donec apprehensos in domos suas fouendos reuocarent. Et pusillus ille Zachaeus, quanquam publicanus, vocatione tamen Christi sapientior factus, dum ipsum letus & gaudens in domum suam excepit perpetuam aeternae salutem comparauit. Dices promptus ego sum ad largiendum regis si mihi suppetent facultates. Non angaris. Non enim ista promptitudo mercede sua carebit: sic enim inquit Paulus Corinthiis, si uoluntas propra est, secundu id quod habet, accepta est non secundu id quod non habet. Cares opulencia latius patet sapientis alacritas, gaudet comiter cum gaudentibus, leto benigno cum fientibus, redde festinato cuique quod suum est. Desidera iustitiam Dei vbi que gentium radices agere. Mundum habere cor imprimis satage, pacem non tantum oblatam admittas

admittas: sed & negatam persequere, coapta te diligentissime alienis affectibus, quantum licet & concludit: vt omnia quantum in te est ad Christum trahas. Ascende in orbem cum Mose, & eleuatis in caelum manibus obsecra victoriam populo dei: & aduersus Amalechitas, vel certe precibus copugna: excute soporem, & cum Christo domino aduigilans pernoctabis in oratione Dei, donec vel constantia impetres, quod forsitan meritis non debetur. Ad haec prouideto diligentissime bona non tantum coram Deo: sed etiam coram hominibus: & Eleazar more potius prompto animo honesta morte defungere, quam diserto facto ve minus recto cuiusvis scandalo. Praeter ea tuum, id est, sapientis esse arbitrator iniurias illatas, nec facto nec verbo retaliare, imo nec commoueri: quando potius bonum pro malo rependere, maledictibus benedicere, & nocentibus benefacere, & obsequis & honoribus ita non tantum amicos, sed & inimicos praeventire: vt vel inuiti ad beneuolentiam rependendam concitentur. Denique promptus est sapiens tribulationes & damna non solum aequo animo ferre, sed & illas tolerando gaudere. Iban, inquit, apostoli gaudentes a conspectu concilii quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. At ne putetis hunc virtutis gradum illos tantum fidei proceres tangere: Optat eundem cum fidei Christo credentibus Iacobus apostolus. Nam & ipsos in hac exhortatur. Omne gaudium existimate fratres mei, quum in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestrae patientiam operatur. patientia autem opus perfectum habet: vt sitis perfecti, & integri, & in nullo deficientes. Ad summam intueri pulcherrimam amicam alacritatis effigiem, & sapientissimo simulque ardentissimo gentium doctore faberrime ad viuum expressam. Charitas patiens est. Benigna est. Charitas non emulatur, non agit perperam: non inflatur, non est ambitiosa: non querit quae sua sunt: non irritatur: non cogitat malum: non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati: omnia sufferit: omnia credit: omnia sperat: omnia sustinet. Charitas nunquam excidit. Et quid est nunquam excidit: nisi nunquam moritur. Quatenus ardentem deum proximo nunquam diligit: non delinquit: qui autem non peccat, manet in uita. Quare merito cononator exclamat. Quid habet amplius stulto sapiens, & quid pauper: nisi vt pergat illuc ubi est uita.

De multiplici alacrum uita. Cap. xix.



Vid, inquam, habet amplius stulto sapiens & pauper spiritu epulone diuite, nisi ut alacriter pergat illuc, ubi est uita: Et quoniam in loco uita latet? Nempe apud lignum uiuum atque uiuificum, quod est in medio paradisi. Salomon enim de sapientiae alacritate te agens, inquit, lignum uitae est his qui apprehenderint eam: & qui tenuerint eam beatus. Taceo, quod iuxta id vnde haec parabola sumpta est, olim potuisset homo originea illa iusticia praeditus uitam ducere sempiternam, si maluisset ex arbore uitae vitales fructus decerpere: quam exscientiae boni & mali planta degustare letales. Profecto affligere ausum neminem mortaliu. hanc uitam tot erroribus fluctuantem tantis cruciatibus molestant: tam multis calamitatibus affligentem, tam variis perturbationibus agitantem. tam denique breuem, rectius minusque moleste, secundum atque tranquillius agere, aut magis in longum producere, quam uirtu sapientem & alacrem. Nempe qui maxime omnium affectibus imperat, cauetque imprimis, ne concitata ira ardentior bilis totam inflammet absumatque naturam rotam: ne libidine vaga corpus exhaureat, ne effusione letitia distentus agat animam, ne contractore tristitia absorptus inuereat: ne nimio dolore adactus mortem sibi conciscat: ne uel flagitium aut facinus capitale aliqui admittat: ne denique leui iniuria quae aduersum se laesat. Quod si quando arctus tractanda sit caro, ne subsultet: si durius exercenda, ne mollior titillet: si castiganda iustisq.

Imperij premēda praestabit id ipsum sapiens haud vitio truculente, nec insensate: sed prudenter ac mediocriter, quantum opus est; ut illa obnoxia sit satiationi, et habilis atque idonea ad spiritus munera obanda. Ad haec quum occulta syderum vi, aut aeris corruptela, aut regionis intempēte, aut diuino decreto in languorem morbumve inclinet: leuiorem primum patientia reddet, contentus resistet: deinde consideratiuam suadet: claudet gulam, cupedij: aperiet medicamentis, & ieiunio assuetus redundantiam illam humorum naturam opprimentium facile minuet: & demum resumptis vitijs, non tam extinctis, quam ad horam confopitis, longe citius salutem pristinam recuperabit. Hinc Socrates autumauit homines, si nati essent patientiam temperantiamque absolutam posse fieri pene immortales. Plato duo de viginti annos quartana febris laborauit: adeo temperate egit, ut vegetior morbum euaserit. Apud nos passim videas homines a lautiore vita ad frugaliorem redactos, non modo a morbo articulatim, sed grauissimis agritudinibus fuisse liberatos: sed etiam multo longiorem, quam putabantur, vitam peregisse. Deinde quemadmodum prauis hominibus cor triste conscientia scelerum, exiccata ossa: ita & probis cor hylare, recte factorum conscientia, in quidam facit aetatem ac subinde illis quantum senioribus semper adest: lata quaedam viriditas senectus: qualem in Antonio magno illo eremita ita enituisse fertur, ut diuinum quiddam praeseferret: ac vel sola ea inter ceteros eremitas facile dignosceretur. Quae omnia insipientibus insanabili vitio stupidis in contrarium cedunt: quos vulgo vides vel insatiabili in gluuie strangulari: vel nimia saturitate corrumpi, & interdum quoque disrumpi, vel tristitia contabescere, vel tedio atque dolore emori, vel ob insanium gaudium vita destitui: vel ira, odioque furentes mutuis vulneribus cadere, vel denique ob pudenda flagitia & immania scelera capite cedi. Quid Ezechias. Quod quemadmodum Ezechiae Regi ob insignem viri iustitiam deus addidit annos vitae quinquaginta: ita e diverso quo magis approperant insipientes assidujs erroribus certum quendam peccatorum numerum explere: eo citius vindice deo, praesent de vita tolluntur. Argumento est diluuium: quo inundante viginti annis ante praescriptum diem, consummata scelerum mensura, mundus deletus est. Expectant quoque deus compleri peccata Antiorum, priusquam eos aboleret. Testatur idem Psalmista, quum ait. Vires sanguinum non dimidiabant dies suos. Quod si occurras mihi, & dicas ad breuitatem quoque fuisse vitam sapienti illi qui in breui tempore consummatu manit tempora multa, raptusque est ne malitia immutaret sensum eius. Placita enim erat deo anima illius: Sed attende primum nos minime diffiteri sapientem vel naturali defectione, vel fauente luce, vel quouis pernicioso casu interdum morticium insipientem, sed censemus etiam de nocumenta frequenter minus infesta esse sapienti quam insipienti: quod sapiens quoque plus corpori tribuit quam bona ipsius exigat habitu do, Neque praeter modum humanis mouetur affectibus: quae duo proculdubio ad corporalem salutem tuendam & laudatissimis pharimacis & regularibus fomentis multo praestant: deinde diuinis oraculis edocti fatemur virum probum naturaliter ditius visum magno dei beneficio, non nunquam de medio tolli, quod sit ei proclitue a probitate sua cadere si diutius vixerit: at ille talem mortis appropriatione amplectitur libentissime quae se secum agatur optime. Costat enim longe aliud esse intuitu auelli a voluptaria & carnali vita, auulsumque trahi in horrentem carcerem, veram mortem, vitamque miseriam: aliud hominem sponte sua excipere ab hac morte vitali, & vita mortali miseris plena, atque transferri in veram vitam statimque rerum per beatum. Hoc enim posterius non modo oblata sapienter aequo animo admittunt, sed etiam sponte sua id a deo expetunt, cupientes cum Paulo dissolui & esse cum Christo. Ita tamen expetunt, ut si opus est illos adhuc in carne manere beato Martino assimilēs laborē minime recusent. Helias ille zelotes, huius vitae peritus expertus animae suae, ut moreretur dicens. Tolle domine animam meam: nec enim melior sum, quam patres mei: cui respondit est adhuc grandis tibi restat vita. Quo audito, oraculo

to, oraculo ditius obsequens, comestis pane subcinericio confortatus ambulauit alacer in virtute cibi illius quadraginta dies usque ad motem dei Oreby: vel hoc experimento sentias non esse incredibile illum adhuc alacrem laetumque spectare tempus in quo iuxta diuinum placitum veniet & restituet omnia: sed iam transeamus ad vitam hominis vitamque actionibus constat humanis: haec sunt quae a ratione proficiscunt. Nam quando homo corpore nutritur, crescit, generat, commune id habet cum plantis: quum autem intrinsecis aut extrinsecis corporis sensibus vitur, aut sensibili appetitu agitur: nihillo praestat alio ceteris animantibus: nisi quatenus inferiores illos motus ratione dirigit ac moderatur. Hac enim via vi homo a brutis se iungitur, ac perinde quemadmodum plantis vitere tantum censemus, si germinet: & bruta si sentiant: ita & homines vere vitere existimamus si ratione vitatur. Sicut enim verum argentum verumque aurum, verum equum, verum hominem agnoscimus, si suis ipsorum idcirco, id est, rationibus in mente diuina lucentibus ex aequo respondeat: ita vera hominis vitam eam esse tantum dixeris: quae statim rationi humanae, mox diuinitate amantissim congruat: a qua si destiterit, cum in spiritualem transire nequeat, necesse est eundem in brutam decidere. Ex quo fit homines imprudentes ac intemperantes vitent quidem vitere: re vera autem non magis eos vitere quam psythacus cum voces, aut fumus gestus humanos imitatur. Cuiuscunq; enim animis mortuis sepulchrum vitium, id est, mobile corpus: unde & illos apulissime Christus appellat sepulchra exterioris dealbata: intus autem cadaueribus plena. At vero prudentes libere temperates vere quidem viuunt, qui cunctas actiones suas ratione dirigunt atque moderantur. Viuunt, inquam, vitam politicam: Cum siue cogitent se cum siue cetero agant: siue priuatis, siue publicis muneribus fungantur, pro statu suo ac rerum dignitate sese exercet respública optime consultum esse volunt & pro virili curatur id ipsumque praestant. Adde quod tanti hanc sententiam philosophi naturam ducem coprobauerunt: ut inde consequenter censuerint, satis esse homini, esto quod totius morte interiret (quod nos stre rationes vetant) re se agendo ad horam vitere, fortiterque pugnan do statim occumbere, quam prauē agendo, turpiterque honestam mortem fugiendo, diutissime vitere. Sci licet, quod illud humanum esset, hoc vero ceruinum: ac perinde quantum homo a ceruo distat, tantum breuissimam illam strenite occumbentis vitam antistari huic turpet fugietis, quamuis diutissimam. Praeclare Cicero. Nemo enim diu perum vixit, qui virtutis perfectio perfectio functus est munere. Hoc forsitan satis fuit homini, cui non illuxit vera illa vita, in qua omnia viuunt, satis, inquam, fuerit non ad vitam ceteram comparandam, sed ad vitam ciuilem honeste agendam. Ceterum sapiēs nosse & alacer longe vitius progreditur & ad vitam spiritualem, id est, vere vitam & vndeque perfectam habendam velis & remis contendit. Nempe sicut a prudentia humanam ad diuinam, & a iustitia hominis ad dei iustitiam pertranfit, ita etiam a vita rationali ad spiritualem gradum facit. Transcendensque cunctam rerum molem, sitibundus tota anima petit deum fortem viuum: apud quem scit esse fontem vitae: quae non tantum hominibus, sed deo quoque recte viuunt. Audit enim Moses consulentem sibi. Elige ergo vitam, ut tu vitas: & semen tuum: & diligas dominum deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhaereas. Ipse enim est vita tua, & longitudo dierum tuorum: ut habites terram, pro qua iurauit dominus patribus tuis Abraam, Isaac, & Jacob, ut daret eam illis. Elige inquit, vitam id est, probis moribus & pro quodam voto seclusa omni stultitia cordisque tarditate ad credendum, dilige tibi vitam spiritualem: sedem diuinis oraculis adhibe, ut vitas tu, & semen tuum spiritu illo, qui superiore quadam ratione viuificat, sic enim deus est vita tua & longitudo dierum tuorum. Sicut enim anima corpus tuum animat, datque illi motus exercere vitales: ita deus medio quodam superiore supra rationem lumine mentem humanam viuificat donatque ei actiones edere spirituales. Iustus, inquit, ex fide viuunt: fundamentum Rom. 1.

Mat. 17.

Mat. 23.

Vbi curatur, lege est rati.

Dei. 30.

Itaq; vite spiritualis proculdubio fides est: Sicut & plantatua anima basis quaedam est vite animalis. Ac perinde quemadmodum fetus ante sensum nutritur & aliquatenus vivit: ita & credens antequam diligat quodam modo spiritualiter vivit. licet non perfectus, nihilq; promeretur ad vitam consummatam obtinendam, ideoq; fides mortua dicitur, si non adsint opera charitate condita. Vna enim charitas qua diligitur Deus in se & proximus propter deum est anima fidei spei ceterarumq; virtutum, quia cunctis illis prestat eum finem, quod est vnicum spirituum deo gratiarum actionum principium. Fides ergo quae per dilectionem operatur, est qua perfecta spiritus vita comparatur. Hanc vitam vivunt, quicumq; sublimitatis volatu sensum atq; rationem legi q; vmbra transgressi, in spiritu & veritate deum adorant. Nonne spiritualiter vivunt, qui spe regni caelestis paupertatem amplectuntur; mansuetudinem praesant; gemitibus in enarrabilibus caelestem patriam deposcunt, iustitiam dei & appetunt & colunt; pacem cum omnibus hominibus servant. vt vnicam illam consequantur: qui ita caste vivunt, vt eorum conversatio in caelis esse videatur: hi sunt quos Paulus non frustra admonet, si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Quicumq; spiritu detaguntur hi filii dei sunt. At qui necessum est progeniem dei divinam agere vitam, sicut equi equinam, boues bouinam, hominis humanam & in vniuersum naturam suam cuiusq; vita sapit. Nonne spiritu det agitur, quem videas ardentissima charitate non quae sua sunt, sed quae Iesu Christi vbiq; quaeque eius meditatio est carnem det agere, vt spiritus sit liber: vitam hanc temporalem disperdere: vt consequatur aeternam. Qui huc peruenit, bene potest cum Paulo dicere: vltio iam non ego: vltio vero in me Christus. Si quidem huic spirituale est, quicquid operatur: siue enim dormiat; siue vigilet siue comedat; siue tenent; siue oderit; siue diligit; siue occidit; siue negetur; siue mereat, siue gaudeat; siue laboret; siue quiescat; siue agat; siue contempletur, Christum meditat, Christum expetit, Christum spirat, Christum praestat, Christum deat; vivit. O questuosam commotationem, qua sic moritur homo sibi, vt in se Christus vivat; Christosq; antuerat, & pro vna morte duplici vita fruatur, & qua Christus vivit in se & qua ipse in Christo. Sensit hanc magnum pietatis questum: qui dixit mihi vivere Christus est, & mori lucrum. Quod manus lucrum: quam vita carnalis sepulta, vitam humanam, id est rationalem degere, vt a rationali in spiritualem, factus diuinae naturae cofors transeat; & rursus ab spirituali, quae sub fidei vmbra agitur; ad illam aeternam transfuecharis: quae nullo siue clauditur: nullis defectionibus decrefcit, nullo tempore non placet, perpetuaq; claraq; luce refulget. Vbi beata illa dei visio erit percennis: summi boni possessio stabilis, & fructio incunda, vbi anima confortio dei ita vigebit: vt in eum rapta transformataq; non natura, sed affectu: eidemq; in vnum spiritum coaugmentata, non modo ex illo perenni & inexhausto vite fonte vt tam beatam sibi met hauriat; sed eandem in corpus quoq; suum refundat: reddatq; ipsum ex corruptibili in corruptibile, ex ignobili gloriosam; ex infirmo validum, ex animam li spirituale, vt iam totus homo, id est, mente & corpore sit spiritualis, totus ineffabiliter beatitudine perfusus, totus vita aeterna perbeatus. Vides, vt habemus in fidei fructum in sanctificatione vitam aeternam: vides, vt translata vita in vitam, a carnali in rationalem, a rationali in eam quae est fidei: ab haereticis in gloriosam possumus letabundam deoq; cuius beneficio perfecta nobis comparatur iustitia, gratia agentis illud decantare. Nos autem omnes reuelata facte domini gloriae speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanq; a domini spiritu. A domini, in qua, spiritu, quia gratia dei vita aeterna in Christo Iesu domino nostro. Si quidem dominus noster Iesus Christus per admirabilem crucis acerbissimae tolerantiam cunctis seruandis gratiam diuinam aeternamque vitam promeruit, id quod tractatus huic proximus commonstrabit abunde.

Gala. 5.
Ioan. 4.
Rom. 8.
Gala.
Philip. 2.
Rom. 6.
Vbi gratia lege gratia.
2. Cor. 3.
Ioan. 1.

Teleg.

Libri secundi. Capita.
Caput primum.

Quod solus Christus potuit gratis plene, & absolute pro peccatis generis humani diuinae iustitiae satisfacere. fo. xij.
Cap. i. Peccatum Adae, nec precium, nec impendium, nec Causam, sed tantum occasionem fuisse, vt deus fieret et homo mortalis. fo. xij.
Caput. iij. Quod ex vntone ad verbum habuit dominus Iesus omnimodam gratiarum plenitudinem per quam deo reconciliati sumus. fo. xij.
Caput. iij. Quod Dominus Iesus homines Deo reconciliatos pacificauit. fo. xv.
Caput. v. Quod omnia diuinae dispensationis arcana recapitulata sunt in cruce Christi. fo. xv.
Caput. vj. Quod tam animi quam corporis humani natura formaq; docet hominem peccato deformatum fuisse per crucem reformandum. fo. xvj.
Caput. vij. Quod alia ratione Christi patibulum Graeci appellauerunt Stauron, alia latini crucem, alia Chaldaei Mascal. fo. xvj.
Caput. viij. Cur Ethnici milites coronam e iuncis spinis cofertam liberatoris nostri diuino capiti affixerunt. fo. xvij.
Caput. ix. Quod imitatione Christi decet christianos variis virtutum floribus fragrare vitalesq; fructus proferre. fo. xix.
Caput. x. Chlamydem qua Christus ad ludibrium amittibus in dictus est fuisse cocco ac purpura tinctam. fo. xx.
Caput. xj. Quod non tam a Caluaria Adae, quam a communi damnatorum loco, vel dentique a Caluaria regis Saulis dictus sit Caluariae locus. fo. xx.
Caput. xij. Quod vere probeque modestia, pauore, tedo, atq; angore paulo ante crucem affectus est Christus. fo. xxj.
Caput. xij. Quod Christus cruciatus, secundum hominem & non secundum quod deus erat, pertulerit. fo. xxij.
Caput. xij. Quod Christus in cruce immolatus fuit victima optima, summa & patri caelesti acceptissima. fo. xxij.
Caput. xv. Quod Christus in cruce expetit, exorauitq; a patre animi robur quo credituri in eum calicem passionis ipsius quoq; biberent. fo. xxv.
Caput. xvj. Quod semper fuit bonus pastor Christus, & si instante crucis morte ad tempus, oues suas deseruerit. fo. xxvj.
Caput. xvij. Quod diuino artificio crux in nouum altare est aedificata, vt in eo noua hostia immolaretur. fo. xxvij.
Cap. xvij. Quod ipse Christus fuerit sacerdos & hostia crucis in ara deo dicata. fo. xxx.
Caput. xix. Quod quislibet christianus potest in ara cordis sui deo spirituales hostias offerre. fo. xxxj.
Caput. xx. Quod hora sexta, & cur eadem fuerit Christus crucifixus. fo. xxxij.
Caput. xxj. Quod Christus dominus amaris potionibus ante quam tolleretur in crucem, & in cruce pendens fuerit potatus. fo. xxxv.
Caput. xxij. Quod mors cruciaria grauissimum erat supplicium & ignominia plenissimum, sed per eam patris ac filij gloriam illuxisse mundo. fo. xxxvj.
Caput. xxij. Quod Christus in cruce simul agebat infirmum & fortem. fo. xxxvj.
Caput. xxij. Quod summa virtute praedita beata virgo Maria stabat iuxta crucem Iesu, & quod ille summa pietate discipulo commendauit. fo. xxxvj.
Caput. xxv. Quod Iohannes verbis Christi, nec factus filius naturalis virginis, nec proprie adoptiuus, sed officiosa pietate & priuato quodam obsequio, fo. xxxvij.

B iij

- Caput. xxvj. Quam late pateat id, quod christus dixit, Cōsummatum est. fo. xl.
- Caput. xxvij. Quod Christus emissurus spiritum voce magna clamavit ut se vitæ mortisque dominum ostenderet. fo. xli.
- Caput. xxviii. Explicatio vocis magnæ, quæ filius patri cōmēdavit spiritum suum. fo. xli.
- Caput. xxix. Cur inclinato capite Iesus tradiderit spiritum, & de differentia inter carnem, animam, & spiritum. fo. xliij.
- Caput. xxx. Quod merito iustorum animæ ad inferos descenderunt, deventæque fuerunt ibidem ad Christi usque aduentum. fo. xliij.
- Caput. xxxj. Quomodo pro nobis factus sit Christus maledictum, ut in nos transferret benedictionem. fo. xliiij.
- Caput. xxxij. Crucē Christi fuisse principatū eius pro quod subiecit sibi tria regna. fo. xliij.
- Caput. xxxiij. Quod Christi imperium per crucē multiplicatur superatis a nobis duabus perturbationibus voluptate & dolore. fo. xliij.
- Caput. xxxiiii. Quod neminem mouere debet, Christum fuisse ad crucem condemnatum, siquidem per illam de communi hoste triumphavit. fo. xliij.
- Caput. xxxv. Quomodo in sanguine Christi fuimus iustificati. fo. xliij.
- Caput. xxxvj. Quod non habet quod exultet diabolus, & si opera ipsius fuerit Christus crucifixus eo quod per crucem sit victus. fo. xliij.
- Caput. xxxvij. Quod Christus in cruce veluti totum orbem cōplexus, cunctas gentes ad se reuocauit. fo. xliij.
- Caput. xxxviii. Quod crux Christi est Iudæis scandalum, gentibus stultitia, credentibus dei sapientia & virtus. fo. xliij.
- Caput. xxxix. Quam late pateat gloria crucifixi. fo. xlix.
- Caput. xl. Quod dominus crucifixus splendore suo docet in se ipso, quā multum sit dei sapientia in reparando homine. fo. xlix.
- Caput. xli. Quā fuerit eximia charitas, qua Christus pro peccatoribus mortuus est. fo. li.
- Caput. xliij. Quod maximam licet nobis habere spem penes patrem per filium crucifixum. fo. li.
- Caput. xliij. Quod nihil est quo homo debeat cadere ab spe quæ est in Christo Iesu. fo. li.
- Caput. xliij. Quod mutuam imo maximam benevolentiam tenemur Christo recipere. fo. li.
- Caput. xlv. Quod crucis signum est fidelibus præsidium, ne vincant obitaculum, ex variis historiis. fo. li.
- Caput. xlvj. Crucis signo Christianam frontem muntri, & Christiana mysteria perfici. fo. liij.
- Caput. xlvij. Quod triumphus & gloriosus gestatus iustorum est Christi crux. fo. liij.
- Caput. xlvij. Christum in cruce doctorem egisse, ducemque veræ pietatis summo opere hominibus imitandum. fo. li.
- Caput. xlix. Quantū oporteat Christianū bibere calicē, quē Christus bibit. fo. lvij.
- Caput. l. Mysterium crucis, quo noua vita mundo superuenit fuisse literis hieraticis apud Gentiles adumbratum. fo. lx.
- Caput. l. Quod tribus de causis dominus noster Iesus Christus est summo honore colendus. fo. lxj.
- Caput. li. Quod Christus deus & homo presentissime vna colitur adoratione. fo. lxij.
- Caput. liij. Quod tam imago Christi crucifixi quam eius crux eodem sit cultu quo Christus veneranda. fo. lxiiij.
- Caput. liij. Quod eucharistiam adorantes representamus fere cuncta, quæ passionis tempore in dominum gesta sunt. fo. lxiiij.
- Caput. lv. Quam iuste crucifixo non credentes ultimo supplicio damnantur. Et ei credentes ad summam felicitatem promoueantur. fo. lxv.

Gratia

GRATIA DEI VITA AETERNA IN CHRISTO

Iesu domino nostro, Ad Roma. 6.

HVnc locum sulsus tractandum, aggredimur, a cæcis passim aliorum dictis, precipue sanctorum, qui crucis mysterium perspicatus multo, quam nos intellexerunt, & exposuerunt commodius, arbitrati fati nobis fore, si diuinos illorum sensus ordine congruo retulerimus.

Caput. i.

Solus Christus potuit gratis, plene, & absolute pro peccatis generis humani, diuinæ iustitiæ satisfacere,



Gratia: inquit: dei vita eterna: Roma. 6.

in Christo Iesu domino nostro. Hæc proculdubio est, magna illa dei magni gratia, per quam ineffabili charitate, pater cælestis dignatus est hominem misera perpetuaque morte danandum, in vitam reuocare beatam & nunquam desitutam. Sic enim deus dilexit mundum, Ioban. 3: ut filium suum unigenitum traderet, ut omnes qui credit in eum, non pereant, sed habeant vitam æternam. Nulla igitur externa vi compulsus, nullo iure obligatus, aut pater tradidit filium, aut altissimus ille filius adeo humiliatus se, ut assumpta serui forma, fieret obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Sed sola summi atque optimi conditoris charitate tantum bonum mortalibus commisit. Nulla enim est necessitas, quæ non pareat voluntati illius, qui fecit omnia, quæcumque voluit in cælo & in terra, nec est aliquid ei impossibile, quod ille faciendum decreuerit. Voluit enim prius deus illi, ut retribuere ei: Ideoque deus merito tanti negotii summam solam suam ipsius benignitate manifestas per Prophetam. In charitate (inquit) perpetua dilexi te, ideo Hier. 31. attraxi te miserans. Quare constat sola diuina voluntate, quæ semper bona est, & sola bonitate, quæ semper iusta est, verbum dei tantum se abiecit, ut caro fieret, in qua lapsus fuerat. Ceciderat enim Adam ab innocentia quadam & gratia, adde etiam, sanctitate, in qua similis etiam non par erat angelis, in quem gradum reponi nequebat, nisi prius remissum esset ei peccatum: at peccatum remitti nequit absque plena satisfactioe, ut omnino maneat diuinæ iustitiæ iura inuolata. Enimvero iustis factio absolute completa fieri nequit, si is qui offenderit deum, aut alius quispiam pro eo non reponat illi quidam non aliunde debitum tanti precii, quod superet estimatione omne quod deus non est. Nam si peccare (ut ait Augustinus) est deum inhonorare: & hoc homo facere non deberet, etiam si necesse esset interire, quicquid est quod deus non est. Vtique constans veritas & aperta ratio extigit, ut qui peccauit, reddat deo pro honore illi ablato maius aliquid eo, pro quo nullatenus eum debuisset iniuria afficere. Quo quia homo carebat, nihil enim in eo erat nisi malum, vel bonum certe a deo acceptum, subuenit bonitas dei, & assumpsit filius dei hominis naturam, ut idem esset homo deus, qui haberet ingens quoddam, quod excederet non tantum substantiam omnem, quæ deus non est: sed etiam debitum quantumuis magnum, cui soluendo esset homo obligatus. Et quod erat illud ingens, tam preciosum præ cæteris estimandum? Profecto vita Christi dei & hominis hæc enim excellentior est omni eo, quod deus non est. Preciosior est omni eo, quod deus non est, & omni eo quod debitum est, quam ubi sponte & misericorditer expo

B v

Rom. 6. fuit filius, qui mori non debebat, quia peccator non erat, ut dicitur: satisfecerit iustitiae, & pro homine plene satisfecit, & illum patri reconciliauit, & gratiam & gloriam eidem promeruit secundum quod Apostolus ait, gratia Dei vita aeterna in Christo Iesu domino nostro. Continent & similem sententiam antiqui veterum Hebraeorum libri, quam his nostris adscribere non graubor, ut ostendam illos cogente deo mysterio crucis assentire. Siquidem in libro Iona scriptum est hoc pacto. Sic lex iudicis incedit, haec est lex omnium filiorum Adae, qua propter peccatum, in Adam omnes moriuntur. Expedit ergo, ut veniat innocens & satisfaciat pro reo, non autem ut veniat reus, & satisfaciat pro reo. Quomodo enim potest reus pro alio reo satisfacere, qui pro se ipso satisfacere non potest? Quis autem est reus nisi seruus peccati? omnis enim peccator seruus est peccati & reus mortis, seruus autem se ipsum a seruitute liberare non potest, multo que minus haereditatem facere. Nonne hoc ipsum asserit Christus apud Iohannem? Qui facit (ait) peccatum seruus est peccati, seruus autem non manet in domo in aeternum, filius autem manet in domo in aeternum.

Iohan. 8. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Item in Midras super illud Cantici Cantorum. Botrus Cypri dilectus meus mihi, legitur hoc pacto. Dixit ecclesia Israel coram Deo sancto & benedicto. Aeternae Deus, ea hora qua tribulas me dilectus meus es tu, tu efficeris dilectus meus, & prouidebis mihi. O quem hominem? qui erit in me, qui poterit dicere lege iudicis sufficit, & tu assumes eum, & trades eum pignus pro me, & hoc est, quod scriptum est Cantorum primo, וְיִרְדְּךָ אֲשֶׁר כָּל הַכֶּפֶר is colha copher dodili, id est, vir omnia satisfaciens dilectus meus mihi. Et quid est וְיִרְדְּךָ אֲשֶׁר כָּל הַכֶּפֶר? is col: is se ha colbo .i. vir in quo omnia, & quid est וְיִרְדְּךָ ha copher? Qui parcat, siue satisfaciat: quia erit parcat, siue satisfaciens pro peccatis Israel. Haec habentur ad verbum in vetustis Hebraeorum doctrinis, quae utinam non vana & stiuola spe in futurum sibi Iudaei promitterent, sed agnoscerent esse cuncta iam olim completa, in dño nostro Iesu Christo, qui solus est ille innocentissimus agnus Dei, qui tollit peccatum mundi, satisfaciens innocens pro culpato, immunis pro reo, liber pro seruo, ut inducatur gratia possit legis iudicium sistere, in cuius manu pater dedit oia, qui factus est nobis iustitia, sanctitas & redemptio, ipse enim est propiciatio pro peccatis nris, non solum pro nris, sed etiam totius mundi, per hunc adoptamur in filios Dei, & donatur nobis pignus hereditatis aeternae, ut sit omnia in omnibus, fatentur & hoc cuncti celebres sanctique viri, qui vera pietate floruerunt ab Abel iusto vsque ad presentem diem. Fatebuntur & futuri vsque ad vltimum electum, qui futurus est in fine saeculi conclamantes. Osanna filio Dauid osanna in excelsis. Et rursus cum Iohanne eundem omnium bonorum fontem praedicantes dicendo. Et de plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, sed quae gratiam pro qua: nempe accepimus gratiam euangelii perfectam pro gratia legis in perfecta, gratiam gloriae pro gratia fidei, gratiam demum praemiorum pro gratia meritorum. Prius enim nobis datur fides, per quam in filios Dei spirituali regeneratione adoptamur, deinde hereditarium ius per quod in vitam aeternam regnumque paternum introducimur, sic denique per gratiam Dei contingit nobis vita aeterna in Christo Iesu domino nostro.

Caput. ij.

Peccatum Adae nec precium, nec impendendum, nec causam, sed tantum fuisse occasionem, ut Deus fieret homo mortalis.

Enimvero



NINVERO manifeste iam constiterit, haud fuisse pie dictum a quodam viro aliquo docto, genus humanum per nos humanam virginem Mariam contribuisset peccatum, veluti precium quoddam, propter quod ex illa deus homo nasceretur. Nam cum precium sit id, quod pro re aliena tu re nouo possit. Ieda venditori datur, ut in commutationibus faciundis est videre quoties alia pro alijs vtilibus permutantur, sicut pro frumento vinum, pro vino carnes, pro alimentis vestes, pro vestibus habitacula: de nique pecunia pro qualibet re, vitae degende, vel necessaria vel comoda, fieri nullo pacto potest, ut aliqui culpa precij rationem respectu gratiae obtineat. Siquidem culpa qua deus offenditur, eius gratiam non modo non allicit, sed longius quoque fugat. Peccata (inquit) vestra diuiserunt inter vos & deum vestrum. Adeoque nempe dissident alterius *Esai. 59.* magis valet gratia finis esse peccati, quam invidentis charitas, multaque bonitas, mode sitque similitas, vel denique benignitas odium. At res per mutatione acquirenda finis est precij, quod pro illa comparanda traditur: nullatenus igitur culpa valet esse gratiae diuinae precij. Porro quae ad modum fieri nequit, ut quisque pariter aliquo conuertat, & inde auertatur, ita nunquam fiet, ut ali quis per erroris deulum ad veritatis rectitudinem feratur. Nam sicut a domino prauitate delectamur, sic ad illum recti reducimur. Adde quod nullatenus rerum natura patitur, ut cui debetur pro facinore supplicium, reddat debitum virtuti premij. Merces enim peccati mors est, atque damnatio sempiterna: virtutis autem vere gratiae summo rerum principij premij est vita aeterna, summaque felicitas: sit pendia (inquit diuinus Paulus) peccati mors: gratia dei vita aeterna in Christo Iesu domino nostro. Quare constat genus humanum non potuisse culpam contribuere vel *Rom. 8.* lut eius gratiae precium, qua deus fieri homo dignatus est. Quod si pro se dixerit aduersarius hominis primi reati fuisse causam, qua deus homo fieret. Cautius, reatiusque dixeris occasionem haud quidem ad obtinentiam, sed acceptam, siue magis causam dicere velis non sed moror: misera namque, miserabilisque generis humani perditio fuit ea oportunitas, sine qua dei filius humanam naturam aut non induisset, aut certe passibilem mortalemque non accepisset. Venit (ait) filius hominis saluare quod perierat. *Mat. 18.* Vestrū dic obsecro, quid ea occasio, siue causa facit ad precium in re nihil. Morbus enim est medico artis exercendae materia non vtiq; curationis premium: sic & peccado premium homo subuentiois oportunitate pposuit obiectumque deo clementissimo, non autem pro tulit per redemptioe precij. Testat & hoc Psalmographus dicens. Frater uo redimet, nepe *Psal. 49.* Moses. At redimet homo, pfecto Chrs. sed aliter quis uo dabit deo placatione sua, nec precij aie suq, quia nec ille deum placare valet iratum, nec precij quo se redimat habet, sed solo Chrsi sanguine pfectissimo in ipso redemptioe suo pfecto celestis est sibi reedictioe deus. Demum si neque naturae moribus, neque legis operibus prima gratia a quo condignoque sur redict, sed dei tantum dono, dicitur Paulo, si ex operibus tam non ex gratia quanto minus *Rom. 11.* actioibus prauis & iniquis ad illam comparanda, precij eiusus appellatio est adhibenda. Nam quae ecclesia cantat: felix culpa qui tantum ac tale meruit habere redemptorem, non sic accipendum est, ac si culpa ipsa aliquo modo aut gratiae meritum habere, aut redemptiois comparanda precij fuerit, sed quod peccator homo supplicij mortisq; aeternae reus fuerit felicitissimus, quod per diuinam clementiam tale ac tantum sit sortitus redemptorem, quale ac quantum ipsius extrema calamitas exagebat, ineffabili namque dei bonitate euenit, ut ubi abundauerat delictum, ibi superabundaret & gratia, ut qui iure suo a sceleratis mortalibus poenas esset exacturus, fuerit clementissimus illis redemptor, & extremum redemptiois precij. Alioqui quomodo ait diuinus Paulus: iudicabit deus hunc mundum: si enim veritas dei in meo mendacio abundat *Rom. 9.* in gloria ipsius, quid adhuc ego tanquam peccator iudicor: & non sicut blasphemamur, & sicut agunt quidam nos dicere, faciamus mala, ut eueniant bona. Quorundam ratio *Vbi Quorundam ratio lege Quorundam ratio.*

ista est, scilicet, quoniam peruersè interpretantur peccatum fuisse vel meritum, vel precium, vel impendium, vel denique per se causam, vt summus rerum opifex; creaturae suę beneficeret: proculdubio qui id verum esse putant, plurimum errant atq; damnose falluntur, non enim deus indiget mendacio nostro, vt nobis beneficiat. Sed qui diues est in misericordia; omnia sub peccato concludi permisit, vt omnium miseretur, non malum ex proposito requirens, sed ex euentu erratum corrigens. Quare itaque, nullatenus deum ipsum impulsisse hominem ad peccandum, vt sua ipsius pietas haberet; quibus ignosceret. Sed peccaturis sponte sua hominibus, præsciuit futuros, quorum misereri posset ac vellet, vt tandem de plenitudine eius omnes acciperemus gratiam pro gratia; ab eo qui gratia dei pro omnibus gustauit mortem. Pium tñ lectorem obsecro, ne ea, quę nos admonendi proximum grā distulimus, alto referat, quā nra deposcit in tentio, quod esset illiberale, nec Christiano pectore dignum.

Caput. iiii.

Quod ex vntione ad verbum habuit dominus Iesus omnimodam gratiarum plenitudinem, per quam deo reconciliati sumus.



Quod si queras vnde domino

lesu tanta bonorū inestimabilium copia accessit, Ex eo nempe quod, vt ait Paulus, ad Coloss. nescis scribens. In ipso placuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue quę in cœlis sunt, siue q̄ in terris: in ipso, ait, nempe Christo placuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, quā nō humani meriti, sed diuinitatis tantum beneuolentię fuit, vt verbum caro fieret, & inhabitaret in nobis. Iccirco hæc vna fuit prima & maxima & plenissima gratia inter vniuersas quas vnquam pater cœlestis mortalibus concesserit. Prima non vtique eff. tñ sed voto: fuit enim ab æterno patris voluntatis institutum, beatissimam illam domini nostri Iesu Christi animam absolutissima decoris spiritualis pulchritudine, adeo sibi gratā facere, vt ob ipsius gratiam homines, alii ad gratiam patris essent admittēdi, id quod apertissime testatur Paulus in epistola ad Ephesios. Prædestinauit, inquit, nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in ipsum secundum propositum voluntatis suę in laudem glorię gratiæ suę, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. Fuit & summa, quoniam in rebus per tempus ortis, nulla maior fuit gratia quam illa p̄ quā factum est vt deus esset homo. Non enim altius extolli potuit humilitas humanę naturę, quam vt quę nō poterat in diuinam transire naturam, in personam verbi vntionis adeo mirifica assummeretur, vt idem esset deus & homo. Testatur iterum & hoc Paulus, vbi ait, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, hoc est (vt verbis Theophylacti vtar) deus in ipso Christo qui est verbum inhabitat. Sed ne forte in habitasse hunc audiens: existimes habitando operatum esse tatum, quemadmodum & prophete solebant, in quibus deus inhabitabat, secundum quod scriptum est, & in habito in eis & in ambulabo, corporaliter scilicet adiunxit, hoc est, non solum operatione aliqua, sed substantia et tanquam corporatus, & substantia, id est, persona vnā existens, cum carne assumpta. Deniq; fuit omnimoda gratiarum plenitudo, quia non datus est ei spiritus ad mensuram, namq; gratia Christo collata cum multitudine, tñ magnitudine vniuersas cunctorum sanctorū dotes adeo longe lateq; superat, vt quāuis in quolibet alio corporis mystici membro deus ipse per donum aliquod habitat, in Christo tamen tanquā in capite omnes spiritus sancti sensus meliore nota vigeat, quęlibet diuinę largitatis munera extent multo excellentius. Iam vero cuperes scire, quo tendat

quo tendat tam exuberans in Christo spiritualium virtutum plenitudo, eo videlicet, vt per ipsum reconcilietur omnia in ipso, Per ipsum enim Christum in patris gratia rediisti sumus, qui illum nostris placulis offensum placauit, Qui a reatu, quo tenebatur obligati, suscepto nostro in se debito, nos absoluit. Et q̄ erat eiusmodi debitum profecto iustitia illa, quā primo parenti seruandam in paradyso terreftri tanquā piignus quoddam, mutuę beneuolentię deus credidit, Ideo Ap̄tus non dixit, conciliauit, quasi nunc primum gratiam cum deo homo in iustis, sed reconciliauit, quia per solutis debitis in veterem illam amicitia fuerit restitutus. In ipso autem addidit, quia in ipso Christo est in primis exemplar, ad quod reformati hanc desideratissimam reconciliationem consequimur, Nam quos præsciuit, vt ait Ap̄tus, & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, quos (inquit) præsciuit, nempe futuros deuotos sibi, hos prædestinauit, hoc est elegit, & ab æterno præparauit, fieri conformes imaginis filij sui, vt simus assimilēs tali exemplari, hic quia deū in vitę puritate, in futuro vero beatitudinis claritate, Quę grat diligens lector, cui Ap̄tostolus non dixerit, conformes filij, sed conformes imaginis filij, Audi virtū quę dicitur dam ptum & modestum sic ea de re philosophantem. Quamuis at diuini & difficile hoc videtur, tamen videsi possumus illud dicere, Quia spectalis & propria imago filij dei quę eam totam, atque ex integro suscepit, & in semetipsa formatur, ipsa Iesu aeterna dicenda est, quę semper omnia verbo & sapientię dei ita coaptat, vt in nullo prorius ab huius similitudine decolor habeatur, ita vt quiscunq; summam perfectionis & beatitudinis consecut, ad illius imaginē & similitudinem tendat, quę primo loco, & super omnes ceteros filij dei imago est, ita vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, in his videlicet, quorū conformatione imaginis filij dei primum tenet. Ac perinde non modo sit author nostrę cōformationis & reconciliationis, sed etiam exēplar pulcherrimum, vt tandem non modo per ipsum, sed etiam in ipso, in gratia illi redeamus paternam.

Caput. iiii.

Quod dominus Iesus homines deo reconciliatos pacificauit.



Deo recōciliatis iam nobis

cum ipso deo, pacis quoque perpetuo seruanda per commōdus fuit interpres, vt iam nulle sint humano generi contra conditorem suum inimicitie, cessent dissidia, sopiantur bella. Nam ante hanc misericam reconciliationem, aduersus deum pugnabamus, & bello plusquā ciuili tumultuabamur, ceu rebelles deo, angelis ingrati, proximos affligentes, nobis ipsis nocentes, cōspirantes demum cum diabolo & angelis eius, aduersus dominum, & aduersus Christum eius, sic summum rerum parentem, suapte natura beneuolū ac dulcissimū quāsi inuitum nostris improbitatibus inferum nobis reddimus, atq; amarulenti. Non quille per se morosus sit, aut amarus, sed q̄ nobis talis videtur, quādo ad vltionē sui arimat orbem terrarū contra insensatos, & de peccatoribus debitas pœnas sumit, nō vt tantum noceat, sed vt corrigat, non vt animo inferuat, sed vt iustitę satis faciat. At vero misericus reconciliator noster, tam diturnum atq; in testium bellum, tam inueeratas inimicitias arā quadam diuina de medio (quantum in se fuit) per crucem penitus abtulit, pacificatis videlicet omnibus, siue quę in cœlis, siue quę in terris sunt. Dissidebant mutuis odijs gentes & Hæret, sed reconciliantur in Christo. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum. Discordes inuicē homines erant, & spiritus cœlestes, sed iam continent inter eos in Christo, Nā in Apocalypsi angelus agnoscit Iohā

nem, fateturq; se conferuum illius, fratrumq; suorum. Dissipauerant longè in diu-
sum mortalia crimina deum atq; homines, sed supra rationem coniuncti sunt in
Christo. Mediator quippe dei & hominum Christus Iesus dissidentes in concordiam
reduxit, qm̄ ad patrem errantes filios reuocauit, vt & illi nos parere, & ille nobis cõsu-
lere velit, ac perinde humana cum diuinis tranquillo cõsent ordine. Hęc est pax dei
quę superat omnem sensum. Quę enim mens vel hominum vel angelorum capere
potest quantę fuerit bonitatis, quam ab diu consilij, vt pater ille cęlestis: supremus
rerum dominus dignatus sit humanum genus sibi reconciliari per vnicũ dile-
ctũ, quę filij sui. Non sic, vt ille filius oratorũ mote in reconciliandis nobis ornatis
verbis vteret, sed seipsum pro nobis traderet morti, vt per sanguinẽ crucis eius in pa-
tris gratiã rediremus, Magnũ q̄ppe fuit q̄ per filiũ cũ patre pacificamur, matris, q̄ per
sanguinem eius, qui est patri vnice dilectus. Maximum autem, q̄ non vñ quadam erit
ptinur, sed obstupenda crucis tolerantiã redimimur: sic enim sic qui nostris iniquita-
tibus diuiditũ, sub iustissimũ tyranno tenebamur captiui, per sanguinem crucis
eius sumus redempti felicissimẽ. Ille denique nos redemit, qui merito prius nos odif-
set, in nostri redemptionem maximũ precium persoluens. Quam redẽptionem? Certe
remissionem peccatorum. Quo iure? Secundum diuitias gratię eius quę superabundã
dauit in nobis. Ille autem cognoscat locupletissimã clementissimã patens gratiam
Ephes. 2. in nobis superabundã dãssẽ, qui intelligit illud Pauli ad Ephesios, Gratia enim estis sal-
uati per fidem, & hoc nõ ex vobis, dei enim donum est, nõ ex operibus, ne quis glo-
rietur. Et illud, vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia: intelliget & tan-
tum mysterium. Qui adimplet illud. Qui plus dimittitur, plus diligit. Quantam do-
norum spiritualium copiam sentiebat in se, qui de acceptis muneribus gratias agens
dicebat. Benedixit deus & pater domini nostri iesu Christi, qui benedixit nobis
1. Cor. 6. omni benedictione spirituali in cęlestibus. An non est magnitudo gratiarum in Pau-
lo, & in ceteris sanctis: de quibus dicitur. An nescitis quia angelos iudicabimus? Quã
2. Pet. 1. ta fuit excellẽtia gratiã nobis collatã in Christo Iesu: per quã maxima & pretiosa no-
bis promissa douauit, vt per hęc efficiamur confortes diuine nature? Quę excellen-
tia gratiã, quam vt dicamur filij dei & simus: q̄ si filij ergo heredes, heredes quãdã
dei, cohęredes autem Christi. Promouemur autem ad hanc optabilem hęcẽditã
1. Petri 3. tem, vt testatur diuus Petrus, per resurrectionem Christi a mortuis, qui est in dexte-
ra dei, degluties mortem, vt vitã eternã cohęredes efficiamur. Hęc deniq; tam magne
sunt: & varię dei & gratiã opes, quas ille affatim in nos effudit in omni sapientiã &
prudentiã, vt notum nobis faceret sacramentum voluntatis suę.

Caput.v.

Quod omnia diuine dispensationis arcana recapitulata sunt in Cruce Christi.



Quod si querat quispiã quod

illud arcanũ paternę voluntatis? Respondemus haud esse vtiq;
illud, quam redẽptio nostra per sanguinem filij eius, quod pro
culdubio, omni est sapientiã & prudentiã referũ. Nam quo pa-
to nõ summe sapientię ea res fuerit? Cũ eos quos antea inuisos
habuerit, & pro perditis reliquisset, tantorũ mysteriorũ dignos,
& demum vitã eternã participes, per filij sui dilectissimũ crucẽ
effecerit. Idq; nullis exigentibus meritis, imo in aduersũ trahentibus, sed secun-
dum beneplacitum eius, quod proposuit in dispensatione plenitudinis temporum in
staurare omnia in Christo quę in cęlestis, & quę in terra sunt in ipso. Plurimus est in
hoc loco tractando Paulus, & sæpe eadem licet non omnino eodem modo repetit, vt
sæpius versando tam profundum mysterium familiaris habeatur & penitus intelli-
gatur.

Ephes. 1.

gatur. Non me piget, alit. eadem repetere, & necesse est vos eadem audire. Ergo pro eo
quod latinus interpres translulit in staurare, in græco est ἀνακατασκευάζω, id est, recapit-
ulare. Quod hanc habet significantiam, breuiter scilicet summamq; quę longio-
ri sunt tempore gesta, vel quę plurimis sunt explicata, paucis demum complecti. Om-
nis ergo dei dispensatio per alia atq; alia mundi sæcula deducta tam visibillium quam
inuisibillium creaturarum aduentum dei filij pollicebatur. Quod Adam qui de para-
diso electus est per saluatorem reuocandus erat. Quod octo animæ per arcam scrua-
re ad umbrabant, quod per mortem crucis venturum esset ad octauam resurrectionis.
Quod in fabricatione turris linguarum vnitas scissa est in actibus apostolorum por-
tendebat dona linguarum. Quod Isaac in typo domini crucem suam ipse portauit.
Quod Sampson sanctam comam nutriens, Dalidæ pauperis dilexit amplexus, & ei
omnia cordis sui secreta confessus est, Saluatoris & ecclesię ex gentibus vere paupe-
ris & egenę mysterium significat, Quod Moyses a Iudeis reprobatos eos eripuit a
Pharaonis tyrannide traiecit mari, Christum præfert, qui nos de Diaboli iugo per
baptismum liberauit. Quod non Moyses sed Iesus Nauẽ filius dei populum in terrã
promissionis introducit, manifeste ad figurat, quod non legis litera, sed euangelica
gratia homines iustitiam in cęlestem Hierusalem inuehimur, Omnia deniq; vereris le-
gis sacramenta, cunctę prophetarum prædictiones, vniuersaq; regum gesta presentio-
ra atq; augustiora Christi mysteria præ se ferebãt. Quidq; non solum omnes histo-
rię scripturarum quas in terra gestas spiritus sanctus enumerat, sed etiã in cęlestibus
quę nobis occultę sunt, in Christi recapitulatã passioẽ cõtinetur. Siq; dẽ virtutes cę-
lestes oēs sũt administratorũ spiritus in ministeriũ missi ppter eos q̄ hereditatẽ capitiẽ
salutis. In cruce itaq; dñi & passioẽ recapitulata sunt oĩa .i. vniuersa mysteria Dei in
vniuersa. Anacephaleosũ supputata sunt: qd̄ vt manifestius fiat cotidianę cõsuetu-
dinis aliquod ponamus exẽplũ verbi causa, viginti denarios erogauit, rursum quinq;
& alios quindẽ triginta quoq; et ter decies p̄ diuersã tpa dedi. Hęc si in vnũ volue-
ro supputare, cętenariũ mihi numeri sũma succrescit, et i vno numero habeo oĩa, quę
ante descripsit: sic in quã vniuersa mysteria et oīs dispensatio vetustatis nõ solũ q̄ in terris
sed etiã q̄ in cęlestis gesta est in vna Christi passioẽ cõpletur. Cũ, n. semel mihi Christi
passus fuerit et sepultus et resurrexerit, et victor ad p̄sem ascēderit, nõ necesse habeo
repetere vererũ historiarũ numerũ, q̄ in vno Christo crucifixo teneo illa oĩa. Vnde
et p̄ceptor ecclẽstis ad hãc crucis dñicę sũmã totã legẽ docuisse reuocãdã, vbi ap̄ Mat,
iq̄t. Amẽ q̄ppe dico vobis dõcẽ trãseat cęlũ et terra, tota vnũ, aut vnus apex nõ p̄terit
bita lege dõcẽ oĩa fãt. Nã tota virgula est breuis rectaq; sic. i. apex vero ille p̄cipuus, quẽ
Hebręi raphe vocãt, linea est in lógũ porrecta sup literã quãpiã sic tota itaq; rectũ li-
gnũ, apex vero trãuersum designat, e q̄b; cęllaris sit crux: ex quo intelligimus q̄cũq;
que minima purã in .i. sacramētis sp̄ialib; esse plena, nec nõ oĩa in euãgelio recapitu-
lari, neq; trãsiturã hãc mũdanę machinẽ specĩe donec vniuersa legis mysteria in Chri-
sti cruce cõsumẽt, illustret et cõpleãt.

Cap.vi.

Quod tam animi quam corporis humani natura formaq; docent hominẽ pec-
cato deformatum, fuisse per crucem reformandum.



Restat & proxime dicitis adde

re illud, scilicet congruentissimũ fuisse hominẽ ad imaginẽ
dei olim formatũ, peccato autẽ deformatũ, fuisse per solã cru-
cẽ reformandũ. Et quidẽ hominẽ fuisse ad imaginẽ & simi-
litudinẽ dei factũ, ex primo geneleos capite constat. Faciamus Gen. 1.
inquit, hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostram. Sed cum
hęc verba multifariã, a pijs sacrarũ literarũ tractatoribus ex-

Hierony.

entiantur, & explicentur, illa est in presentiarum expositio nobis usurpanda, quam Magister qui sententias collegit libro secundo, dist. 16. ex Augustino refert. Ea est ut intelligatur homo factus quidem ad imaginem dei, presertim secundum mentem, qua meminit intelligit, atque diligit. Ad similitudinem autem quod immortalis, atque incorruptibilis humana sit anima. Imago ergo pertinet ad formam, similitudo ad naturam. Ex quo videtur elucere posse mirabile quoddam in homine fabricando conditoris sui opificium, fuisse videlicet humanum corpus sic effectum, ut non modo eo (velut animal vestigio suo) licet longe obscurius deus ipse representaretur, sed etiam imagine quadam & similitudine quantumvis remotissima per ipsum nobis insinuaretur. Quas fortasse modum, eo nempe quod humanum corpus eodem numero esse subsistit, quo anima suae perinde aptum est, ut super mortem ad tempus fuerit ab anima separatum, per dei potentiam eidem reuincatur, ac perinde factum, spiritus iam secum perpetuo mansuri consors, ad aeterni dei similitudinem praesertim uat. Ceterum eo quod idem corpus speciem habet suae formae aptissimam, quadatenus in dei quoque imaginem assurgit. Id quod & diuus Augustinus lib. 6. super Genesim cap. 2. his verbis insinuat. Si enim, ait, hominem de terra, & bestias de terra deus formauit, quid habet homo excellentius in hac re, nisi quod ipse ad imaginem dei creatus est? Nec tamen hoc secundum corpus sed secundum intellectum mentis, quam in ipso corpore habeat quandam proprietatem, quae hoc indicet, quod erecta statura factus est, ut hoc ipso admoneretur, non sibi terrena esse sectanda velut pecora, quorum voluptas omnis ex terra est, unde in aluum cuncta pecora prona atque prostrata sunt. Congruit ergo & corpus eiusdem hominis animae rationali, non secundum lineamenta figurarum membrorum, sed potius secundum id quod in coelum erectum est, ad imitanda quae in corpore ipsius mundi superna sunt. Sicut anima rationalis in eadem debet erigi, quae in spiritualibus natura maxime excellunt, ut quae sursum sunt sapiat non quae super terram. Vides qualiter acerrimus hic author & si tradat creatoris imaginem in mentis intellectu simpliciter esse querendam, fatetur tamen in humano quoque corpore eiusdem imaginis esse quoddam non inueniendum indicium. Hinc extat quippe humani corporis excellentia, qua reliquorum animantium corpora longo intervallo antecellit. Sicut enim illud sibi solum animam rationalem vendicat, ut nec ipsa brutorum corpora queat animare, nec aliorum animae corpus humanum afficere vita possint. Actus, nam ut ait philosophus, vniuersumque in eo quod est potentia, & in propria materia suae parte naturae fieri esseque solet. A stipulatur & philosopho summus religionis Christianae pontifex Innocentius tertius extra de cele. c. in quadam nostra, dicens rationalis quippe anima non posset viuificare nisi corpus humanum, ex quibus verus homo constat. At quoniam corpus animatum, ad animae in se moderatorem suscipiendam dispositum est organum, habet enim instrumenta ab auctore naturae deputata, quibus anima suas faciat operationes, consequens est, animam exigere in corpore sibi subiecto certa quaedam lineamenta & membrorum figuras, partium situs, & quandam totius molis corporeae habitudinem sibi congruentem, ut possit illud viuificare, mouere, & in illo atque per illud actiones suas proferre. Nec enim reptilium animae, quorum est peccatoribus reperere, sic vnquam quadrupedum corpora penitus imbuent ut illa animae, eorumque motum ingressumque moderentur. Nec rursus quadrupedum animae, quorum est pedibus quatuor ingredi, serpentum corpora vel viuificare, vel ad rependum cedere quibunt. Quod si eadem brutorum animae alia atque alia corpora formare nequeunt, quae rationis sunt experta, multo minus rationalis spiritus bruta corpora perficiet. Longius enim distat a bruto rationale, quam brutum a bruto. Quod si varias animarum formas varias requirunt corporum formas, constat animas corporibus suis quodammodo adfigurari vel essentia, vel virtute. Essentia quidem si substantia ipsius animae per totum corpus extendatur, quod est reperire in reptilibus. & animalibus

malibus imperfectis, quae plena membrorum distinctione carent. Virtute autem in animalibus perfectis in quibus quia distinctione membrorum pollent, singula quaeque ipsorum anima, & si totum corpus afficiat, certam tamen in eo sibi partem veluti se de vendicat, assimulatione quadam suo toti congruentem, ut inde per totum corpus explicet vires suas. Et profecto quemadmodum solis lux prius orbem suum afficit, deinde lumen suum per alia corpora longe lateque diffundit, ita & anima ubi propriam se de in corpore sibi usurpauerit, inde aptissima quadam distributione per alia membra vires suas porrigit, singulisque sese sic conuenienter accommodat: ut oculis videat, auribus audiat, olfaciat naribus, denique per alios atque alios sensus, alias atque alias operationes exequatur. Sed iam ut ad hominem veniamus, quis non videat, quam sibi congruant in eo corpus & anima, quibus constat, & aptissima quadam configuratione inter se conueniant. Nam quantum est spatium in hominis corpore a calce ad verticem, tantum est extensus in diuersum brachiis manibusque inter longissimos digitos: adest & staturus non in humum pronus, sed in coelum erectus. Ex his autem fit ut diductis veluti quodam radio geometrico duabus lineis sese invicem intersecantibus, in quatuor loci differentias totum hominis corpus pulchre discedat, deorsum a pedibus, a capite sursum, dextrorsum a dextra, leuorsum a leua. Vis videre aliquid simile in anima humana, non quod mole corporea distendat, quae natura simplex est, & totum in toto, & tota in eius qualibet parte, sed quod vitalis virtus in ea sit veluti centrum quoddam, sicut & cor est veluti medium quoddam in humano corpore, quod quidem cor est praecipua animae sedes, id quod astruit diuus Hieronymus ex auctoritate domini dicentis, Ex corde exeunt cogitationes. Ex hoc igitur medio animae centro videtur in sublime tolli illa vis intelligendi, quae ut ait Poeta. Summa locum sibi legit in arce: ea enim in capite elucet maxime. Ab eodem quoque centro profecta concupiscendi irascendique vires, haec in felle quidem, illa autem in iecore constituta vtrinque veluti dextrorsum sinistrorsumque tenduntur. Denique monendi vis, cui membra seruiliter parent, tanquam ceteris inferior ad pedes deorsum tendere videtur. Aspicis qualiter consentanea quadam proportionem hominis anima habet non mole, sed virtute veluti quandam configurationem, corpori quod afficit valde congruentem? Quod si tam corpus hominis, partium suarum situm, quam eiusdem anima variis operandi virtutibus veluti cancellatis lineis crucis figuram quadam tenus expriment, congruentissime humani generis reparator in partibulo similem habente formam mysterium humanae reformationis absoluit, ut per eam figuram reformaretur humana natura, in qua reformata fuerat antequam per peccatum deformaretur. Superior itaque crucis pars cui caput domini adhaerebat, animi nostri caput mentemque reformat, ut iam rerum agendarum scientia polleat, quae antea imprudentia laborabat. At dextrum cornu vim appetendi temperantiae clauo sic configit, ut a foedis voluptatibus sese contineat, & honestas tantum appetat. Sinistrum quoque cornu irascendi vim vere fortitudinis clauo sic transfigit, ut homo ab inferenda iniuria penitus abstineat, & in toleranda pro vera pietate morte sibi praestet. Tandem sit pes ille qui deorsum in longum porrigitur, terraeque insigitur, totumque patientis corpus sustinet, quid aliud agit, quam fulcire pulcherrimam illam institit molem, quae in se virtutes continet omnes, cuius clauo firmissimo sic diuina legi seruanda affigitur homo, ne vnquam pedes eius ad malum perpetrandum moueantur, sed illo tantum proficiantur, ubi generi humano nihil incommodi, & commodi plurimum sit accessurum? Has quippe quatuor animae dotes diuino quodam opificio in nobis reparauit, & quatuor virtutibus perfecit, easdemque virtutes nos exemplo mirifico praestandas docuit diuina sapientia in cruce pendens, id quod testatur sapiens dicens. Si iustitiam quis diligit, & labores huius magnas Sap.

habet virtutes, sobrietatem enim & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem, quibus vitiosus nihil est in vita hominibus. Porro quia dominica crux veluti scala Iacob, tertio in fixa patientis dignitate ad caelum usque pertingit altiore quadam indagante, quadrupartita illius ratio est adhuc consideranda, ut a virtutibus moralibus ad spirituales congruenter ac salubriter ascendatur. Ergo in mentis nostrae vertice, tanquam in suprema crucis parte ex tet supra moralem prudentiam, fidei catholicae sapientia, per quam divina meditatur & contemplatur. In dextro vero concupiscentiae cornu temperantiam charitas perficiat, ut ab humana honestate amicitia ad diuinam & spirituales ascendatur, per quam deus propter se diligatur, & proximus in deo aut propter deum. Ac perinde sic vitamur rebus conditis, quantum prosperis, ut earum tantum conditore fruamur. At sinistrum cornu pertinet ad irascibilem vim, in qua sedet fortitudo. Sed quando quisquam in continua gravium dolorum extremarum que calamitatum perpeffione sibi constabit, nisi firmissima futurorum bonorum expectatione fulciatur? Tandem quia totum vere religionis corpus spectat ad iustitiam quandam, cuius superiorem, quae per sacramenta vel sacrificia piis precibus sanctis que votis oblata, debitum deo cultum reddit, pietas ipsa crucis stipiti cum virtute exercendi, praestantique quod iuste decretum est, rectissime accommodatur. Ad haec per Christi crucem superius institutumur fide, per quam certissimam de caelestibus arcanis cognitionem consequimur, quia non possunt non esse vera. quae tali dei & hominis morte firmata sunt. Dextrorsum incendimur charitatis igne, quo liberatore nostrum tam indigna pro talibus passum praeter ceteris omnibus toto pectore diligamus. Sinistrorsum erigimur spe constantissima, ut posthabitis temporalibus bonis, aeterna alacriter capeamus. Inferius demum constitutumur actionibus vere pietatis plenis, ut iuxta apostolum Petrum, per bona opera vocatiorem nostram certam faciamus. Sic tandem proculdubio eveniet, ut per crucis mysterium, dei in nobis imago plene reformetur. Nempe cum suprema mentis nostrae portio ad claram dei visionem diuinitus attollatur. Concupiscenti vis perpetua omnimodae bonitatis fruitione faciat bitur. Irascendi vero potentia facta tante maiestatis compos, inuisibili regni caelestis haereditate potietur, & homo toto denique corpore glorificato numeris omnibus absolute felicitatis explebitur. Denique genus humanum quod olim per culpam peccati parentis deformatum fuerat, per crucis formam ipsi homini cognatam ad sui conditoris exemplar, ut nunc per gratiam in vita praesenti ex parte, sic in futuro ad perfectum arte divina & mirifica per gloriam reformabitur.

Caput. vii.

Quod alia ratione Christi patibulum Graeci appellauerint Stauron, alia Latini crucem, alia Chaldaei Mascal,



Primum vero ex illo tam aperto mysterio

steriorum complexu in domino nostro Iesu Christo crucifixo videri potest Chaldaeos & Indos augustiore nomine appellasse crucis patibulum, quam Graecos & Latinos. Nam Graecis vocatur σταυρός staurós, id est palus ligneus erectus, unde & nomen habet ἀπὸ τοῦ εἶναι ὑψωθῆναι ἵστασθαι, quod in aerem tollatur, id quod potest congruere ei quod Christus dixit exaltari oportet filium hominis. Et illud: Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Apud Esaiam quoque pater de filio & patibulo ipse agens, inquit. Ecce ego leno ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. Illa manus ad gentes leuata ipsa est de qua hic idem propheta loquitur. In illa die erit radix Iesse, qui

stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabunt, & erit sepulchrum eius gloriosum. Praecipit & apostolus apud eundem prophetam contra Babylonem spirituale, illud idem signum erigere, supra montem caliginosum in leuante signum. Et merito, nam in hoc signo abscondita sunt sacramenta ecclesiae quae videret Moyses, & audiret vocem dei, intrauit tenebras & caliginem, posuit enim deus tenebras latibulum suum, & nubes & caligo in circuitu eius. Sed ascendente in altum sole iustitiae illustratae sunt tenebrae & discussa caligo, sic iam ambulauerunt gentes in lumine illius, & reges in splendore ortus ipsius. At latens lignum in quo dominus passus est, crux nuncupatur, & a cruciatu nomen accepit, quod in eo Saluator mundi pro reparando homine ab impijs fuerit dissecratus. Vox enim sceleratorum est apud Hieremiam capiti, in Mittamus lignum in panem Hieremias eius, crucem videret in corpore saluatoris, ipse enim est, qui ait, ego sum panis, qui de caelo descendit. Ipse (ut ait Petrus) peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, 1. Pet. 2. ut peccatis mortui iustitiae vitamur. Quod & Esaias latius profequitur, dicens. Vox re languore nostrae ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum a deo & humilitatum, ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Denique humilitauit semetipsum factus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis. At vero Indi atque Chaldaei, qui Christo militant, seruatores patibulum, nec ab erectione nec a cruciatu, sed ab eruditione & sapientia lingua sua, מַסְכַּל Mascal nuncupant. Constat vero hoc relatu eorum, qui a regionibus illis ad nos demigrant, nam crucis gestamine insignes, interrogati quod nomen habeat crux, quam semper in manibus circumferunt respondent. Mascal, quod interpretari potest eruditio, vel intellectus, aut sapientia, est enim nomen deductum a verbo quod est Hebraeis מַסְכַּל: Sichel, id est, erudire, intelligere ac sapere. Et profecto ita se res habet, nam quid aliud est crux Christi? Per crucem autem non modo lignum, sed passionem potius ipsius intelligo. Quid aliud (obsecro) est crux Christi, quam totius humani generis eruditio, intellectus & sapientia? Testatur hoc ipsum Esaias inquitens, disciplina pacis nostrae super eum, & in iore eius sanati sumus. Cui & facit Petrus toto pectore ad stipulatur dicens: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius facit & ad hoc quod psalmus trigessimus secundus inscribitur מַסְכַּל דָּוִד: le David mascal, id est, intellectus, vel sicut ait Hieronymus, eruditio David. Quid quod cum Patriarcha Iacob cancellatis manibus benedicendo filios Ioseph minorem natu praetulit maiori, pro eo quod in Graeco est, ἐναλλαξας τὰς χεῖρας Enalaxas tas chiras, & in Latino commutatis manus: in Hebraeo est. יָדַי וְיָדַיְכֶם Sichel & Iadai. quod significat eruditio, vel intelligere fecit manus suas, ac si facerent quadam intelligentia praedite id quod faciebant. Illa nempe transpositione manuum grande mysterium gerebatur, scilicet antepone dum esse Ephraim posteriori Manasse primogenito. Caeterum quis non videat aperte mysterium crucis arcanum in eo quod dispositis manibus altera super alteram in modum crucis preter benedicendo minorem fratrem maiori? Praesignauit enim futurum per crucifixum, ut populus posterior priori, id est, Christianus Iudaeis caelestium bonorum vbertate anteponeretur. Quod quidem vel ex eo maxime constare potest, quod iuxta mysteria scripturarum non primogeniti accipiunt haereditatem, sed secundum. Primogenitus fuit Caïn, sed Abel munera placuerunt deo. Primogenitus Hirmael, sed Isaac accepit haereditatem. Primogenitus Esau, sed benedictionem patris Iacob supplator praeripuit. Primogenitus Ruben, sed benedictio seminis Christi transferretur in Iudam. Primus nasciturus protulit manum Zaran, sed Phares benedictione praecessit. Primogenitus fuit Aaron, sed Moses populi ducatum suscepit. Primus populi dei dux fuit Moses, sed Iesus filius Naue, populum in terram promissionis inducit. Primus item Rex Israel fuit Saul, sed confirmatur solum David. Sic denique po-

10463
104112
Esa. 11

Esa. 53
1. Petri 2
Ex Hiero

stertor populus anteverit priorem per sacramentum crucis in capeſſenda regni cor-
lorum hæreditate, Sed ſortu dignum eſt, unde id nominis acceperint Indi; Conſecta-
mus acceperunt fuiſſe ex illo Pauli primæ Epistolæ ad Corinthios, capite primo.
Nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcan dalum, Gentibus
ſtulticiam, iſtis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Chriſtum dei virtutem, &
dei ſapientiam. Quare ſive Chriſtianorum vexillum dicatur Latinis crux a crucia-
tu. Sive Græci ο σταυρός ſtauron appellens ab exaltatione, ſive Chaldæis & Indis 𑌎𑌗𑌎𑌐
Maſcal vocetur ab eruditione & ſapientia, in qualibet horum nominum interpreta-
tione daret crucifixi victoria, quod mortem noſtram moriendo ſuperavit, quod in-
uicta potentia de ꝑonem vicerit, quod inferutabili ſapientia diabolum ꝑcũuenerit,

Vbi daret,
lege daret

Caput. viij.

Cur Ethnicis milites coronam e iuncis ſpintis conſertam dñi
no liberatoris noſtri capiti affixerunt



Ed ne ſpineam dominicoro-

nam, quæ noſtrorum ſuſtulit ſpineta malorum, per quam glo-
ria & honore apud deum coronamur, negligenter præterſiſſe
videamur inquirendum nobis videtur, quid ſibi velit, quod
milites ſpectoſo ſeruatoris noſtri capiti pro diademate regio
non roſeam, non herbaceam, non lauream non dentique fer-
ream, ſed ſpintis conſertam coronam impoſuerunt. Doctiſſi-
mus Hieronymus talem aſſert, huius rei cauſam. Quod quia liberator noſter Rex
Iudæorum fuerat appellatus, & hoc ei Scribæ & Sacerdotes obſecerunt quod ſibi in
Iſrael uſurparet imperium, illudentes hoc faciunt, vt nudatum priſtinis veſtibus, in-
duant chlamydem coccinæam pro ruſſo limbo, quo Reges veteres utebantur, & pro
diademate ponant ei coronam ſpineam pro ſceptro regali dent calamm, & adorent
quasi Regem. Hæc ille ſacrarum literarum antiſtes. Nobis item eiſdem authoris veſ-
tigia ſecutis videtur, ſuperbos illos milites inſultante Ieſu iſto, nõ modo tanq̃ ei, qui
regiam dignitatem uſurparet, ſed etiã quia filium deſe fecit. Hinc ſimulatus in legẽ
Phariſæorum Zelus exarſit, hinc clamoroſus ſcribarum furor incanduit, hinc nephã-
ria vox illa intonuit, ſecundum legem debet mori, quia filium deſe fecit. Quo-
rũ veſanos tumultus, vt ſedaret atq; inſontis cede auerteret formidoloſior Pylatus ſan-
guinarijs truculentisq; liſtoribus ptum caſtũq; agnũ illudẽdũ, tam impie, q̃ inſique
expoſuit, Ergo Rex Regum, & dñs dñanũ deorũq; deus ab improbo ſatellite male
trahitur, collocat in ſolio, induitur chlamyde, onerat, non ornatur eius dextera cala-
mo, ſub ſannatoria ſalutatione adoratur, ac demum ptentiſſimo illi hominum & an-
gelorum capiti amarulenta inſigif corona, contexta quidem ſpinets eiſdemq; iuncis
potius q̃ ex alia quauis materie. Id quod mox perliquitum fiet, modo cõſtet ſpinam
non tantum eſſe illarum arborum de quibus Maro inquit, Eduramq; pinũ & ſpinoſ
tam pruna ferẽtes, ſed etiam fructicum herbarumq; vt eſt apud eundem Poetam. Car-
dus & ſpintis ſurgit Palurus a cutis. Spina igitur ſentis eſt ſive aculeus, vel arborum,
vel herbarum ac perinde iuncorũ & papyrorũ de quibus Plinius, lib. 5, nat. hiſt. cap.
11. Papyrus, inquit, naſcitur in paluſtribus Aegypti, aut quietiſcentibus Nili aquis, vbi
euagatæ ſtagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiãli radice
oblique craſſitudine, triangulis lateribus, decem non amplius cubitorũ lõgitudine
in gracilitate ſaſtigiatũ Thyriſi modo cacumen includes, ſemine nullo, aut uſu eius
alto quã floris ad deos coronãdos, ex quo exploratũ habeas pro florib; papyri, qui
bus dñs Gemium coronabunt iuncis ſpintis dñi noſtri Chriſti caput circũdatũ, ſcilicet
patrauit

patrauit tantum nephãſ impia liſtorũ cohors, vt peruerſa in ſaluatoris nſri ludibriũ
gẽtilicij cultus cõremonia, pro ſuauidate florum & honore eſſent ei ſentes opprobrio
atq; dolori. Aſſert quoq; ſententiã noſtrã firmamentũ, q̃ non tãtum altitudinẽ gentium,
ſed etiã Obilã in eccleſia præcipua Chriſti ſeruatoris titulo inſignita, inter ſãcras reli-
quias ſeruãt videt q̃ etiãnum ſpina q̃dã e dñi corona decifa, q̃ proculdubio iũceam
ſpeciem præfert. Quidẽq; arborum vepres male nexiles ſunt, ex quibus rapidi milite-
tes extemporãlia ferta minus com mode plectere potuiſſent; Quare rectẽ Nicolãus
Lyranus hunc locũ enarrãſ expoſuit coronam dñi ſpinẽã fuiſſe iũcẽã, reddiditũs
cauſam ſi forte Plintianẽ obſeruationis meminiffet. Cãterum video lectorem tam du-
dum optare, in mediũ aſſerri locum quempiã, ab antiquis temporibus repetitũ quo
Itquido conſtet hoc coronarium negotium, non minus q̃ cãtera quã pro noſtra ſã-
lute dñm exorauerunt, fuiſſe tam olim præſignatũ, nec enim veriffimile eſt neminem
prophetarũ tanta de re fuiſſe prælocutũ cum minutiffima quãq; ad Chriſtum perti-
nentia longe anteq̃ euenerint, cõceſti vaticinio depinxerint. Vrges nos veteres ſterua
atq; iterum ſcripturas euoluere; & cum apud latinã translationem niſi tale ſit repe-
rire, neceſſarium fuit nobis Hẽbraicã originem repetere. Ergo apud Ionã cap. 2.
p eo q̃ nos legimus pelagus opuit caput meũ, in Hẽbreo eſt, 𐤀𐤃𐤁𐤀 𐤍𐤏𐤃𐤁𐤀: hoc
eſt, ſuph habus ieroſi, id eſt, iuncus circumligatus vel concretus, & vt ita dicam empla-
ſtratus eſt capiti meo. ſuph enim apud Hẽbreos non modo mare ſed iuncum quoq;
ſignificat, unde mare illud quod Græci Heritrãũ, noſtri rubrũ, illi 𐤁𐤏𐤃𐤁𐤀 𐤍𐤏𐤃𐤁𐤀
id eſt, mare iunci appellãt, quod littoreis in ſinib; vbi terra, maris æſtu ſenſum alluſſe
exediturque frequens naſcitur iuncorum copia, itaque quemadmodum Ionã in tra-
ventrem cãtũ triduo contentus triduanẽ Chriſti ſepulturã imaginem geſſit, ſic a bel-
lua per iuncos ad litus eiectus portendit domini caput cõſertis iuncorum ſpintis fuiſſe
ſe complectendum conſigendumque ſic, vt concreto circum circa tempora cruo-
re, veluti emplaſtratum, vt idem verbũm repetam, totum rigeret. Proph humanã
ambitionem: horrebat vepribus veluti ſubdit; quibusdam præacutis ſummus ille
caelorum vertex, ſummaque tolerantia cruciatus acerrimos pro tutando homine pa-
tientiffime ferebat & parum cuius homuncioni alto quolibet gradu in Chriſti eccle-
ſiã ſiã ſano ſanguine cõparata pluribus præemittere, niſi ad ſummũ dignitatũ proue-
ſto frons quamlibet perſiſta, & præuis motibus incompoſita gemmata fulgeat ri-
geatque mitra. Nec vero his inſclamamus aduerſus dignitatem, quẽ authore deo ſan-
cta eſt; ſed querimur de illorum ambitu, qui non ſatis idonei regendũ ouibus ſedes
primas occupant, ſplendidoque nomine gaudentes, congerendũque theſauris iuhian-
tes, moribus ſere tantum alienam a Chriſto vitã degunt quantum diſtat oriens ab
occidente; nec hæc dicentes probos tangimus, ſed ſuggillamus improbos. Nam
obſecro, q̃le eſt, vt hæreat aries ille cõceſtis ſuſpenſus inter vepres, alioqui vi ſua qua-
tiens tartarea regna, & molli miles recumbat in herba. Nec extimat quam turpe ſit,
& indecens, ſi ſenticoſum horrentemque ducem aliena pro libertate pugnantẽ nitte-
dus ipſe ac delicat; aut tardus ſequatur aut eminus proſpectet. Quam foelix eſſet ſi
Imperatorem ſuum, tam olim ſpolia opima ferentem, veritus atque ſecutus pro-
clamatum ſemelque intum aduerſus aereas poteſtates prælium alacris repetat ve-
niamque precetur ab illo dicens. Conuerſus ſum in ærumna mea; dum conſigitur
ſpina, Delictum meum cogitum tibi feci: & iniuſtitiam meam non abſcondi.

Pſal. 22.

Caput. ix.

Quod imitatione Chriſti decet Chriſtianos varijs virtutum
floribus fragrare, vitalesque fructus proferre.

Ic locus nos inuitat ad cōsy-



derandum, quemadmodum diuinus ille sapien-
tiae spiritus per-
flans mirifice atq; fecundans, varios florentesq; ecclesiasticae
paradyfi campos admonet cūctos vitali sacri fontis lauacio re-
genitos, odoratissimo quodā sanctae deuotiōis opobalsamo sua-
uissime dño redolere, infestos veneri titillamenti aestus vitidari-
tibus modestae frōditibus obumbrare, temperare penitusq; re-

Eccli. 39.

stinguere, nec non varijs gratiae spectatq; pietatis comis florere, & demum summo
maximoq; rerum opifici meritis laudes decantare, q; orbem potentia inuicta condit-
derit contineatq; mira gubernet sapientia, summaq; bonitate in se reducat, raplatq;

Canti. 2.

Obaudite, inquit, me diuini fluctus, & quasi rosa plantata super riuos aquarum, fru-
ctificate, Quasi libanum odorē suauitatis habete, florete flores, quasi lilium, & date
odorem, & florete in gratiam. Vult itaque diuina sapientia, Christiana de prole exul-
tans, & iubilo quodam ineffabili sese iactans, mellitos verae pietatis flores, nos pro-
mere, fructusque vitales proferre. Proponitque nobis pulcherrimū exemplar, quod
imitemur, nempe semetipsam, lilium illud candidissimum de Canticis canticorum.

Ego, ait, flos campi & lilium conuallium, sicut lilium inter spinas, sic amica mea
inter filias. Ego, inquit, ille verus & vnicus patris coelestis filius qua deus, sum ille
primus, aeternus, atque pulcherrimus flos capi, illius videlicet inexhausti principis
rerū, qui nullo agricolano cultus opere, sed naturae suae fecunditate germinat, me flo-
rē redolentissimū summi amoris conspiratorē, cui a mentitate tota coelestis curia remi-
det, sum quoq; qua homo, lilium cōuallium genitū proculdubio immūditissimo, modestis
simae virginis aruo, nullo virili vomere profectis, hoc em̄ humanae carnis lilio fragrā-
tissimo p̄ coelestis, opificio quodā spiritali hypostatum meā, morralib; minime cō-
spicuā mirabiliter iduit. Quali nec Salomō in oī glia sua indut⁹ est. Nō em̄ indut⁹ est
Salomō carnē absq; cōcupiscētia viri, foeminae q; cōcubitu p̄gnatā, aut immaculatā &
nulli prorsus obnoxia peccato. Quare sicut liliū mollis & cādida rosa spinas iter acu-
tas asurgit; lateq; fundit odorē, nihil q; laedat habens, matremq; sic obscurat, vt tñ il-
lustret honore, sic dulcis amica mea, nitida sanctaq; caro, inter hoium filias, vel origi-
nalt, vel etiam propria labe infectas, seruato meae genitricis decore, illesa manet, inte-
gra & odoratissima. Ego q; insidorū Israelitarū maledictis agitē, purissimis mahu-
metarū paluris stultel, & circūstrepentū haeticorū moribus lanctel, semper
tñ vrididitate sua viget, aethereo cādore renidet, atq; suauissimū lōge lateq; diffundit
odorē tanta est em̄ meae pudicitiae claritas, tātus sapientiae meae fulgor, tanta deniq;
maiestatis meae gloria, imo tantum est sacramentū illud, quo pertuli, mite caput meū
sub iplo horrendae passionis articulo ridentibus spinis trāser berari: vt vel admoniti
tanto mortales exēplo, animaduertant tandē per alia, atq; alta tribulationū spineta,
dūt taxat patere fortibus gloriae coronā. En tibi quā salubri & cōmoda exhortatione
verus ille praceptor Iesus, suadet prouocatq; nos esse deo dociles, nec nō interpūgen-
tes cogitatōes & mūdanas sollicitudines frugifero Christianae patētiae lilio florere,
Nam sicut liliū, qñ spinis dispungit, & vellicatur, & candorem retinet, & spargit dif-
fusius odorē, sic mens calefacta deo, mūdanis excitata iacturis altius it, atq; tribulatio-
nū aculeis exagitata, cū cādidiōr, tum suauē olētior fit. Ecquis nō aequo ferat animo,
quamuis anxias humane vitae difficultates, quae varijs curis veluti sentes infestissimi
nos vndiq; circūsepiunt, compungunt, & quasi in flitō vulnere mentes nostras di-
lacerant, fœdeque cruentant? Quis non mortalium patienter incommoda ferat, qui
vera pietate praeditus suspicit innocens illud sanctumque lilium, duris spinis trans-
fixum, defluoque cruore conspersum inenarrabili charitate, in defessaque patientia
nostrorum ferre spineta malorum. Ergo & si licuerit olīm vel nolle pati,
vel cruciatus

vel cruciatus formidare, quando vel nulla, vel rara insignis tolerantia extabant exem-
pla, iam vero nolle deo compati, ingens videtur esse piaculum ex quo sacrum illud.
liberatoris nostri caput pro seruando homine, spinea cinctum est corona. Fac igitur,
o homo tibi planctum vngenti pro communi domino, & tali actanto redem-
ptore tam indigna morte vempto, & lachrymis, vel sponte sua obortis delectare, vel
tardantes amcabili voto concita, vt ad tempus compatiens patienti Christo, in aeter-
num regnes cum illo, coelesti regno iam olim potito, Quoniam si compatimur, & 2. Thi. 2.
cōregnabimus. Nec dubium quin similia sibi suisque patientem passus ille pro cum-
ctis secum regnaturum in coelum conuehat.

Caput. x.

Chlamydem, qua Christus ad ludibrium a militibus indutus
est, fuisse cocco & purpura tinctam,



Ed iam transeamus a corona

ad chlamydem, qua Christus dominus indutus est, monstra-
musque illam dibapham fuisse, id est bis tinctam, cocco videlicet,
ac purpura. Etenim impia lictorum manus occasionem na-
cta pro libito insultandi Iesu nostro deo atque liberatori, inter
caetera nepharia quibus dominum glorie regem affectit iniquis-
sime, vestiuit quoque illum chlamyde, iuxta Mattheum cocco

104. 19.

nea, iuxta Marcum purpura. Iohannes, item, veste purpurea circunderunt eum, hanc
disonantiam, ne secuta Euangelistae pugnare videantur, dum alius vestem coccineam
alij vero purpuream inducunt, maiores nostri de medio tollere conati sunt, qua in re
nescio an curioso satis fecerint lectori, Optatur enim Aurelius Augustinus, scri-
ptumque reliquit in libro quem de concordia Euangelistarum edidit. Pro veste coc-
cinea, Marcum dixisse: dominum indutum pupura, vel quia pro regia purpura chla-
mys illa coccinea ab illudentibus adhibita sit, vel quod rubra quaedam purpura coc-
co simillima est. Deinde ceu dictis his nō omnino contentus adiecit, potest etiam fie-
ri, vt purpurā etiam Marcus commemorauit, quam chlamys habebat, Quis esset
coccinea. Beda autem pro purpureo, inquit, vestimento quo Reges veteres uteban-
tur, vestem purpuream domino circundant, vbi non debet videri contrarium, quod
Mattheus dicit, circundidisse chlamydem coccineam, quia vt Origenes refert, vnus
sunt naturae cocco & purpura. Enimvero vt coniecturis diui Augustini non prorsus
assentior, eo q; Mattheus vestē illam simpliciter dixerit coccineam, sicut alij purpurā
ita a Beda vel Origene prorsus dissentio cū cocco & purpura tantū inter se diffideat,
quātū a terrestri distat aquatilis. Cocco enim a quo coccinea vestis, rubēs herbę gra-
nū est, & circa Emeritā Lusitanie in maxima laude, purpura vero, a qua purpurea ve-
stis, piscis est, florē illum tingendis expetitur vestibus, in medijs habens faucibus.
Quo circa tātorū authorum sentētijs quid nobis videatur, apponere, neq; alienum
ab instituto nro, neq; incongruū censeo. Quare quantū mihi cōiectura non leui cot-
sequi datur, erat chlamys illa, dibapha, id est, bis tincta. Dibapha em̄ authore Plinio,
lib. 10. nat. histica, 39. sic dicebat vestis q; bis tincta esset, veluti magnifico impedio, &
q; ad rem maxime facit eiusdē lib. cap. 41. inquit, Votū quoq; factum est e vitio portē Vide an-
tollis ingentis, & gemina monstrata via luxurie, vt color alius alio operiretur suauior notatiōes,
ita fieri leniorq; dicit. Quin & terrena miscere coccoq; tinctū tingere tyrio, vt fieret Pinciani
hyeginū. En tibi ex obseruatione Pliniana vestes splēdidas & ad delicias cōparatas, super Pl-
regalemq; ostentates luxū solitas bis tingi prius cocco grano, deinde purpurę succo, nū eodē
quas tyrias dixere purpuras, talē fuisse arbitror chlamyde illā, Christo indutā, id est, loco.

Marc. 15.

Matt. 27.

Exod. 25. & 26.

duplici colore grano scilicet, & purpura infectam. Ex quo factum est, vt ab altero purpurea sit nuncupata & ab altero coccinea sit dicta. Nullatenus igitur Euangelistę inter se discordan, bicolorem vestem alia atq; alia appellatione denotantes. Quam etiā videntur expressisse mysterium longe antea in Exodo præsignatum, vbi ad tabernaculi idest corporis christi ornamentum coccum bis tinctum inferri præcipitur, & sacerdos legalis sub imagine seruatoris induitur super humerale cōfectū ex hyacintho, & purpura coccog; bis tincto. Sic enim habet, Exod. 26. facies, & velum de hyacintho & purpura & coccog; bis tincto. At pro eo quod in latino est cocco bis tincto, in hebręo est **תולאתח** tolathath lani, idest vermiculo cocci, vel vermiculo & cocco. Porro Esaias propheta capite primo. vtrumq; seorsum extulit, si fuerint peccata vestra, vt **תולאתח**. Sani coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerit rubra quasi **תולאתח** tolach vermivulus, velut lana erunt. Ex hoc loco constat manifestissime vermivulum plus ruboris habere, quam coccum. Sed dices, quid ad purpuream vestem vermivulus multum quidem: nam vermivulus, quantum ego arbitror, genus est purpureę nigricantis rose splendore subluces, nec enim vnum tantum est purpureę genus, nam vt ait Vitruvius, purpura pro solis propinquitate colorem habet; & puniceum quidem procreat Africa, idest quasi violaceum colorem, Tyrus autem rubrum **תולאתח** argaman igitur, idest, purpuram posuit legislator pro ea que sit tantum purpura, & cuius color sit aliquanto dilutior ac minus rubens, sed **תולאתח** tolathath lani, idest vermivulum cocci pro colore purpureo valde rubicundo, haud simpliciter, sed qui ex vermivulo & cocco sit confectus. Quin & hunc coccum bis tinctum tradunt Hebraice lingue peritissimi vocari vulgo carmesinum colorem, quem latini dicunt communi vocabulo purpureum. Quare non immerito arbitramur, quam aliter Euangelista vocauerit vestem purpuream, eam Matthæum dixisse **תולאתח** Magil lani, idest Chlamydem secundam, idest duplicato colore vermivulo & cocco bis tinctam nam, **תולאתח** Sani est a verbo **תולאתח** Sana, quod est secundare iterare & duplicare, vnde Prouerborum ultimo capite. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus: Hebrei intelligunt coccineis vbi, lani, postum videtur pro cocco bis tincto, sicut e conuerso. Tren. 4. qui nutriebantur in croceis, vel coccineis: nā in Greco est **επι ροκκων**, idest in coccis hoc est coccineis in Hebręo est **תולאתח** hale tolath super vermivulum. Sed quę indumētā preciosissima, idest Dibapha denotabatur, interpretes pro vermivulo posuerunt cocco, vt ab altero colore alterū, vel potius tertium ex vtroq; confectū significaret. Deniq; si cui hęc quę de chlamyde coccinea in hunc locū consecimus, placent, amplectatur ea, sin minus inueniat ipse potiora, quę nos libētius quā nra amplectemur.

Mat. 27.

Caput. xj.

Quod non tam a caluaria Adę, quam a communi damnatorum loco, vel deniq; a Caluarie Regis Saulis dictus sit Caluarie locus.



Meritur a cuius caluarie patitur

buli locus cognomentū acceperit. Origenes super Mattheū, hom. 35. sic proposite questionē respōdet, venit aut ad me traditio quędā talis quod corpus Adę primi hominis ibi sepultū est, vbi crucifixus est christus, vt sicut in Adā oēs mortuū, sic in Christo oēs viuificetur, vt in loco illo qui dicitur Caluarie locus, i. locus capitis, caput humani genitris resurrectionē inueniat cum populo vnitero per resurrectionē dñi Saluatoris, qui ibi passus est resurrexit, in cōueniens. n. erat, vt cū multi ex eo nati remissionē acciperēt peccatorū, & bñificiū resurrectionis cōsequerēt, nō magis ipse pater oīm hominū hōi gratiā cōsequeretur. Assentitur, & Origeni Athanasius in tractatu quē de cruce dñi edidit, sed Hebręorū traditionē secutus. Tradit

Vbi passus est resurrexit. leg. passus est resurrexit.

tus. Tradit enim quidā illorū Caluarie locum Adę fuisse sepulchrū. At vero vtroq; tam Gręcos quam Hębręos diuus Hieronymus in commentarijs quos in Mat. 27. thęum edidit, ex professo firmissimis argumētis refellit, inquit, audiuit quemdam exposuisse Caluarie locum in quo sepultus est Adam, & ideo sic appellatū esse, quod ibi antiqui hominis sepulchrum sit caput, & hoc esse quod Apostolus dicit, surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus favorabilis interpretatio, & mulcens aurē populū, nec tamen vera. Extra urbem enim, & extra portam loca sunt, in quibus truncantur capita damnatorum & Caluarie, id est, damnatorum sumpsere nomen. Propterea autem ibi crucifixus est dominus, vbi prius erat area damnatorum, vt ibi erigerentur vexilla martyrij, & quomodo pro nobis maledictum crucis factus est, & flagellatus, & crucifixus, sic pro omnī salute quasi noxius inter noxios crucifigeretur. Sin autem quispiam contendere voluerit, ideo ibi domitium crucifixum, vt sanguis ipsius super Adę tumulum destillaret, interrogemus eum; quare & alij latrones in eodem loco crucifixi sunt? Ex quo apparet Caluariam nōn sepulchrū primi hominis, sed locum significare decollatorum, vt vbi abūdit peccatum, abūdet & gratia, Adam vero sepultum iuxta Hebron & Arbee in iesu filij Naue volumine legitimus. Hęc eruditissimus Hieronymus. Ad hęc liceat nobis obsecro per pium lectorem aliud quoddam inferre, quod ipsius censura summittimus. Ergo pro eo quod, Paralippo. capitu. 10. vbi agitur de Saul Regis excidio Latinis in cōdicibus legitimus, & corpus eius affixerunt in templo Dagon: Hębręi legunt caput, siue Caluarie eius affixerunt in templo Dagon, id quod vero proximum est. Nam primo Regum, 31. scribitur, corpus eiusdem Saul suspensum fuisse in muro bethsan Palestini. Namque amputauerunt caput Saul, vt habetur. 1. Paralip. 10. & corpus affixerunt in muro Bethsan, & caput siue Caluarie in templo Dagon, atque inde Caluarie locus videtur dictus Gogolita vbi Christus crucifixus est, nec erit mysterio alienum, quod vbi sepultum fuerat caput Saul, qui fuit primus Rex Israel, at reprobatas vt pro eo David regni gubernacula susciperet, ibidem Christus crucifigeretur, cui erat dandum regnum David patris eius iuxta angelicam prædictionem, ac perinde talib; cruciarie mortis meritis, tertio postea die mūdi monarcha resurgeret. Quod & ipse post resurrectionem testatur, dicens. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra, & quid aliud fuit crux Christi, quam thronus quidam regius? Ibi namque regnum suum agnouit ille, vbi se Regem gessit, ibi veluti pro tribunali sedens, vniuersum iudex & mortuorum alterum silentio latronem damnat, alterum vero amica voce celesti regno destinat. Quod si verum est id quod tradunt Hębręi in hoc montis loco fuisse oblatum a Patriarcha Deo obtemperante filium Isaac in mortem, sed arietem vepribus hærentem auctore deo immolatum, nonne manifestatur aperte traditum quippe fuisse filium a patre celesti in crucem, vt ibidem moreret, non quia deus, sed qua homo idque spiritus coronatus, completumque est illud psalmi: salutem operatus est, in medio terre. Iacet enim Palestina fere media inter tres præcipuas orbis regiones, Asiam, Africam, & Europam.

Matth. 27.

Eph. 5.

Iosu. 14.

psal. 77.

Caput. xij.

Quod vere probeq; moestica, pauore, tedio, atque angore paulo ante crucem affectus est Christus.



Quid si dominus Iesus ingenue

factus est quondam animam suam turbatam moestag; nunquid simulauit affect; quos in se nō sentiebat: aut illos ex mētis ignauia patiebatur absit. Nam obsecro quomodo veritatis magister cōmodus esset: si mendacio vnquam fuisset vsus, aut qualiter idoneus honesta

subeundi pericula dux foret: antesignanus, si ignauiter crucem formidasset. Imo vere probeque talibus affectibus tangebatur, vere sed non ignaue illa pattebatur, qui verus erat homo & fortissimus gigas. Humanum enim est imminentibus calamitatibus prospectisq; malis futuris turbari & metuere, & presentibus angustisq; mœrere, sed & fortissimi Imperatoris eadem alacriter subire constanter sustinere, & strenue peruenire. Ergo vt veritatem assumptæ humanitatis dei filius demonstraret, vere timuit, & mœstus fuit, verum angorem tediuntq; habuit, nam cum prospiceret futuros sibi acerrimos cruciatus, tristisq; crucem ceteraq; tormenta sibi tam tam inferenda, quæ natura humana maxime auersatur, horretq; secundum illam suis viribus relictam naturaliter turbabatur, & quia illa nondum presentia, sed futura quamuis propinqua vt debet, timore qui de mali futuri opinione concipitur, tangebatur, quia vero eadem nullatenus impedienda, sed ex diuino decreto sibi toleranda esse, tanquam presentia mente præcipuerat, ea (quæ de his quæ nobis nolentibus accidunt, contingere solet) mœsticia contristabatur, & quia omnem magnitudinem, varietatem, multitudinēq; cruciatum sibi inferendorum distincte animo versabat, graui vsq; ad sudorem sanguinis pauore angebatur, dentq; quia præciebat plurimos mortalium ob suam ipsorum ignauiam, eius morte saluberrima perpetuæ salutis comparandæ, imprudentissime minus viros, tædebat illum tantos labores multo paucioribus: quam par esset, profuturos esse. At nequis zelum dei habens, & non secundum scientiam, putet hæc esse indigna, quæ de domino nostro Iesu christo prædicentur, audiat diuinum Ambrosium ea de re præclare philosophantem. Ego, ait, non solum non excusandum puto quod Iesus cœperit tædere & mœstus esse, sed etiam nusquam magis pietatem eius, maiestatemq; demiror. minus enim contulerat mihi, nisi meum suscepisset affectum. Ergo pro me doluit, qui pro se nihil habuit, quod doleret, & sequestrata a carne delectatione diuinitatis eterne, tædio meæ infirmitatis afficitur, suscepit enim tristitiam meam, vt mihi suam lætitiā largiretur, & vestigijs nostris descendit vsq; ad mortis erumnam, vt nos suis vestigijs reuocaret ad vitam. Confidenter ergo tristitiam nominio, qui crucem prædico. Neq; enim speciem incarnationis dominus suscepit, sed veritatem, debuit ergo & dolorem suscipere, vt vinceret tristitiam, non excluderet. Neq; enim habet fortitudinis laudem, qui stuporem magis vulnerum tulerunt, quam dolorem. Muebatur dentq; talibus affectibus Christus, sed ex dispensatione, decenter atq; probe dispensanter quidē, quia hos motus certissime dispensationis gr̃a, ita cū voluit, suscepit animo humano, vt cū voluit factus est homo, habemus quidē & nos hmoi affectus, ex humanæ conditionis infirmitate, non autē ita dñs Iesus, cuius infirmitas fuit ex potestate, scilicet ne animæ ipsius gloria diffusa in corpus suū, redderet illud impassibile, præter id quod per diuinā virtutem poterat a se cunctū passionū genus procul ablegare. Quapropter, vt tradit Damascenus naturales nostræ passiones secundum naturam, & supra naturam fuerunt in Christo: secundum naturā enim, quia permittebat carnialis pati quæ propria, supra naturam autem, quia non præcedebant in eo voluntatem. Naturalia, nihil enim coactum in Christo consideratur, sed omnia voluntaria. Volens enim esuriuit, timuit, & contristatus est. Decenter autem afficiebatur Christus, qui nihil quod non deceret eum, qui deus esset & homo, vnq; appetiuit, nec ab vilo honesto prosequendo, dicitur quam diuina ratio sibi præscriberet, vsquam morabatur. Idcirco iure eum summa laude decorandum esse censet Psalmista dicens. Te decet hymnus deus in syon. Dentq; probe talibus utebatur motibus, nam licet ex dispensatione caro turbaretur in eo, non tamen spiritus eius perturbabatur, & quamuis inferior ratio moueretur, superior tamen immota manebat, id quod vt insinuaret, signanter scripsit Euangelista, cœpit contristari & mœstus esse. Super quo Hieronymus: aliud, ait, est enim contristari, & aliud incipere contristari. Dominus, igitur vt veritatem probaret assumpti hominis, vere quidem contristatus est, sed ne passio in animo illius diminueretur

minueretur, per propassionem cœpit contristari. Est enim differentia apud eundē Hieronymū, inter *tristari* & *tristari*, id est inter passionē & propassionem, quod passio est animi perturbatio, quæ mentis statum euertit. Propassio autem in corporibus quidem quoddam morbi prælium & eius aduentatio, in animabus autem præpropassio quædam motio & turbatio potius inchoata, quam perfecta, quæ aut mentis superiore partem non attingit, aut si impetat, nihil eam turbat. Enimvero hanc propassionem non modo in Christo, sed & in nobis inculcate reperire plerumq; contingit, quando accidit nobis repentino aliquo motu turbati, sed non perturbati, iuxta illud: non conturbabitur sapiens quicquid ei acciderit: nam quamuis sapiens turbetur, quia caro est infirma, non tamen conturbatur, quia spiritus est promptus, sicut & quidam mundi sapiens iactabat de seipso, quod pertransiens horrendum quemdam subterraneum specum mouebatur quidem, sed non commouebatur. Cæterum ad prædictum Hieronymi sensum referamus pulchra sane Origēnis, verba quæ supra hunc locum scripsit, tam apposte, quam sapienter. Consydera, inquit, quod non dixit tristabatur, & tædiabatur, sed cœpit tristari & tædiari, multum enim interest inter tristari, & incipere tristari, si ergo aliquis defendens passiones humanas profert nobis etiā ipsum tristatum fuisse Iesum, audiat quoniam qui tentatus est per omnia secundum similitudinem præter peccatum, hic non est tristatus tristitia passionis ipsius, sed factus est secundum humanam naturam tantum in ipso principio tristitiæ & pauoris, vt ostendat discipulis suis presentibus, maxime Petro magna de se existimanti, rebus ipsis, quod postea eis dixit: quia spiritus promptus est, caro autem infirma, & non est aliquando confidendum in ea, sed semper timendum de ea, quia incauta confidentia ad iactantiā ducit, timor autem infirmitatis ad auxilium dei confugere adhortatur, sicut & dominum ipsum paululum progredi & cadere in faciem, & orare. Ergo cœpit quidem tristari secundum humanam naturam, quæ talibus passionibus subdita est, non autem secundum diuinā virtutem, quæ ab huiusmodi passione lōge remota est. Et hæc dicimus de Iesu, vt non arbitris sicut quædam hæreses hominem eum tantū fuisse, sed deum verum humani corporis suscepisse naturam qui poterat compati infirmitatibus nostris: quoniam & ipse circumdatus erat infirma natura humani corporis. Similiter & ipse participans corpus & sanguinem, quoniam & pueri de quibus dicit. Ecce ego, & Hebræi pueri mei quos dedit mihi dominus participat carni & sanguini. Videns ergo instans sibi certamen, quod non erat aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus tantos reges assistentes, & principes congregatos in vnum aduersus se, quantos nunquam, cœpit pauere & tristari, nihil amplius tristitiæ vel pauoris patiens, nisi principium tantum, nec enim scriptum est, quia paui, vel tristatus est, sed cœpit pauere, & cœpit tristari, quando & dixit, tristis est anima mea vsq; ad mortem. Quod ipsum tale aliquid significare videtur, tanquam si dicat: tristitia cœpta est in me, vt non omni modo sum sine gustu tristitiæ, non semper, sed vsq; ad tempus mortis in me est, vt cum mortuus fuero peccato, moriar & vnuerse tristitiæ, hæc ille: quæ nos & ipsarum longiora, cuncta tamen libenter retulimus, quia lectoris animum salubri quadam pietate reficere possunt. Porro quod animam suam dixit esse tristandam ad certum vsq; tempus, non tantum sensibilem, sed & rationalem animam, quæ futura presentibus conferre potest seipsum habere arguit. Quare merito hæreticos quosdam, qui tantum irrationalem animā in Christo fuisse asseruerunt, disertissimus Hieronymus valida prænt interrogatone. Dicant ergo qui irrationalem Iesum sumpsisse animam suspicantur, quomodo contristetur, & nouerit tempus tristitiæ, quanquam enim & bruta animalia mœreant, tamen non nouerunt nec causas, nec tempus vsq; ad quod debeant contristari. Dentq; veris affectibus mouebatur Christus, tanquam verus homo, sed non commouebatur: quia, licet turbaretur eius anima, non tamen perturbabatur, nec a saluberrimo instituto desistit, quantumuis mœstus esset & anxius, vt nos doceret

non desperare, cum improbis affectionibus nos quati dolemus, sed potius ducis nostri praesidio fretos contrahit, ut inde timebamus ruina, inde reportemus victorie coronam.

Caput. xliij.

Quod Christus cruciatus secundum humanitatem, & non secundum diuinitatem pertulerit.



Inimvero caute dominus dixit

animam suam fuisse turbatam, inquam haud tamen deitatem: quia non diuina substantia, sed humana talibus motibus afficiebatur, quoniam diuina natura quae immutabilis est, semper eadem sibi manet, passionibus subiecta esse non potest, humana est quae propter infirmitatem suam talibus motibus agitari solet. Quia ergo verbum caro sic factum est, ut in eo caro maneret caro: & si deus maneret caro, & verbum maneret verbum, licet in carne verbum, non secundum deum passus est, sed secundum hominem, Christo in carne passio, dixit Ecclesiae Princeps, non in deitate. Alienae sunt enim passionis a deo, testante propheta de illo. Deus sempiternus dominus creans fines terrae non laborabit, neque deficiet, & in psalmo. Tu autem idem ipse es: & anni tui non deficient, omnes enim in Christo infirmitates humanitas sola portauit. Caro enim habuit vagitus infantis, non diuinitas, Caro est panis inuoluta, non deitas, Caro habuit alimenta, caro portauit aetatem commertia: nam ut quod fatigatus est, quod esuriit, quod dormiuit, quod fletit, quod passioni proximus tristis fuit, quod postremo ipsam passionem, & mortis conditorem sustinuit, totum hoc ad infirmitatem pertinet humanitatis, non ad incognoscibilem substantiam deitatis, sic quod spiritus coelestis natiuitatis suae nuncios dedit, quod per stellam Magos ad adorandum se perduxit, quod ventis imperauit, quod super aquas ambulauit, quod per medios hostes conuoluit, pertransiuit, quod curuos erexit, quod claudos direxit, quod surdis auditum reddidit & caecos illuminauit, quod demones exclusit, & mortuos suscitauit, quod ipse a mortuis resurrexit, & ad caelos ascendit, impassibilis fuit virtutis, & non passibilis infirmitatis. Vnus est enim Christus deus et homo, caro & verbum, sed vnde deus, inde habet immortalitatem, vnde homo, inde humana pertulit: & vnde caro inde mortuus: & vnde verbum, inde aeternus. Neque enim potest esse deitate passibilis qui est in virtute paternae gloriae naturae equalis: vnde & patri derogatur, dum natura deitatis mortalis in filio creditur. Nam si vna patris & filii substantia est, utique sicut pater, ita & filius immortalis est. Et ego, ait, & pater vnum sumus. Ergo sicut in patre non est mors, ita in dei filio non est mors, & si verum est. Ego & pater vnum sumus: & omnia quae habet pater mea sunt, Ergo immortalitas patris cum filio communis est. Nam quod ait apostolus de infidelium ignorantia: si enim cognouissent nunquam dominum gloriae crucifixissent: non quod quasi dominus gloriae sit crucifixus: ut natura deitatis videatur esse passibilis sed quia vnus in vtraque natura est Christus: secundum assumpti hominis formam dominus gloriae dicitur passus, sicut e contrario est illud. Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo filius hominis, dum de caelo non descendisset nisi tantum dei filius, non dum idem factus filius hominis propter personae ergo unitatem, & ad hominem referuntur in Christo quae dei propria sunt, & diuinitati ascribuntur, quae hominis sunt. Et ideo dum patris ac mortis dicitur, non est deitatis, sed carnis proprium: sic tandem propter unitatem personae, ipse deus & natus ex virgine, & passus, & mortuus praedicatur, sed infirmitate carnis nostrae, non virtute diuinitatis suae. Quod vero idem apostolus ait, si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius, sic dicitur dei filius mortuus

1. Pe. 4. Esd. 40. Psal. 101.

Ioan. 14.

1. Cor. 9.

Ioan. 3.

Rom. 5.

tus, sicut dicitur de martyribus passis ac mortuis, quorum tamen animae non sunt occisae in corporis passione, ore veritatis testante. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, ubi agnosci oportet, si animae martyrum corpore perempto supplicis extinguit non possunt, deus qui conditor est animarum, quomodo per crucem carnis pati potuit exitum mortis. Quod etiam alibi apertius declaratur, eodem filio dei loquente. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, Quod si ipsa deitas mortua extitit: quomodo quis animam ipsius resumpsit. Stultum est ergo crucis passionem diuinae applicare naturae, sed tantum creabili & humanae, sola enim caro crucis exitum sensit, sola caro lancea pertulit, sola sanguine & aqua manauit, ipsa sola mortua, ipsa sola, sed non a verbo sciuntia in sepulchro posita, ipsa sola tertia die resuscitata, etiam glorificata caelos adijt, in qua venturus est, veniet enim in gloria patris, ut de viuis ac mortuis iudicium ferat. Quod iudicium si timuissent Eutices, Petrusque Gnapheo, nec temere nec impie confudissent diuinam cum humana naturam, nec diuinitati passionem ascripsissent, nec denique tristitia, id est hymno seraphico, quo docti sumus cum angelis sanctam laudare trinitatem, crucifixum addidissent: tanquam quisquam alius qui Christus, id est deus & homo non esset, crucis sublerit dispendium. Sed quoniam horum impietas multorum orthodoxorum patrum sententia fuit explosa, & alio atque alio Catholico concilio damnata, nec non ex paulo ante dictis, & mox dicendis, illorum subdola pestis detecta satis est & confutata, praestat e vestigio adscribere mirabile quoddam manifestarium, quo hereticus error diuinitus fuit repulsus, & catholica veritas asserta, sed cum illud plerique alij scripto tradiderint, placet referre verba, quibus Felix papa aduersus Petrum Alexandrinum episcopum falsitatis praedicationem matrem inuehitur, illud idem mirabile ad veritatis assertionem afferens. At autem. Nam post illud, sanctus immortalis, quod est spiritus sanctus, tunc infans. Qui pro nobis crucifixus es, miserere nobis, quaternitateque, non trinitatem populo insinuare videris. Nempe si ex humana traditione mansisset haec laus, ita quoque incaute crucem infereres laudi, in qua filij appellati, fortis scilicet, ponitur. Quoniam vero ab angelis nobis laus ista profluxit, qui ante crucem dicebant. Sanctus, sanctus, sanctus: sicut respicere Esaias meruit. Post crucem vero cum laude clamabant sanctus deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, quam temere & impie ausus es illud addere, qui pro nobis crucifixus es miserere nobis, ubi nulla de infirmitate nostra a filio assumpta sit mentio. Denique cum terrae motu Constantinopolis quateretur, populisque terrore concussus in capum progressus oraret, infantulus toto populo spectante, cum Proclo ciuitatis episcopo in caelum per vnam horam raptus est, ibique huiusmodi didicit hymnum, rursumque descendens nunciauit, quod tu cithere audierat, dicens de caelo quasi de multitudine psallentium huiusmodi laudes insonuisse auribus suis, sanctus deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, distumque sibi ut eam laudem populo indicaret, quam ubi populi cantare inceperunt, ciuitatem receperunt. Deo per huiusmodi laudem proptio facto, ab imminente ira liberati sunt, hinc demum mos probatissimus inoleuit in Ecclesia catholica tam graeca, quam latina huiusmodi hymnum Dominice passionis die decantari, quo profiteretur populus christianus, nec deum patrem, nec deum filium, nec deum spiritum sanctum, nec totam Trinitatem fuisse passam: res quoque filius Dei secundum quod homo, fuerit passus. Porro illud carmen celebratur Graece prius, ἅγιος ὁθεός ἅγιος ἰσχυρός ἅγιος ἀθάνατος ἐλεησόν ἡμᾶς. Deinde refertur latine, sanctus deus, sanctus fortis, sanctus immortalis miserere nobis: ut ostendatur, & ipsum ab Ecclesia Graeca ad latinam profluxisse, & vtramque communi eiusdem fidei professione in vnam eamdemque totam Christi Ecclesiam dilectissimamque sponfam coalescere. Sane cupias iam merito scire, quare primo loco additum est Deus, deinde fortis, demum autem immortalis, quia quarum personarum vna est numero diuinitas earundem eadem est fortitudo & immortalitas, &

Math. 10.

Ioan. 10.

Li. concilio

Esa. 66.

tamen secundum illarum ordinem personarum patri merito deitas attribuitur, quo
 niam ab eo iam filius qua spiritus sanctus ab eterno habent quod sint idem cum illo
 Deus, deinde de filio congruenter accommodatur fortitudo, qui ab apostolo predicatur
 virtus, & sapientia patris, per quam mundus creatus est, atque recreatus, Denique spiritu
 sancto convenienter immortalitas adscribitur, spiritus enim est qui vivificat, & qui
 renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, habebit vitam eternam, attribuitur itaque trinque
 sanctitati tria illa applicatur, ut per attributa talia ad illas ineffabiles sublimitum hypo
 thaseon proprietates quadam tenus cognoscendas credentes Christo manducantur.
 Alloquitur, ut Gregorius Theologus, inquit sancta sanctorum, quae apud Ebraeos in ipsis
 Seraphim velantur, & glorificantur tribus sanctificationibus, in unam concurrunt
 dominationem & deitatem, nam postquam ter repetitum est, sanctus, sanctus, sanctus,
 statim est appositum dominus deus sabaoth, ut & personarum Trinitas insinuaretur,
 & veritas domini deique assereretur. Eandem rationem secuta Ecclesia Catholica post
 professionem virtutis fortitudinis & immortalitatis diuine sanctitatis singulari verbis
 precando subiecit. Miserere nobis, ut in tribus illis sanctis personis diuinitas, forti
 tudinis & immortalitatis, vnum deum fortem immortalem, ac perinde misericordem co
 siteretur. Nam vero superioribus adtingenda sunt verba, quae diuus Athanasius celebra
 tissimus christianae pietatis assertor scripsit, quoniam plurimam in se pietatem conti
 neat. Frastans ergo is author illud, nunc anima mea, turbata est, sic Theologatur.
 Similitudinis domini ad nos veritas magna est, eo quod & nos assimilamur ad eum,
 nisi enim ille assimilatus esset hominibus, non poterant deo homines assimilari, sed
 ut ad deum hominem factum assimilarentur homines, opportuerat ita eum, qui ut
 nobis similis fieret descendit, in hoc maxime similem effici, in quo transmutari indi
 cebamus, transmutari autem egebamus secundum passiones, ut haec in impassibilitate
 tem transferrentur, nullus ergo dissidat de passionibus audiens, existimans verti deita
 tatem, sed superuenisse et passionem ex carnali atque animae motione coniecit, & su
 peruenisse & vita fuisse ideo namque aduenit, ut vincatur. Ideoque victa est, ut omnia
 natura humana per cognitionem beneficium capiat. Ex hoc quippe incipientes
 transfiguramur omnes, ex passibilibus impassibiles, & ex mortuis viuentes effici.
 Nullus ergo perturbetur ad infidelitatem, si dicit, dum Deus sit Dominus, pariterque
 & homo. Nunc anima mea turbata est, hoc enim factum est, deitate quidem acquies
 cente, carne autem inseruente, possibile enim erat deitati prohibere perturbationem,
 secundumque similitudinem, quam ad nos habuit, non dissolueret. Tale ergo aliquid
 est intelligendum ex rebus quae circa nos sunt: temperatum mel cum aqua, non quod
 mel mutatum est, sic verbum dei in carne, nec tamen alterum in alterum mutatum est.
 Sed aqua superabundauit, quando duataxat motto carnis est, in deo talem quandam
 similitudinem assumat, sicut aquam in mellecrato, id est: melle temperato saperabun
 dantem, quando iterum, quod diuinum est demonstratur, & operatur virtutes, & ostē
 dit potestatem talem similitudinem assumamus: sicut dum mel aquam superat, hoc
 enim possibile est deitati, aliquando quidem carnem permittere, ut superabundet, alit
 quando eam superare ad perinendam passionem ipsam, & carnis infirmitatem. In die
 cium vero est, quadraginta diebus abstinuit corporali cibo & non esurijt ipsum cor
 pus, post quippe, sicut scriptum est, esurijt, hic carnis exuperantia, deinde esurijt, post
 tantum tempus exuperant quod carnis est, id vero ut tentatio ingereretur, & tentator
 confunderetur & homo qui a principio per cibum lapsus est, per abstinentiam cibi
 resurgeret, Tolerat autem perturbationem carnis sub ipsa morte adueniente, & quo
 modo ergo obediens futurus esset, nostram pro nobis obedientiam complens, nisi
 & contra aduersitatem haberet, & vinceret aduersitatem? Nobis si quando ex carne in
 fustatio sit, si inobedientes fuerimus mandato, victi carne, hoc modo peccatum immer
 git. Ergo & in Domino aduersitatem quidem oportebat fieri a carne, obedientiam

i. Cor. 1.
 Ioan. 6.
 &
 vbi spiri
 tu, lege spi
 ritum.

vbi vitam
 lege uita

Mat. 26.

Mat. 4.

vero vincere, quauis enim deus est, verum in carne, secundum carnem obedientiam co
 plet, & voluntati carnis voluntas praevalet deitatis, sicut praedixit, quia descendit de Ioan. 6.
 caelo non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me patris: propria
 voluntatem dicens ipsum carnis affectum. Nam & caro eius propria erat, cuius anima trista
 batur, neque enim voluntas filii diuina a voluntate dei separata fuit, oportebat quippe
 moueri carnis voluntate, subici vero voluntati deitatis, & ita hominem obedientem solum
 per hanc admirabilem obedientiam qua Christus obediens fuit pro nobis, Denique Christus in car
 ne patiens, carne vicēs, pro carne diuina virtute humane redemptiois cōpēdia cōsumauit.

Cap. xiiii.

Quod Christus in cruce immolatus fuit victima optima, summa, &
 patri caelesti acceptissima.



Ed iam ad victimam illam deo

acceptissimam legtoribus explicandam studiose regredimur.
 Etenim fuit ea optima, summa, patrique caelesti acceptissima. Op
 tima quidem quia pōrifex noster, non aurū vel argētū, non pur
 puram aut preciosissimas gemmas, locupletissimaque mun
 di regna humana pro redēptioe praedestinauit sed solū seipm
 donū diuinitus nobis datū, nulloque estimabile precio magni
 ficentissime obtulit, sicut et ad redēptos beatus Petrus ait, non corruptibilibus auro vel ar
 gēto redēpti estis de vana vīa cōuerlatioe paternae traditiois, sed p̄ciofo sanguine quī
 agni incōtaminati et immaculati Christi: fuit et summa, quoniam non adū, agnū, hyrcū, arie
 tē, ouē, aut bouē, aliāve pecudē pro intermēdis nōrū crīmīnū portētis, iugulauit sed
 carnē suā sanctissimā vitā, dignissimā grā, dilectissimā p̄execratis deo sacrādis, p̄ indi
 gnīs dignificādis, pro exotis gratificādis, alacriter & clemētissime imolauit, Esaias
 enim dicit, Tradidit in mortem aīam suā. Et aduersus impios & sceleratos apud Hiere
 miam ipse queritur dicit. Dedit dilectā aīam meā in manus inimicorū eius. Verum
 hoc loco aīe appellatio vitā corporalem intelligit, in quam seque humana crudelitas
 potest, nā spiritū in manus tradidit paternas. Denique fuit & illa victima deo acceptissi
 ma, quia maxime voluntaria: voluntaria, inquit, sacrificabo tibi, & confitebor nomi
 ni tuo, quoniam bonū est, & sane praecedat oportet grata voluntas, ut acceptabile sit
 sacrificium. Respexit, ait, dominus ad Abel, & ad munera eius: prius ergo placuit of
 ferentis animus, quam accepta fuerint oblata munera, & id merito quidem. Nam ac
 ceptabilis hostia voto magis constat, quam munere, & spiritu potius placet quae carne,
 quoniam deus cui offertur spiritus est, & obedientiam magis vult, quam sacrificium,
 licet utriusque pro tempore exigat, Ex quo fit ut quāto maiori charitate, propriorique pie
 tate hostia fuerit peracta, tanto sit perfectior, & ei cui sacrificatur, magis acceptanda.
 Ac perinde absolutissima, nec non acceptissima deo est habenda, quam sacerdos no
 ster i ara crucis immolauit, ut quae fuerit maxima charitate & voluntate prop̄tissima
 profecta, sp̄dē nāque cūprimū in virginis vtero diuinitus fuit conceptus, illā oblatio
 nē a se olim peragenda suscepit. Ideo ingredies mundū dicit, Hostiā & oblationē no
 luiti, corpus autē perfecisti mihi. Holocaustomata & pro peccato nō tibi placuerūt
 tūc dixi, ecce venio: in capite libri scriptū est de me, ut faciā deus voluntatē tuā. Ad hęc
 ut ostēderet aperitissime se nō imūtū crucē passurū, minime tractus, sed vitroneus ad
 ist locū passioni destinātū, & quē illic passurus esset, cuncta mēte lōge ante prospiciēs,
 ea illis discipulis quibus familiariter vebatur, secreto reuelauit dicens, Ecce ascēdimus
 Hierosolymā, & filius hominis tradet̄ principibus sacerdotū, et seribis, et cōdēnabit̄ Mat. 26.
 eū morte, & tradet̄ eum gentibus ad illudēdum, & flagellandum & crucifigendum.

i. Pet. 1.
 Esai. 53.
 Hier. 12.
 Psal. 51.
 Gen. 4.
 Psal. 39.
 Heb. 10.

Et tertia die resurget. Spōte itē nocte illa, qua esset cōprehēdēdus adit hortū locū pdi
tori notū: quā & cōprehēsurus sese obuium tulit, tantum ab oratione patiendā ardore
cōceperat. Et cū percussus eos esset, quem quērerēt, quos voce prostravit, inter
rogatōe repetita statim crexit, vt simul potētā suā votūq; patiendā manseraret. Vo
luntate itaq; promptissima cum humana tum diuina immolatus est Christus, quo
niam & ipse sibi quidem homini, secundū q; deus est, crucem subeundam imposuit,
Esay. 50. & itē qua homo imposta vltro suscepit: vtrūq; enim eōplexus apud Esaiā loquitur:
dñs apuit mihi aurē, ego autē nō cōtradico, retrorsum non abiit, corpus meum dedi
percutientibus & genas meas vellentibus, faciem meam non auerti ab increpātibus
& conspuentibus me. Extant nimirum clarissima promptissimē de patiendō volūta
tis indicia: manifestauit deus homini placitū suū, nō est illū auersatus, p̄cepit mori
nō cōtradixit, quia cōtra p̄ceptientem nec reclamauit nec cōtēdit, sed libēs imperio
paruit, retrorsum nō abiit, quia necem cū posset effugere, nō vitauit, quin potius spō
taneū semet cruciatibus subdidit, quā sicut non auerti, vultum suū a ludibriis & spu
tamentis, ita corpus suū percussuris, & genas vultuōibus exposuit. Et quod amplius
multo faciendū est, nō solum mortem a patre sibi propositā obediētissimus filius grā
tante admissit, & ab impiis & scelerosis illatam patienter tolerauit, sed & ipse ad illius
perfunctōne non nihil agendo contulit, quippe qui continuū, repressitq; eā anteq̄
gloriā quē corpus eius poterat sic afficere, vt nullis pateret iniuriis, nullo esset vulne
rabile ferro, vt tandē pati moriq; valeret. Insuper non est vsus illa vi qua olim inter
medios conantes eum de montis supercilio p̄cipitare, ille vsus p̄trāssit, nec vt quōdā
aduersariis illius ad lapides cōcurrentibus abscondit se, & exiit de tēplo, modo dispa
ruit, nec sicut iterū hostes suos lapides in eū faciēdos in manibus tenētes, ne facerent
inuisibilibus nexibus alligauit, nūc occulta vi coercuit, sed quā tā venerat hora eius
cōspicuis māsit, se capti p̄misit, male tractari passus est, occidī demū voluit, quare solus
Iesus inter vniuersos qui p̄asserēda veritate mortē tulere, verissime oblati est, quia
ipse voluit, quia solus ille potētāte habuit ponendā suā, & iterū immendā eam.
Reliqui vero martyres qui pro iustitia tuenda passi sunt, cruciatus, necemq; a persecu
toribus illatā p̄ se quidem & fortiter tolerauerunt, sed neq; deprehēsis erat (salus pietate)
euadendī potētis, neq; execratis celsiq; nō moriendī facultas, sed in eo virtus eorū
emāuit, quod occursum sibi quōdā lege naturę mortem ante tempus illatā pro
seruanda deo fide constanter sustinuerunt. Solus deniq; Christus absolutissimā prom
ptissimāq; voluntate pro explendo diuinę misericordię proposito, mortuus est, quia
solus ille suis viribus simpliciter poterat instantem mortem vitare, illatāq; depelle
re. Id quod vt nobis apertius insinuaret, iterum dicit. Nemo tollit animā meā a me,
sed ego pono eam a me ipso. Non quod ipse occiderit se, sed quod illatis sibi a nocen
tibus, vulneribus potentibus animam a corpore separare, non obstitit, verum cesse
rit, ac subinde naturaliter post lætalia vulnera simul & spōte mortem obierit. Nec mo
ueat quempiam quod Iesus videtur veluti mori renuens, patrem orasse: Pater si vis
transfer calicem istum a me: non enim ideo fuit in eo minus prompta moriendī vo
luntas, id quod liquebit si singula ipsius verba diligenter expendantur. Nam, vt ait
Chrysostomus, filius non dicit, si vis, quasi ignorans an patri placeret, nec enim ma
gis ardua cognitio est hęc cognitio paternę substantię, quam ipse solus perspicaci
ter nouit, secundum illud, Sicut nouit me pater, & ego noui patrem, Sicut nec apud
Ioan. 10. Matth. 26. Mar. 14. Matthæum dixit, Pater, si possibile est, transfer a me calix iste, quasi de paterna pote
state ambiguus, qui eandem causam apud Marcum agens, patris proficitur omnipo
tentiam dicens. Abba pater, omnia tibi sunt possibilia, transfer calicem hunc a me
nec hoc posterius dicit, quasi respuens passionem, qui enim comminatus est discipulo
volenti passionem eius impedire, sic vt Sathanam eum vocaret post multa p̄ccō
nia, qualiter crucifigi volebat: Cur igitur ita dictum est: procul dubio propter dispō
sationem

rationem humanitatis assumptę, vt credatur verus esse homo: humana enim naturā
est timere mortem, eo quod præter naturam ingressa est mors, nempe per peccatum,
& ideo fugit illam natura. Dicit ergo, transfer calicem hunc a me, quasi homo natu
raliter mortem recusans: & tamen quasi deus homo spirituali mente sententiam suam
seruans paternam voluntatem fieri vult, Nam vt pulchre ait Origenes: Manifestans
dominus Iesus in oratione sua deuotionem, quasi dilectus & complacens dispositio
ni patris, addidit. Verum tamen non sicut ego volo, sed sicut tu: docens vt non ore
mus nostram fieri voluntatem, sed dei: & vt discamus quod licet natura nostra relin
quetur, deo tamen magis obtemperare, quam nostram voluntatem implere debeam.
Proprium enim est hominis fidelis primum quidem nolle pati aliquid doloris, ma
xime quod ducit vsque ad mortem, quia homo carnalis est. Si autem sic voluerit deus
debet ei acquiescere, quia fidelis est. Nam sicut multum confidere non debemus, ne
nostram virtutem videamur profiteri, sic diffidere non debemus, ne dei adiutoris no
stri impotentiam videamur pronuciare. Fas igitur est, vt homo imbecillitatis pro
prie confusus affectu quodam naturali mortem metuat, dum tamen deo fidens quod
pro defendendā vera religione opus est mori, rationali voluntate mortem oppe
tat, habet enim in hac quoq; parte Christum exemplum pulcherrimum, quod imite
tur. Ecce redemptor noster qui peccatum non fecerat, vt homo mori metuens, & pro
carne legatū agens, naturalis quadam & conditionali voluntate precabatur. Pater mi
hi possibile est transeat a me calix iste, & tamen idem respiciens patris decretum: hu
maniq; generis salutem, voluntate deliberata, nec non absoluta mortem simpliciter
impletebatur. Addidit enim: verum tamen non fiat sicut ego volo, iuxta carnis scilicet
infirmitatem, sed sicut tu vis secundum placitū tuū propositum, id ipsum equidem
spiritu exequar promptissimo. Recusabat igitur dominus Iesus instantem passionē
pro inferiori portione quę ad temporalia disponenda, curāq; defleatur, accepta
bat vero eadem secundum portionem superiorem, quę rationibus supernis conspi
ciendis atq; consulendis adhærescit. Ex quo illud scitu iucundum clarescit, fuisse qui
dem in Christo diuersas voluntates, alia aliud volente, non tamen sibi profus contra
rias, quia nec forma nec virtute secum pugnant: non quidem forma, quia secundū
diuersas rationes, in obiectum quantum materia idem ferebatur, non autem virtutē
quoniam altera nec retardabat, nec retinebat alteram in Christo, cum exultaret vt gi
gas ad currendum tantarum passionum curriculum: At vero secundum portionem
illam superiorem quę tota ab æternis regulis pendet, nulla erat in Christo variarum
appetitōnum discordia, sed summa de patiendō, moriendōq; patris ex sententia con
sensus, quoniam secundum illas regulas nullo dubio distinebatur, sed simpliciter cō
sebat crucem esse subeundam. Quippe qui perfectam habebat diuinorum consilio
rum scientiam, per quam facile poterat absolute decernere, quid potissimum: esset vel
approbandum vel reprobandum. Hoc enim est quod Esaias de illo scripsit. Butrum
& mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. At non sic Paulus quā
uis magnus, qui ob scientiā imperfectum coangustabatur e duobus, nam aspiciens
regulas illas æternas, secundum eas modo quidem iudicabat, melius esse sibi statim
dissolui, & esse cum Christo: modo autem secundum easdem censebat necessariū ei
se manere in carne propter fratres in Christo multiplicandos, augēdos & in fide for
tiādos: & tñ vtrū e duob; eligeret, se ignorare fatebatur. Nec mirū videri debet ali
cui tantum apostolum nequiuisse tunc temporis penitus discernere, vtrum potius si
bi esset eligendum, quā non dum comprehendebat omnem illarum rationem regu
larum, quas aspicebat consulebatq;. Hinc enim fit vt viri dei haud raro secum pu
gnantia velint, cum aliud alio, ratione alia atque alia melius illis esse videatur. Sic
Esaias vbi calculo ignito se purgatum sensit, aspiciens diuinam de inseruendo deo
legem, expetiuit ad prophetandum mitti. Respondit enim quærenti deo quem mitte Esay. 6.

Hic.

ret, ecce ego, mitte me. Hieremias autem obedientissimus & ipse propheta e contrario secundum eandem legem animi modestiam docentem, ipsa humilitate eiusmodi missionem non admittebat dicens. A. A. A. domine deus, ecce nescio loqui, donec coelesti oraculo certior factus, mutata sententia precipienti paruit. Denique Christus in quo sunt absconditi omnes thesauri sapientiae & scientiae dei, absque ulla dubitatione mentis intuitu perspicacissime nouerat, cum sanctorum tunc temporis sibi eligendorum praestantissimum esse pro salute humana ex paterno decreto mortem alacriter oppetere, & quod nouerat summis votis expetebat, quod autem expetiuit, ad id peragendum admodum strenue contendebat, quod autem pertendit, in cruce moriendo misericorditer praestitit. Sic tandem dilectissimus filius summo rerum parenti pro redimendo homine hostiam obtulit optimam, summam, maximeque placabilem.

Caput. xv.

Quod Christus in cruce expetiuit, exortauitque a patre animi robur, quo credituri in eum, calicem passionis ipsius quoque biberent.



Arbitrium autem esse arbitri

trios, priusquam ulterius progrediar, altam eiusdem loci intelligentiam, eandemque sanctorum de thesauris depromptam, priorum parem, vel certe legentibus non minus utilem ascribere. Ea est quod pauor ille, quo Iesus instante morte noctu quatiebatur, tristitia qua morebat, & sanguineus ille sudor, quo praenatiuetudine sacrum corpus eius aspergebatur: quisbus vere & naturaliter afflictebatur, non solum aduenerunt illi, eo quod acerbissimos mortis cruciatum sibi proximos apertissime prouideret, sed eo etiam quod aliis timebat indolebatque, quibus per crucem suam consulebat, quos tamen nouerat de morte sua esse perturbandos. Tædebat itaque eum exposuisse vitam pro seruandis cognatis sibi secundum carnem Iudæis, eosdemque propter ipsorum incredulitatem ab illa antiquissima cum deo familiaritate abiciendos esse: agebatur quoque de Iudæ quæ in summum Ecclesiae suae magistratum elegerat, irreparabili ruina Morebat denique ob iniquum aliorum discipulorum scandalum, & illaudabilem fugam. Sed quoniam integritas probitatis est, non solum non gaudere super iniquitate, sed etiam dolere malisque miserescere, eorumque damnis, quantum licet, tempusque postulat, commode atque diligenter subuenire: optimus Iesus orat pro impiis, ut ad pietatem conuertantur: orat pro sceleratis persecutoribus, ut illis ignoscatur: orat pro deserturis discipulis, ut renouentur, protegantur, firmantur, ut secumque patiantur simul denique regnaturi, biberent calicem quem ipse bibiturus erat, ut secum in regno paterno sedere possent. Hoc ergo est quod dicebat, Transeat a me calix iste, quomodo a me bibitur, ita ab his Spiritu sancto renouatis, confirmatisque bibatur, sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis. Adidit autem, si possibile est, quia carni & sanguini hæc terribilia sunt, & difficile est eorum acerbitate corpora non vincaci humana. Volebat ergo eos qui in se credituri essent, similia non pati, ne forte in passione diffiderent, si cohereditatis suae gloriam sine passionis suae difficultate mererentur. Sed quia pater volebat, ut bibendi calicis in eos ex ipso transiret fortitudo, quia ex voluntate patris non tantum per Christum vinci diabolus, sed etiam per discipulos eius oportebat, veluti moderans prius dictum

Ex Hilario.

dictum, simulque corrigens, adiecit. Verum tamē non sicut ego volo, sed sicut tu. Hæc vox capitulis, salus est totius corporis, hæc vox, ut eleganter ait Leo Papa, omnes fideles instruit, omnes confessores accendit, omnes martyres coronauit. Nam quis mundi odia, quis tentationum turbines; quis posset persecutorum superare terrores, nisi Christus in omnibus & pro omnibus patri diceret, fiat voluntas tua? Discant igitur hanc vocem omnes Ecclesiae filii, ut cum aduersitas violenter alicuius tentationis incumbit, & si primo aggressu metu moueantur, conceditur enim hoc humanæ fragilitati, resumptis tamen viribus, separato vel certe depresso timore formidinis, accipiant tolerantiam passionis. Quod si nimis arduū videatur imitari deum hominē, tubet & imitari seruum hominē. Ecce dominus significans, qua morte glorificaturus esset beatum Petrum apostolorum principem, dixit ei. Cum autem serueris, alius cinget te, & ducet te quo tu non vis. Petrus igitur ad mortem ducebatur, partim nolens partim volens, nolens quidem voluntate quadam imperfecta, & conditionali, qua ratio inferior carni compatiens, mortem auerlabatur fugiebatque, volens autem, quia simpliciter affectabat pro Christo mori, superiores leges diuinamque voluntatem meditatatus, impleuitque iam oportune, quod ardens ad omnia ante tempus promiserat domino dicens animam meam pro te pono, super quo Augustinus. Petrus ad illam molestiam mortis est ductus, nolens ad eam venit, sed volens eam vicit, & reliquit affectum infirmitatis, quo nemo vult mori, qui adeo est naturalis, ut eum nec senectus abstulerit a Petro, sed accepit affectum iusticie fidei, & temporariam hanc vitam æternæ postposuit: sciens fidei obedientiam, calamitatumque pro Christo tolerantiam, vnicam esse ad veram felicitatem viam. Quid Andreas frater Simonis cum carne: tum spiritu: nonne lætus & gaudens ad crucem tanquam ad opiparas dapes properabat? Non, quod miles fortior esset imperatore suo, nec discipulus alacrior magistro, nec liberatore prior liberatore suo: sed quod ex tædio magistri, conceperit ille alacritatem, ex diuturnitate fortitudinem, ex liberatoris modestia promptitudinem. Trepidatio enim illa Imperatoris & exemplo & merito similitem animauit, anxietas Domini seruum dilatauit, adeo ut illud decantaret: cor meum, & caro mea exultauit in deum vitium. Cum enim Andreas vir prudens & sapiens meminisset magistrum suum non obstantibus tristitia usque ad mortem, anxietudine usque ad sudorem sanguineum, aliisque grauissimis affectibus, animum obfirmasse ad tolerandam pro vera pietate tuenda, & salute hominum comparanda, cruciatam necem, reliquis longe duriores & sceleriores, & animaduertit, & intellexit incomparabiles thesauros in cruce Christi latere, pro quibus acquirendis non solum esset crux imposita patienter toleranda: sed etiam expectanda, & cum gaudio portanda. Hinc extat mirabilis illa martyr Christi in tormentis perpassio, hinc in confessoribus vitæ integritas, & semper sibi similis morum probitas, hinc perpetua illa in virginibus Deo dicatis puritas, hinc ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilii: quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, hinc denique dominici calicis amaritudo Christi merito: exemplo, & precatione in suaustissimam dulcedinem permutata transit perenniter & expedite in eos qui vere eundem Christum & sacramentum, & voto, & moribus imbuerunt. Adumbravit & ipse dominus Iesus hunc beatificum sui calicis transitum, quando crucis uesturam in alium transferri voluit. Nam cum ipse Dominus a pretorio Pilati exisset, batulans sibi crucem, sub inde instans quodam diuino qui eiusmodi negotio gerendo preposuissent coegerunt quem dam Simonem Cyrenæum, ut tolleret crucem eius post eum. Praclare Ambrosius, Christus crucem baiulans iam trophaeum suum victor attulit, crux super humeros imponitur quia siue ipse, siue Simon portauerit, & Christus in homine & homo portauit in Christo. Nec discordant Euangelistarum sententiæ, quando concordat mysterium, & bonus ordo nostri profectus est, ut prius ipse crucis lux trophaeum

Ioan. 21.

Ioan. 13.

Pal. 118.

Actu. 1.

erigeret, deinde martyribus traderet, erigendum, non Iudæus est qui crucem portat, sed alienigena atq; peregrinus, nec precedit, sed sequitur, iuxta hoc quod scriptum Mat. 16. est, tollat crucem suam, & sequatur me,

Caput. xvj.

Quod semper fuit bonus pastor christus & si instante cruce ad tempus oves suas deseruit.

Ec pretereundum est illud q



zach. 13.

Ioan. 17.

Es. 4. 21.

Ioan. 10.

ille qui se bonum esse pastorem professus fuerat, idq; firmauerat validissimo argumento quod pro seruandis suis ouibus animam suam poneret, instante cruce comprehensus dereliquit eas, vt in ipso scandalum paterentur, idq; euenturum eis prædixit, adducto quoq; prophético testimonio, percutiam pastorem & dispergentur oves gregis. Quo circa miraberis forte lector, & quæres quomodo sit bonus pastor, qui oves suas deserat, qualiter sit opportunus disperlarum ouium congregator, qui discipulos suos oves mites, & innocetes dispergi permiserit, iusta quidem admiratio, & questio plane solutione digna, cui soluendæ vtinam nobis ex voto verba suggerat ille pastor optimus cuius causam agimus. Faciemur igitur dominum Iesum, ad breue quidem tempus oves suas quadam tenus deseruisse, sed ita deseruisse, vt tamen eas patri celesti custodiendas commiserit, quem iam ille cruce proximus in hæc verba precatus est, Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos vnū sumus. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, quos dedisti mihi custodiui, & nemo ex eis perisit, nisi filius perditionis. Exaudiuisti vtique filium pater, qui iuxta Esaiam discipulorum eius custos fuit, die quidem, ne expetito lucis euangelicæ successu animis infollescerent, noctu autem ne mortis tenebris crucisque aduersitate turbati penitus perturbarentur, & quamuis caderent, non tamen iacerent, sed commodum erigerentur. Custodiuit, & ipse filius discipulos suos inuisa potentia, quoniam & si moriebatur ex humanitate, vivebat tamen ex deitate, & ob id erat inter mortuos liber, vt mortuos secum suscitare posset, quin etiam moriendo meruit, vt resurgens filios dispersos in vnum congregaret. Ille proculdubio discipulos in die resurrectionis suæ interioribus pulsibus in vnum cogebat, & exterioribus monitis intra vnam domum aggregauit, vt ad illos ianuis clausis intraret, ingressus astaret conspicuus, astans salutaret, salutato pacificaret, pacificatos lætificaret, lætificatos augeter spiritali sancto. O strenuum pastorem, qui oves suas quas moriendo infirmarat, resurgendo confirmauit, lapsasque in mælius reparauit. Cautiores enim surrexerunt, quam ceciderant; præstitit demum id quod pollicitus fuerat apud Ioannem dicens, Oves meæ non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Talibus enim præstitis oves suas communit Dominus omnipotens quibus ille si dextere vtantur, ab vniuersis hostium incurfibus sub tanto duce militantes omnino protegantur. Siue enim contra eas insurgat caro, quæ concupiscit aduersus spiritum, siue impetantur ab illo aduersario, qui tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, siue dentque mundanis improbitatibus impugnentur, armate spiritus christi nequaquam hostibus cedent, nec fundentur, nec vincuntur, ac perinde non peribunt: quoniam improbos carnis motus furentes libidines caeteraque animi ægritudines compriment spiritus eius vigore, qui militat aduersus carnem.

Quid enim

Qui enim christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitis, & concupiscerunt. Gal. 5. Quid item potest mundus aduersus eum, qui vere cum paulo dicere potest, mihi ab. Gal. 6. si gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, præsertim q nonissimo victoriarum exemplo præcedit oves suas pastor bonus, ipsasq; animans conclamat, confidite, quia ego vici mundum, Quod si princeps huius mundi olim grassabatur, non tantum aduersus impios, sed Ioan. 16. etiam contra pios, non est adeo, vt olim timendus, quia iam iudicatus est atq; damnatus ab eo qui victoriæ certus prædixit, nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius Ioan. 17. mundi escietur foras. Inuigilat itaq; gregi suo bonus pastor, nec sinet oves suas grautoribus rabidorum luporum incurfibus inuadi, quam quos possint euadere. Quas etiam, ita interpugnandum adiuuat, vt non modo contentæ sint, hostis manus euasissit, sed & illum oppressisse, & pro detrimento formidato ampliorempotestate coronam. Fidelis deus, inquit apostolus, qui nõ patietur vos ietari vltra id quod potestis, 1. Cor. 10. sed faciet cum tentatione prouentum: ex quo etiam manifestatur verum esse illud apostoli. Timetibus deum omnia cooperante in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti, his enim non modo recte facta, sed etiam delicta quodam modo profunt: quando dei auxilio prioribus a lapsibus erecti, cautiore ad piam vitam agendam redduntur, & penitentia quadam cordis excitati, vberiores proferunt iusticie fructus, non ergo vterius mihi opponas Moysen & Aaron David & Ezechiam vitos in generationibus suis iustos quidem, in quædam autem peccata prolapsos, nec Petrum nec reliquos apostolos qui propter christi crucem scandalum passi sunt, nec posteros quosdam iustos, quos grauibus nonnullis criminibus ad tempus implicatos accepimus, tanquam illi perierint, sed attendas diligenter oportet christum dominum nõ simpliciter dixisse, oves suas non perituras, sed id ipsum asseruisse appositò illo tempore, in æternum. Nam & si nonnunquam oves christi ad tempus pereant, quæ vel culpando interceptantur errore, aut infirmitate quadam carnis occupatæ lætali crimine tenentur, ac perinde pro eo tempore inter perditas oves habeantur, mortitq; læceant obnoxie, sed nullatenus peribunt in æternum, quia statim solliciti pastoris manu excitatæ respiscunt, adintræ veniam repetunt, suffultæ ad spiritualem vitam degendam alacriores resurgunt. Iustus ait, si ceciderit, non collidetur, quia dominus supponit manum suam, sicut enim manu ducuntur pueri, ita vt sponte ducem sequantur, & tamen ducentis cura seruantur, ne cadant, quod si quædo per se ceciderint, ab illo suscitantur, & eriguntur, sic & oves christi volentes sequuntur eum, & ab ipso tenentur, ne offendant: quod si quando libenter offenderint, aut aberrauerint, illico reuocantur ab illo, & in pristinam gratiam restituntur, & defenduntur diligenter, ne rapiat illas quisquam de manu pastoris optimi, sed tandem in dei amicitia decedentibus, det eis vitam æternam. Quid Iudas ille Iscariotes? nonne perpetuo perisit, nonne fuit selectus ouibus christi? qui cum alijs vndecim apostolis ad apostolatum fuerat electus, fuit plane miserimus ille quondam ouis christi, sed esse destitit, & e sublimi cecidit gradum. Iudas enim traducens dixit Iesus discipulis suis, nonne duodecim ego vos elegeri, & vnus vestrum diabolus est? Quis ergo eam ouem a reliquis separauit? Quis ab statu defecti: quis deniq; rapuit de manu pastoris? profecto nullus: neq; enim diabolus Iudam rapuit, sed seduxit, quoniam ipse Iudas avaricie malo infectus tentandi se locum diabolo dedit, seque pecuniarum auaritate perstrictus, seductus passus est: semel autem, atq; iterum seductus ipse se subtraxit christo. Ego inquit, Dominus apud Oseam prophetam, ego rapiam, & vadam, & tollam, & non est qui eruat, super quem locum, diuus Hieronymus, Nullus rapere potest de manu dei, potest autem is qui tenetur, propria voluntate de manu Dei excidere, ex quo apertissime constat, eos qui volunt cum christo manere, sic valide ab illo tenent, vt nec carnis improbitas, nec mundi vis, nec diaboli machinamenta, possint illos ab ipso separare.

1. Cor. 10. Rom. 8.

Ex iust. petro.

Psal. 36.

Ioan. 6.

Ose. 5.

Id quod proculdubio iam olim vniuerso orbi multis argumentis innotuit, compro-
 batumque fuit, nam quid obsecro fures & latrones intentati reliquerunt, vt oues Chri-
 sti surriperenti quid lupi, omnesque feræ siluarum non egerunt, vt eas raperent, dispa-
 rent, & strangularent: Verumtamen de manu pastoris huius nullam omnino ex ou-
 bus eius auferre potuerunt. Quare merito hic pastor validissimus dicitur David
 ab Ezechiele, ppheta in quo sic locutus est deus, Et suscitabo super oues meas pasto-
 rem vnum, qui pascet eas feruorum meum David, ipse pascet eas, & ipse eis in pastorem,
 conuenit & nominis interpretatio, David enim Hebræis, latinis est manu fortis, conue-
 nit & rerum ab illo gestarum præfiguratio, ille namque in custodiendo grege paterno,
 talia fecit opera quibus huius pastorum principis, optissimam figuram descripsit, Sed
 ex multis afferamus illud vnum, quod ille ad regem Saul enarrauit dicens, pasce-
 bat feruus tuus patris sui gregem, & ventebat leo vel viris tollebatque artem de me-
 dio gregis, & sequebar eos, & percutiebam eos, eruebamque de ore eorum, & illi con-
 surgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interfa-
 ciebamque eos, sic & Christus diabolum tyrannum in genus humanum ab aëro con-
 ditio salutem fortissimam insuperabilis potentie suæ manu affecutus, constructum te-
 nuit, comprehensumque suffocauit, ouesque suas de illius ore illesas eripuit. Ad hæc cur-
 ctos sibi aduersantes omniumque suarum persecutores, quales fuerunt primum Anas
 & Caiphas, quales scribæ & pharisæi, ceterique iudei sacerdotes, quales & postea tyran-
 ni gentium, superbi philosophi, hæretici quoque Arriant, Sabeliani, spurcissimusque
 Machometus, atque vniuersi hæresiarchæ eorumque sequaces, qui ad hanc vsque diem
 in hunc egregium insignemque pastorem cospitarunt, molientes agentesque satis, ne
 illi oues sue sequerentur, falsa opinione deceptas esse, castoque labore insudasse publici
 tus ostendit, eosdemque dolosi furti, fœdæque rapinæ arguens tanquam lupos quosda-
 dam violentos callidatque vulpes tartareis cathenis obstrictos tetro inferiorum carcere
 pœnitique sempiternis dānauit. Quid si non pauci ab orthodoxa fide per alia atque alia
 tēpora recesserunt? Vide obsecro, ne inde turberis, quibus verbis Ioannes euangelista
 ecclesiam christianam consoletur, dicens, Sicut audistis, quod Antichristus venit, nunc au-
 tem multi Antichristi facti sunt, vnde scimus quia nouissima hora est, ex nobis pro-
 dierunt, sed non erāt ex nobis nam si fuissent ex nobis permansissent vsque nobiscum,
 sed in misisti sunt quod non sunt ex nobis, quia licet vocati fuerint ad noi-ram fidem
 eamque susceperunt, minime eam sic coluerunt, vt eligerentur ad habendam nobiscum
 a Deo gratiam gloriæque perpetuam. Quinimo fidelium cœtus illorum casum nō
 debet inconsolabiliter lamentari, quia non multum inde detrimentum patitur, si quis-
 dem illis recedentibus alij substituuntur, quibus electorum numerus compleatur, di-
 pax christiana ab indignis repulsa ad dignos regreditur, & oratio ab impijs nō ad-
 missa in finem conuertitur piorum, sic demum fit, vt inconstantium coronas constan-
 tes accipiant, iuxta illud, Apocalypseos, Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam
 tuam. Quid vterius? si quidam eorum, qui putabant se esse dei oues, Christo non cre-
 diderunt, nunquid vt ait Apostolus, incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? absit.
 Est autem deus verax, omnis autem homo mendax sicut scriptum est, vt iustificeris
 in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Vincit sane deus iudicio, quando man-
 festatur, incredulos atque deploratos culpa sua perijisse, suos defectu non fuisse ex ou-
 bus crucifixi, quoniam nec verbis edocti, nec mirabilibus operibus excitati, cœlesti
 magistro credere voluerunt, hinc merito eiusmodi infideles talibus ipse Christus ex-
 postulat, Vos nō creditis, quia non estis ex ouibus meis. Id quod vobis accidit, quia
 terrenis inhæstis, & cœlestia negligitis, humana diuinis præponitis, & posthabitis spi-
 ritualibus atque sempiternis bonis, ad captandas temporarias carnis voluptates toto
 pastore semper incumbitis, hinc male affecti in deum, & in ea quæ dei sunt, euasistis
 imperuasiuiles, & animo sic obstinato, spiritui sancto resistitis, vt presentem pastore
 non

non agnoscat, vocantem non audiat, præcipientem non obediatis, allicientem con-
 remnatis, tantum abest vt præeuntem sequamini, vel ardua subeuntem comitemini,
 Quod si fecit bonus pastor quicquid eum facere oportebat, vt ad se illos traheret, se-
 cumque teneret, illi autem oblatam salutem reuerunt animo pertinaci contra tenderit,
 non est vtiq; pastoris boni culpa, quod illos non habet, sed eorum qui noluerunt
 ab illo teneri. Et reuera si dominus Iesus veluti tyrannus quidam illata vt ad care-
 rem & tormenta inuitos traheret, iure nostro si possemus vim inferenti, vel resiste-
 remus, vel reluctaremur, vel denique quereremur. At cum illum in caulas cœlestes
 nos agere molientem & ad pascua diuina gratis inuitantem impudenter asperne-
 mur, & contemptim auersemur, fugiamusque, ipso neglectu nostro tam impto quam
 ingrato probamus, nos ipsos illius beneficentia esse indignos, & amicitia cum eodē
 conciliandæ ineptissimos. Accedit ad hoc quod in manifestissimū testimoniū iustæ dama-
 nationis eorum qui talem pastorem vitæ beatæ authorem non sequuntur, ostendit li-
 berum esse omnibus mortalibus a se vocatis & adiutis ipsum sequi: ex eo scilicet, quod
 oues eius non alterius generis quam humani sese præsent illi ductiles, cur nō itidem
 & alij quos pares natura edidit, id ipsum præstiterint? Quare in suggillationem non
 obedientium fidei, merito addidit, Oues meæ vocem meam audient: nunquid non
 omnes astantes Iesum loquentem audiebant? audiebant quidem, sed de interiori au-
 ditu sermo fiebat, non de corporis auribus. Nam apud deum solus ille plene au-
 dit, qui diuinis oraculis credit, quia fides non tantum ab exteriori quantum ab inte-
 riore auditu cœcipitur & adolefcit. Solus ille audit qui fidei eius, quæ per dilectionem
 operatur, passibus ad deum tendit, ad pastoremque dei filium accedit. Omnis aut, qui
 audit a patre, & didicit, venit ad me. Venit autem non vt occidatur: sed vt credito sibi
 dei talento regnū cœlorū negotetur. Non vt sedeat apud se, sed vt cœlestem sequatur
 ducem, sequitur autem Christum, qui per vestigia graditur illius, quicquid ad eius exem-
 plum vitæ, vota sua, verba, factaque componit. Audiamus & nunc præcipuum illum
 christi vicarium talibus nos exhortantem, vt ad pastorem nostrum pro nobis crucifixi
 normam totam vitæ nostræ gratiōe referamus. Christus ait pro nobis passus est, vobis
 relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuen-
 tus est dolus in ore eius, qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur, non
 comminabatur, tradebat autem se iudicanti in iuste, qui peccata nostra ipse sustulit in
 corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iusticie viuamus. Eratis enim sicut oues
 errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem, & episcopum animarum nostrarū. Qui
 videlicet stantes protegit, auersos reuocat, cadentes erigit, reuertentes admittit, peni-
 tentes demum maioribus interdum honoribus afficit quam innocentes. Quam ob-
 rem non fuit alienum a bono pastore permittere discipulos suos (oues sibi dilectissi-
 mas) in statu morte sua scandalum pati, vt homines sese agnoscerent, nec sibi fiderent,
 sed deo, vt præmoneret casuros non tacere, sed resurgere: quia humanū esse cadere, sed
 diabolicū tacere. Voluit item illos dispergi, nō vt discedentes a se repelleret, sed vt reuer-
 tentes reciperet, receptoque doceret, quanta pietate oporteret, eos qui futuri erant eccle-
 siæ pastores & animarum episcopi proximos suos ab erratis resipiscentes, admittere,
 fouere, & honoribus augere. Denique hac discipulorum fuga docuit, quales ante cru-
 cem fuerūt Apostoli, & quales post crucem. Etiam qui neque cum Christo, dum cruci-
 figeretur, stare poterant, post mortem Christi, adamante fuerūt fortiores, tāta est domi-
 nicæ crucis virtus, vt ex imbecillis athletas faciat fortissimos.



Actum est paulo superius de

selectissima víctima, dicendum quoque de egregio altari, super quo ea fuit immolata. Exigebat enim sacrificium nouum, nouum altare. Noua hostia, Christi caro. Ara noua Domica crux, nouumque dei propiciatorium, & noua spiritalis recreationis mensa, noua quippe hostia fuit caro Christi, quia noua conceptione fuit procreata, iuxta illud Hieremias. Nouum creabit dominus super terram, foemina circumdabit vtrum, noua oblatione, dixit enim nouus ille homo, qui secundum deum creatus est, hic calix nouum testamentum est in meo sanguine: & Paulus, habemus fiduciam in introitum sanctorum in sanguine Christi, qui inticauit nobis viam nouam & viuentem per velamen, hoc est, per carnem suam, nouum autem erexit altare. Erat enim olim crux patibulum execratis, & ignominiae exemplum, in nouatum est in remedium deo consecrandis, atque in gloria emolumentum. Denique mortis instrumentum noua & mirabili ratione in vitae remedium est immutatum. Vide altam nouitatem, sub veteri quippe testamento altarium sanctificabat munera, & hostias quae supra ipsum ponebantur, auctor enim est Christus apud Matthaeum, qui sacerdotum auariciam taxans his illos urgebat, stulti & caeci, vtrum enim manus est donum an altare, quod sanctificat donum? At Christus aram in qua immolatus est, id est, crucem suam ipse sanctificauit, & adorabilem fecit, ac subinde apud nos, altarium a donis magis sacratur. Panes enim in dominicum corpus diuina gratia conuertuntur, ideo & sanctificatur ab eis altare, ab eo enim quod in primis sanctum est posteriora sanctificantur. Quod autem natum est ex virgine, sanctum absolute ab angelo pronuntiatum est, vt insinuaret illius sanctitudinis communionem oportere sacrari, quaeque indigent sanctitate. Adest & nouum propiciatorium, licet antiquitus praesignatum. Quid nouius, quam supplicio filij, patris alias offensum placari? Quid magis, praeter spem, quam filij vnice dilecti morte intercedere, per eius patrem mortuis vitam refundere? Quae maior propiciatio excogitari potest, quam ea quae in hoc nouo propiciatorio gesta est? Denique in hoc propiciatorio (o homo) propiciatus est omnibus iniquitatibus tuis misericordissimus ille deus, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu animam tuam, porro nouissimi huius propiciatorii fuit aptissima ymbra, illud vetus quod legislatori dominus iussit aedificare ex auro mundissimo, nihil enim est in cruce dominus, quod non sit auro pretiosius, aurique splendore fulgentius, nihilque quod non sit purius auro, quod per ignem probatur quandoquidem omnem praecipue quantuis magni summam Christi caro longe superat, cunctisque humanisque gloriae splendorem dominicae crucis gloria perstringit, vniuersam demum quorumlibet mundicordium mundiciem sancti sanctorum puritas antecellit. Idcirco nihil est tam vile, tam sordidum, nihil tam obscurum, nihil demum tam impurum, quod per hoc propiciatorium non reddatur pretiosum, gloriosum atque purissimum. Ad haec si altare ideo sursum tollitur, vt non modo a proximis, sed etiam a remotis aspiciatur, quicquid super illud offertur, rectissime hac quoque ratione Crux dicitur altare, quia in altum erecta est, vt in ea pendens ille, qui nouam salutem annuntiavit his qui prope, & his qui longe erant, ab omnibus mortalibus prospici possent, ac perinde quisquis fuerit ab ignitis serpentibus tactus illum aspiciens a morte seruetur. Quia sicut Moses exaltavit serpentem in deserto, sic exaltari oportuit filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam. Nec adest ab hoc mysterio, quod ille Patriarcha Iacob post illam mirabilem visionem scalae a terra ad caelum vsque porrectae, post acceptum diuinum oraculum surgens mane tollensque lapidem, quem supposuerat capiti suo, erexit in titulum, effundens oleum desuper. Surrexit itaque Iacob mane, mane inquit, astabo tibi, & videbo, mane quidem est, quod dicitur Psal. 5. que tempus, in quo sopitis humanis curis homo videt Dominum inmixtum scae lae, & angelos doctoresque veritatis ascendentes & descendentes super eum, modo illius diuinitatem, modo eiusdem humanitatem, susque de que praedicantes. Quod autem lapidem accepit, Christum manifeste expressit. De quo Paulus: petra autem erat Christus, hunc Denique lapidem dormiturus supposuerat capiti suo, quia mens humana supra Christi fundamentum, & cum ipso simul dormit & requiescit. Venite (ait) ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, & Mat. 11. inuenietis requiem animabus vestris. Super petram igitur Christum secure dormitur, quia super eum tutissime quiescitur: nam quod lapidem erexit in titulum, portendit aperte conspicuum esse super crucis aram dominum crucifixum, & vnde extare insigne passionis illius monumentum. Effundit autem desuper oleum, quoniam oleo spiritalis lactitiae sacerdos noster atque Rex participatibus suis, a domino deo suo vnctus est, vnde & Messias Hebraice, Graece Christus, Latine vnctus dicitur. Mire autem crucis ara congruit huic sacrificio, quod finis fuit & perfectio legalium sacrificiorum, si quidem ipsi quoque Hebraei tradunt veterem sacerdotem in offerendis primitiis figurasse crucem. Cum enim primitiarum cartallum manibus accepisset primum sustulit in caelum, deinde terram versus deferebat, tertio protendebat antrosum, vltimo referebat retrorsum. His itaque quatuor variis modis crucem effigabat, quia primitias offerendo, verum sacrificium adumbrabat, quod foret simul & praeteritorum finis, & futurorum initium, atque vtrorumque complementum, necnon quatuor mundani orbis partes sacraret, vera pietate replet, cunctosque pios, spiritalibus escis, solidisque delictis expleret. Crux enim Christi carne eius, quae ante passionem eius videbatur non apta, post apta fecit. Si enim non fuisset crucifixus, sacrificium corporis eius non comederemus quod modo in memoria eius facimus, id quod offerri optauit dominus, non in templo ne Iudaei sibi illud vendicarent, sed in meditullio totius orbis. Sicut ait Psal. 73. Deus noster ante saecula operatus est salutem in medio terrae, vt omnibus esset expositum, quod pro omnibus offerebatur. Ad haec ne vltius pietas mentes costringeret lex illa, qua cauebatur, nulli terribi terrarum, praeterquam Hierosolymis domino sacrificata, extra portam passus est, vt ostenderet iam vbi que gentium sacrificium iustitiae fore deo acceptum, hoc enim futurum, multo ante per Malachiam prophetam Malac. 1 sic aperte praedixit, vt nemo nisi ceruicofolus quisquam, id possit diffiteri. Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra, ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo, oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus dicit dominus exercituum. Hoc esse prorsus adimpletum, respiciendo docet, siquidem toto terrarum orbe Euangelium praedicatum, creditum, susceptumque est, & mundissima Eucharistiae hostia super altario domini vbi que frequens celebratur. Nam quae Esaias de Aegypto tanquam de vno quodam loco vaticinatus est, generaliter intelligi potest. In die illa erit altare domini in medio terrae Aegypti, quoniam per hoc vnum altare crucis, cuncta possidemus altaria, quae vbi que gentium Christo erecta sunt, ita enim vnum altare dicitur, quomodo vna fides, & vnum baptismus, & vna ecclesia; quia licet haec in partes diuisa videntur, in vna tamen ratione conueniunt, siquidem ab vniuersis simili fide Christo creditur, eadem ratione baptismus perficitur, & in vnam ecclesiam catholicam ab omnibus conuenitur, sic & vnum altare Aegypti, id est huius mundi dicitur, vt cuncta altaria, quae contra ecclesiam eriguntur altare, sciamus esse non domini. Pulchre autem additur & titulus iuxta terminum eiusdem domini. Hic est titulus domini continens passionem, in quo scriptum est, Hebraicis, Graecis & Latinis. Iesus Nazarenus, Ioh. 20. Rex Iudaeorum, & erit in signum nempe dominicae crucis: nullum enim altare Christianis sine tali caractere dedicatur & erit in testimonium domino in omnes gentes: quae

xit itaque Iacob mane, mane inquit, astabo tibi, & videbo, mane quidem est, quod dicitur Psal. 5. que tempus, in quo sopitis humanis curis homo videt Dominum inmixtum scae lae, & angelos doctoresque veritatis ascendentes & descendentes super eum, modo illius diuinitatem, modo eiusdem humanitatem, susque de que praedicantes. Quod autem lapidem accepit, Christum manifeste expressit. De quo Paulus: petra autem erat Christus, hunc Denique lapidem dormiturus supposuerat capiti suo, quia mens humana supra Christi fundamentum, & cum ipso simul dormit & requiescit. Venite (ait) ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, & Mat. 11. inuenietis requiem animabus vestris. Super petram igitur Christum secure dormitur, quia super eum tutissime quiescitur: nam quod lapidem erexit in titulum, portendit aperte conspicuum esse super crucis aram dominum crucifixum, & vnde extare insigne passionis illius monumentum. Effundit autem desuper oleum, quoniam oleo spiritalis lactitiae sacerdos noster atque Rex participatibus suis, a domino deo suo vnctus est, vnde & Messias Hebraice, Graece Christus, Latine vnctus dicitur. Mire autem crucis ara congruit huic sacrificio, quod finis fuit & perfectio legalium sacrificiorum, si quidem ipsi quoque Hebraei tradunt veterem sacerdotem in offerendis primitiis figurasse crucem. Cum enim primitiarum cartallum manibus accepisset primum sustulit in caelum, deinde terram versus deferebat, tertio protendebat antrosum, vltimo referebat retrorsum. His itaque quatuor variis modis crucem effigabat, quia primitias offerendo, verum sacrificium adumbrabat, quod foret simul & praeteritorum finis, & futurorum initium, atque vtrorumque complementum, necnon quatuor mundani orbis partes sacraret, vera pietate replet, cunctosque pios, spiritalibus escis, solidisque delictis expleret. Crux enim Christi carne eius, quae ante passionem eius videbatur non apta, post apta fecit. Si enim non fuisset crucifixus, sacrificium corporis eius non comederemus quod modo in memoria eius facimus, id quod offerri optauit dominus, non in templo ne Iudaei sibi illud vendicarent, sed in meditullio totius orbis. Sicut ait Psal. 73. Deus noster ante saecula operatus est salutem in medio terrae, vt omnibus esset expositum, quod pro omnibus offerebatur. Ad haec ne vltius pietas mentes costringeret lex illa, qua cauebatur, nulli terribi terrarum, praeterquam Hierosolymis domino sacrificata, extra portam passus est, vt ostenderet iam vbi que gentium sacrificium iustitiae fore deo acceptum, hoc enim futurum, multo ante per Malachiam prophetam Malac. 1 sic aperte praedixit, vt nemo nisi ceruicofolus quisquam, id possit diffiteri. Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra, ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo, oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gentibus dicit dominus exercituum. Hoc esse prorsus adimpletum, respiciendo docet, siquidem toto terrarum orbe Euangelium praedicatum, creditum, susceptumque est, & mundissima Eucharistiae hostia super altario domini vbi que frequens celebratur. Nam quae Esaias de Aegypto tanquam de vno quodam loco vaticinatus est, generaliter intelligi potest. In die illa erit altare domini in medio terrae Aegypti, quoniam per hoc vnum altare crucis, cuncta possidemus altaria, quae vbi que gentium Christo erecta sunt, ita enim vnum altare dicitur, quomodo vna fides, & vnum baptismus, & vna ecclesia; quia licet haec in partes diuisa videntur, in vna tamen ratione conueniunt, siquidem ab vniuersis simili fide Christo creditur, eadem ratione baptismus perficitur, & in vnam ecclesiam catholicam ab omnibus conuenitur, sic & vnum altare Aegypti, id est huius mundi dicitur, vt cuncta altaria, quae contra ecclesiam eriguntur altare, sciamus esse non domini. Pulchre autem additur & titulus iuxta terminum eiusdem domini. Hic est titulus domini continens passionem, in quo scriptum est, Hebraicis, Graecis & Latinis. Iesus Nazarenus, Ioh. 20. Rex Iudaeorum, & erit in signum nempe dominicae crucis: nullum enim altare Christianis sine tali caractere dedicatur & erit in testimonium domino in omnes gentes: quae

nunc Aegyptus appellantur, vt eos qui crediderint seruet, & incredulos damnet. Hic est ille titulus de quo Simeon ille iustus ad beatam Mariam dixit, Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur. Quod vero sequitur & cognoscent Aegypti dominum in die illa, & colent eum in hostiis & muneribus, manifestissime Iudaeorum pertinaciam percussit, quos in haec verba Hieronymus urget. Respondeant Iudaei: lege praecipitum est, vt altare non fiat nisi in loco vno, quem elegerit dominus deus, & hostiae tantum a sacerdotibus Leuitici generis immolentur. Ecce Esaias aperte docet, quod Aegypti cognoscent dominum, & colant eum, & hostias & munera offerant, & vota voueant, atque persoluant, si Aegypti sacerdotum habent impletur & in illis Pauli testimonium, dicentis, Translato sacerdote necesse est, vt legis translatio fiat. Denique Ezechiel propheta in illo mystico templo tali schemate hoc nouum altare descripsit, vt in eius figuracione summi nouissimi que sacrificij ratio penitus complecteretur. Altaris, autem, ligni trinum cubitorum altitudo est & longitudo eius duorum cubitorum, & anguli & parietes eius ligni: & haec est mensa coram domino. Sane altare lignum dominicae crucis congruenter intelligitur, quae sacramentum passionis Christi continet, siquidem huius memoriale est corporis & sanguinis sacramentum. Altitudo autem trium cubitorum insinuat aptissime tres illas substantias, corpus videlicet Christi, animam ipsius, atque diuinitatem, quae omnes in Eucharistiae arcano contentae latent. Nam longitudo duorum cubitorum conuenienter indicat illas duas panis & vini species sub quibus tantum hoc maximum sacramentum conficitur. Iam vero anguli, qui alij sunt intelligendi, quam Apostoli, caeterique omnes fidei Christianae proceres, qui fortiter horrendos cruciatus sustinerunt vitamque libenter expendunt, vt occultissimam huius tanti mysterij veritatem dictis assererent, sanguine fulcirent. Ab his tandem anguli ex utroque populo surgunt duo spirituales parietes, asseribus, id est, singulis fidelibus, clauis crucis inter se commissis, qui mirabiliter in supremo anguli capite coagmentantur. Et quidem congruentissime haec omnia traduntur esse lignea: quoniam totum altaris Christiani sacramentum de vitali crucis ligno constat, quod summa quaedam sit completissima sacratissima victimae illius, qui pro toto mundo sanctificando semetipsum in ligneo patibulo sacrificauit. Conuenienter autem addidit, & haec est mensa coram domino: nam cum hanc vitam mensam domini conspectu dignam designate profiteretur, manifeste cunctas alias, sive Gentilicae superstitionis, sive Iudaicae cultus mensas ab illius aspectu alienas esse decernit, & id quidem optimo iure, quoniam Ethnicorum mensa, in qua demonibus hostiae mactabantur, nunquam fuit coram domino, quia semper illi displicuit. Haebraicae autem cultus mensam olim institutam potius, vt carnalis populus in vera religione contineretur, quam quod deo placeret, iam repulsam esse constat, id quod. Cum alias frequenter, tum per Esaiam dominus ipse contestatur. Quo mihi multitudinem vestrarum victimarum, dicit dominus: plenus sum, holocausta arictum, & ad spem pinguis, & sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui, cum ventretis ante conspectum meum, quis questus de manibus vestris haec, vt ambularetis in atrijs meis. Ne offeratis vltra sacrificium frustra. Quid ergo sacrificandum? immola deo sacrificium laudis, sacrificium vesperatum, sacrificium deo patri acceptissimum, quod in supremae nocte coenae summus verusque sacerdos Christus diuinitus instituit, discipulisque suis sacratum porrexit, & in posterum sacrandum commisit. Dicens eis, hoc facite in meam commemorationem. Denique mensae in qua antiquitus panes calidi proponebantur, rite succedit Eucharistiae mensa, in qua panis diuinitus Eucharistiae in ara crucis summe charitatis igne torridus Christianis spiritualiter alendis proponitur. Et mystice vetus ille panis duas facies habuisse traditur, quia hunc panem praefigurabat qui in vna persona duas habiturus esset naturas. Et sicut solis sacerdotibus legis veteris licebat illos

panes supra mensam proponere, sic & solis nouae legis sacerdotibus licet conficere & Eucharistiam consecrare, & super altaris mensam proponere: & sicut tunc solis sacerdotibus cum filijs suis masculis nondum consecratis illis panibus vesci licebat, sic & nunc soli sacerdotes cum filijs eorum quos genuerunt in baptismo possunt hunc panem sacratissimum comedere. Filios voco ecclesiae tam mares, quam foeminas, qui masculam habent fidei virtutem, quia in Christo Iesu non est mas neque foemina: sed fides quae per dilectionem operatur. Haec quisquis praeditus sacratissimo Eucharistiae panem modo impugnet sed piensissime quoque & commodissime vesci potest. Denique mensa Christi mensa, crucis est, qua paut dominus in conspectu omnium nostrum, aduersus eos qui tribulant nos. Nam si ad illam digno accesserimus, discedimus inde diuini panis robore firmati, & signo crucis insigniti, vt leones flammam inspirantes effecti terribiles diabolo. Agnoscunt enim daemones in hoc passionis Christi monimento crucis vim, per quam olim victi prostrati sunt. Ad haec additur nobis ex panis vite vsus interior quod dicitur: qua Christi crucem portantes, sumus idonei ad offerendum deo sacrificium spiritus contribulati in corde nostro humilitato tanquam in propiciatorio quod dicitur deo gratissimum,

Caput. xviii.

Quod ipse Christus fuerit sacerdos & hostia, crucis in ara deo dicata.



Iure autem nostro tractabimus

hic mirabilis huius summi que sacrificij ratio, sanctitatemque id quod fiet commodius, si prius generalem sacrificij definitionem prescriperimus. Est igitur sacrificium, oblatio deo sacra: profunde verum sacrificium est, authore Augustino, omne opus quod agit, vt sancta societate in heremus deo, relatam scilicet ad illum sine boni, quo veraciter beati esse possumus: quicquid igitur offerat homini deo, vel tanquam summo rerum principi, maximoque honori: vel tanquam orbis conditori atque gubernatori: vel demum naturae ratione vigetis seruatori, nec non reparatori, vera propriaque sacrificij ratione fortitur, sive illud sacrificet, vt homo in die amicitia ab eo sibi gratis praesita, diuina custodia fultus semper maneat, sive vt amissam domino piam per hostiam placato, recuperet. Nam quis priusquam homo peccasset, iure poterat deo sacrum facere, aut illius maiestatem agnoscere, aut pro cunctis bonis & naturalibus & spiritualibus a creatione sibi collatis gratias agens, nihilo tamen minus ratio sacrificij conuenit rebus illis quas illi dedicat, vt offensum sibi placet, auersum ad se conuertat, iratumque sibi reconciliet, quoniam non minoris operis aut beneficii esse videtur, perditum reparasse, quam constituisse integrum. Imo maioris gratiae censetur esse, reconciliasse, quam conciliasse: & post longas inimicitias ad pristinum innoceatiam gradum extulisse. Nonne haec vna vel maxima ratio fuit huius sacrificij celebrandi, reconciliasse deo, atque reparasse genus humanum? hinc illud. Venit filius hominis saluare quod perierat. De quo & Paulus. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in Christo Iesu, quem proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius. Propiciatorem dixit Iesum, eo quod fuit author hostiae propiciabilis, & ad placandum diuinum numen aptissima, & Ioanes significatus expressit. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris, id est propiciabile sacrificium, quia nobis patrem reddidit pacis placidum fauentemque. Denique idem Christus est propiciator & propiciatio, quia idem est sacerdos & hostia. Ac perinde quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio, Cui offeratur, a quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur: proculdubio haec omnia in Christi sacrificio plenissime continentur. Nam is cui offerretur, deus est, is autem qui offert homo est, quod offerretur humanitas est, pro quibus offertur, homines sunt, Cui

modissime autem hæc omnia breuissimo verborum compedio complexus est Apo-
 stolus in Epistola ad Ephesios, Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam
 Ephe. 5. deo in odorem suauitatis, Et quidem recte deo sacræ fecit, qui optime vouerat nefas
 esse alij quam deo vero sacrificare. Id quod & lege cantum est, & ratio docet, & sensu
 communi constat. Legis enim est illa cõminatio, sacrificans dijs eradicabitur, nisi solum
 Exod. 22. domino. Deinde si sacrificium est quoddam testimonium, quo profitemur eum cui
 offertur, optimum esse maximumque rerum omnium principem, quiq; solus rite se
 colentibus summum bonum elargiri possit, nec non ab eisdem auertere malum ex-
 tremum: soli deo sacrificare licet, quia præcipuus cunctorum est auctor honorum, &
 solus omnium desiderandorum finis. Idem denique communis mortalium confes-
 sus prædicat. Nam ut ait Augustinus, Cum plura sint, quæ pertinent ad religionis ob-
 sequium, sacrificium certe, nullus hominum est, qui audeat dicere deberi nisi deo so-
 li. Multa deniq; de cultu diuino usurpata sunt, quæ honoribus deferuntur humanis,
 siue humilitate nimia, siue adulatione pestifera, ita tñ, ut quibus ea deferuntur, ho-
 mines haberentur, qui dicuntur colendi, & venerandi, si autem eis multum additur,
 adorandi. Quis autem sacrificandum censuit, nisi ei, quem deum aut scituit, aut pu-
 tauit, aut finxit? Quam porro antiquus sit in sacrificando dei cultus, duo illi fratres
 Cain & Abel satis indicant, quorum maioris deus reprobauit officium, minoris aspe-
 xit. Ad hæc cum debita sacrificiorum officia in verum vnicũq; deum referimus,
 tunc nobis fauent, nobisq; congruunt, atq; ad hoc ipsum nos pro illis virtutibus adu-
 uant angelis quicq; virtutesq; superiores, & ipsa bonitate ac pietate præstantiores. Si
 autem illis hæc exhibere voluerimus, non libenter accipiunt, & cum ad homines ita
 mittuntur, ut eorum præsentia sentiantur, apertissime vetant. Sunt de his exempla in
 Apoc. 19. literis sanctis. Putauerunt quidam deferendum angelis honorem, vel adorand-
 do, vel sacrificandum, qui debetur Deo, & eorum sunt admonitione prohibiti,
 iustiq; sunt hæc deferre, cui vni fas esse nouerunt. Imitatq; sunt angelos sanctos etiam
 Act. 14. sancti homines dei. Nam Paulus & Barnabas in Lyconia facti quodam miraculo
 sanitatis, putati sunt dijs, eisq; Lacaonijs immolare victimas noluerunt, quod a se
 humiliter pietate remouentes eis, in quem crederent, annuntiauerunt deum. Sed nec
 ob aliud fallaces demones superbe sibi hoc exigunt, nisi quia vero deo deberi sciunt.
 Non enim reuera, ut ait Porphyrius, & nonnulli putant, cadaverinis nidoribus, sed
 diuinis honoribus gaudent, copiam vero nidorum magnam habent vndiq; & si
 amplius vellent ipsi sibi poterant exhibere. Qui ergo diuinitatem sibi arrogant, spi-
 ritus, non cuiuslibet corporis fumo, sed supplicantis animo delectantur: cui dece-
 pto subiectoque dominantur, intercludentes iter ad deum verum: ne sit homo illius
 sacrificium, dum sacrificatur eiuspiam præter illũ. Vnde verus ille mediator effectus
 dei & hominum Christus Iesus, cum in forma dei sacrificium cum patre sumat,
 cum quo & vnus deus est, tamen in forma seruus sacrificium maluit esse, quam sumere,
 ne vel hac occasione quispiam existimaret, cuiuslibet sacrificandum esse creaturæ. Per
 hoc & sacerdos esse maluit. Omnis enim Pontifex, ut diuinus ait Paulus, ex homi-
 nibus assumptus pro hominibus constituitur in ijs, quæ ad deum sunt, ut offerat deo
 Heb. 5. dona & sacrificia pro peccatis. Et cui vnquam hæc veri sacerdotis proprietates eque cõ-
 uenire possunt, ac Christus? Is enim in sacerdotem ex hominibus assumptus est, id quod
 ut tenacius audientium mentibus imprimeretur, identidem sese filium hominis di-
 citabat. Instabat enim se filium esse Adæ, ut com modum ageret sacerdotem atq;
 propitiatorem apud offensum deum pro expiando illius peccato, scilicet, ut vnde
 piaculum emanarat, inde quocq; expiator accederet. At nequis putet Iesum improbe
 arrogasse sibi sacerdotium, a deo Pontifex est effectus, sicut cuiuslibet legitimus sacer-
 Heb. 5. dos, a deo pro hominibus constitutus, nec ut ait Paulus, quispiam sibi sumit hono-
 re, quod esset intolerandæ ambitionis & sacrilegio plenum, sed qui vocatur a deo,
 vt Aaron

vt Aaron, quod est diuine dignationis, & humane felicitatis. Aaron enim in principi-
 pio per Moysen a deo accitus sacerdotii munere hocungebat, nec ipse prior est illud
 aggressus. Quin etiam cum & virga resloruit, innotuit plane diuinitus illum esse ele-
 ctum, & eos propterea fuisse ab igne absumptos, qui sacerdotium per se inuasit-
 sent. Sic & Christus, in quo fuit summa modestia non semetipsum clarificauit, vt
 pontifex fieret; sed qui locutus est ad eum, filius meus es tu: ego hodie genui te. Psal. 21
 Quemadmodum & in alto loco dicit. Tu es sacerdos in æternum secundum ordi-
 nem Melchisedech. Ergo quod Christus vbique discitabat, quia a patre scilicet sum
 Ioan. 8. missus, & a me ipso non veni. Id ipsum nunc confirmat Apostolus; a deo inquit illũ
 esse dimissum, nec gloriam sibi ex se, quatenus homo est, sibi cõsciusse, sed patrem
 qui esset ad eum locutus, & filium esse suum eum dixisset, eundem clarum fecisse, &
 cum præter vaticinium propheticum semel in baptismo, & iterum in transfiguratio-
 ne, illum cæteris præferendo cum hominibus, tum angelis dixit, hic est filius meus
 Matt. 3. dilectus in quo mihi bene cõplacuit; & cum ipsum sacerdoti insignibus decorauit,
 & 15. dicens ei, tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, Sacerdos autẽ
 Christus est, non secundũ quod natus est a patre deus apud deum coeternus gignen-
 ti, sed propter carnẽ assumptã, & propter victimam quã pro nobis obtulit. Verum
 quem alium præter Christum adferre possunt Iudæi qui sit ex Melchisedech institu-
 to pontifex factus: nonne erant sub lege omnes: nonne & vniuersi sabbata obser-
 uabant, offerebantq; sacrificia: apertissime itaq; de Christo id dictum esse cõstat. Hic
 enim & solus, Melchisedech illius in morẽ pane & vno sacrificabat. Verũ quo pacto
 in æternũ hic dixit: nepe quia Christi sacerdotium non est temporarium, sicut illud Aa-
 ron, Sed durat perpetuo, donec sanctificatos introducat in vitam æternam. Existit er-
 go missus a deo magnus sacerdos, vt pro hominibus constitueret, in his quæ ad deũ
 sunt. Nempe omnes homines peccato erãt obnoxij, omnes immũdi, omnes mortis
 rei, omnes ingrati, nullus eorum erat liber ad offerendũ pro peccatoribus oblationẽ
 propiciabilem, nullus purus ad faciendũ sacrum piaculum, quo expiarentur impuri,
 nullus idoneus ad sacrificandum hostiam, qua mortales eriperentur a mortis timo-
 re, nullus denique dignus cuius victima acceptaretur a deo pro gratificandis indig-
 nis. Propterea aut perpetuo cunctis mortalibus pereundum erat, aut gratia dei
 pro illis instituendus erat sacerdos quidam talis, qui liber esset a peccato, vt pec-
 catoribus veniam impetraret, mundus, vt immundis purgationem afferret: inter
 mortuos liber, vt mortuos viuificaret, deo acceptissimus, vt exosos amabiles deo
 redderet. Talem pro nobis se gessit sacerdotem apud patrem filius, legitimus quia
 dem sacerdos, quia peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius: iustusque
 sacrificans pro iniustis, vt nos iustificaret, sicut ipse dixit ad patrem. Pater sanctissime
 Ioan. 17. ca eos in veritate tua, sermo tuus veritas est, sicut me misisti in mundum, & pro eis e-
 go sanctifico me ipsum, vt & ipsi sint sanctificati in veritate. Semper & idem vi-
 uens ad interpellandum pro nobis, hinc Iohannes eus qui in peccatum lapsi fue-
 rint, ne veniam desperent, admonet dicens. Filii hęc scribo vobis, vt non peccetis. Ioan. 2.
 cetis: sed & si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Christũ ius-
 tum, & ipse est propiciatior pro peccatis nr̄is, non pro nostris autem tantum, sed etiã
 pro totius mundi. Denique vt ait Paulus, talis enim decebat vt nobis esset Ponti-
 Heb. 7. fex, sanctus, innocens, non pollutus, sequegatus a peccatoribus, & excellentior cœ-
 lis factus. Qui non habet cotidie necessitatem quemadmodum sacerdotes, prius
 pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo, hoc enim fecit semel se ipsum offerẽdo
 dn̄s nr̄ Iesus Christus. Quid ais diuinitissime Paule? At: quod sum? hic sacerdos, se ipsum
 hostiã deo acceptissimã obtulit, & sacrificiũ nouũ atq; oibus inopinatũ, idẽ Christus
 est hostia & sacerdos, ipse sui immolator q ipse sanctus pro nobis se ipsum sanctificat. Ex Chry-
 Pascha nostrum nobis immolatus est Christus, ipse sacrificiũ & sacerdos, sacrificiũ solum.

secundum carnem, sacerdos secundum spiritum sanctitatis ipse & offerebat & offerebat, offerebat, secundum spiritum, offerebatur, secundum carnem. Audi quemadmodum Paulus utrunque monstravit, Omnis autem Pontifex ad offerenda munera, & hostias constituitur. Unde necesse est, & hunc habere aliquid quod offerat, vide sacramentum. Ecce ipse se offert: & alibi ait, quod Christus semel oblatum multorum abstulit peccata. Ecce hic oblatum est, ubi se obtulit. Vides quemadmodum ipsemet sacrificium fuit & sacerdos, sed cur nihil aliud quam semetipsum obtulit? Nimirum quia nihil mundum inuenit in hominibus, quod offerret pro hominibus, se ipsum obtulit mundam victimam, hostiam immaculatam, O felix victima, o vera victima, hostia immaculata, non enim hoc obtulit, quod nos illi dedimus, imo hoc obtulit, quod a nobis accepit, & mundum obtulit. Carnem enim a nobis accepit, hanc obtulit. Sed unde illam accepit de vero virginis Mariae, ut mundam offerret pro immundis: inde assumpsit primitias humanæ naturæ, quas offerebat pro tota natura. Quis ergo, ut idem ait Augustinus, tam iustus & sanctus sacerdos, quam vnicus filius dei, qui non opus haberet per sacrificium sua purgare peccata, nec originalia, nec ex humana vita que addunt? Et quid tam congruenter ab hominibus sumeretur quod pro eis offerretur, quam humana caro? & quid tam aptum huic immolationi, quam caro mortalis: & quid tam mundum pro mundandis victimis mortalium, quam sine vlla contagione carnalis concupiscentiæ nata caro in utero, & ex utero virginali. Et quid tam grante offerri & suscipi, possit, quam caro sacrificij nostri corpus effectum sacerdotis nostrum: quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio, cui offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, & a quo offeratur, idem ipse vnus verusque mediator, per sacrificium pacis reconcilians nos deo, vnus cum illo maneret, cui offerebat, vni in se faceret pro quibus offerebat, vnus ipse esset qui offerebat, & quod offerebat.

Caput. xix.

Quod quislibet Christianus potest in ara cordis sui deo spirituales hostias offerre.



Hic sane ratione simul cunctis

Christianis adest facultas, ut sacerdotes agant, non ordinis gradu & officio (hoc enim tantum est illorum, qui ritu ecclesiastico ad peragenda sacra consecrantur quibus solis sacerdotis nomen, atque ratio proprie conuenit) sed pietatis voto & spiritus sanctitate. Hoc enim similitudinarum sacerdotum genus omnibus his congruenter accommodat, qui ad diuinum cultum animi propensum obtinere: sicut ad illos Petrus summus pro Christo Pontifex inquit, ad quem, nempe Christum, accedentes & ipsi tanquam lapides viui superedificamini domus spirituales in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias acceptabiles deo per Iesum Christum. Spirituales profecto hostias vocat non tantum ab spiritu increato, cui soli iure sacrificatur, sed ab spiritu quoque creato, qui pietatis virtute predestinatus per eam mentis victimam honorificatque hostias deo immolat, vel intra mentis sui elicitas, atque contentas, vel in exteriora opera voluntatis imperio porrectas. Ab interiore enim, & spirituali victima sacrificium exterius reddit spirituale gratumque deo: a ratione qua quislibet effectus causam suam sapit, & ab ea formam modumque accipit. Unde constat, ut ait Augustinus, quod & ipse homo dei nominis consecratus, & deo deuotus, in quantum mundo moritur, ut deo viuatur, sacrificium est. Nam & hoc ad misericordiam pertinet quam quisque in se ipsum facit: propterea scriptum est, Miserere anime tue placens deo, Corpus etiam nunc cum per teperantiam castigamur, si hoc quemadmodum debemus propter deum facimus: ut non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ deo, sacrificium est. Ad quod exhortatur Apulus Rom. 12, ait, Obsecro itaque vos fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam,

sanctam, deo placentem rationabile obsequium vestrum. Si ergo corpus quo inferiorum tanquam famulo vel tanquam instrumeto vitur anima, cum eius bonus & rectus usus ad deum refertur, sacrificium est, quanto magis anima ipsa, cum se refert ad deum, ut igne amoris eius accensa formam concupiscentiæ secularis amittat, etque tanquam incommutabili formam subdita reformetur hinc et placens, quod ex eius pulchritudine acciperit fit sacrificium? Quod idem apostolus consequenter adiungit. Nolite, inquit, conformari huic seculo, sed conformamini in nouitate sensus vestri ad probandum quæ sit voluntas dei, quod bonum & beneplacitum & perfectum. Voluntas quippe dei nobis probata, expertaque est, qua vult ut illi soli et a quam summo bono adhæreamus, ut in illi tota mente per primum quendam & humile affectum, fide, spe, atque charitate suffultum, tēdamus ascendamusque, ut sacrificemus sacrificium laudis, quod bonum est coram deo, sacrificium iustitiæ, quod est et beneplacitum: hostiam pacis mentis in odorē suauitatis domino, quod est sacrificium perfectum. Imprimis ergo sacrificium laudis est agendum, quia illud a nobis exigit dicens, Sacrificium laudis honorificabit me. Sacrificium laudis est, quo dei maiestas commemoratur, quo creatoris beneficentia honoratur, & quo redemptoris gratia glorificatur. Propterea in supremo mentis vertice tanquam in excelso quodam altari mandanda est infidelitas, que spiritum sancto omnifariam resistit, mandanda hæresis que eodem ex parte derogat, mandanda quoque superstitio, que pro vera religione falsam suggerit. Quoniam his aeris volucibus, que semen quod est verbum dei supra contentum cordis duriciem illapsam statim comedunt, fidei gladio mactatis, incipit iustus illico viuere ea fide, que per dilectionem operatur, ac perinde de sacerdos quædam spiritualis effectus, offert deo veritatis hostiam, dum penitens & euangelio credens captiuat intellectum in obsequium Christi. Offert & puram, ubi exclusis humanarum cogitationum nebulis, mundo corde diuina meditatur contemplaturque, fide enim purificantur corda, ut sint altaria spiritualibus hostiis excipiendis apta. Testatur & hoc Paulus, ubi asserit deum genitum corda fide purificasse. Porro ex fide concipit illa certam spem bonorum æternorum, per quam desperatione sordida abiectaque belluam iungat, offertque deo hostiam sanctam, stabile scilicet futuræ felicitatis expectationem, qua animo penitus concepta, bonorum temporalium appetitum a deo profusus enecat ut absque superflua illorum sollicitudine, æternis acquirendis atque possidendis totus inhiat expectans, iuxta Paul. beatam spem aduenit magni dei. Excisus autem incredulitate ac diffidentia duabus squissimis feris, concipiens est ut mactetur deo necnon proximi odium, portentum horredum, ingens, quod suauissimi munitur: charitatis odorē maxime suppressit, ut diuini amor in aram nostram peccatoris incensus eo igne, quem venit dominus mittere in terram, charitatis consumet holocaustum, hoc enim opus est omnino, quo quecumque alia que deo offeruntur ei sunt accepta. Si quidem nihil est munus a deo preciosum quod placeat domino, nisi fuerit charitatis thure suffitum concipitque. Si tradidero, inquit dominus Paulus, in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Nec rursus munus aliquod tam vile deo potest offerri, quod ab eo non sit habitum in precio, si fuerit Christianæ bonitatis igne incensum. Pollicetur hoc, testaturque ita esse dominus apud Marcum. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Iam vero pronum est, ut is qui pro mentis affectu a fide, spe & charitate profecto se totum deo colendo dedit, offerat deo sacrificium iustitiæ, idque in corde contrito & humiliato, Cor enim contritum priorum errorum penitentiæ, & humiliatum criminum suorum conscientia, est quoddam altare in quo spiritus contribulatus sacrificet deo hostias penitentium dignas, prorsus inueneratque victima penitus excidendo. Si quis, in superbiæ tumorem, quo peruersè extollatur, in corde suo modestè malleo coterat, procul dubio velut elephatē quem dicitur belluam honoris et glorie ambitiosam, deo in illo sacrificat. Si quis superflua terrinarum diuitiarum curam, & inexplebilem auiditatem in corde suo circumcidit, & iuxta

Ro. 12

Psal. 49

Act. 15

Tim. 2

1. Cor. 13

Mar. 9

Psal. 50

naturæ, atque indigentia modum coerces, modestiq; cultro lupum quendam rapacis-
 simum iugulat. Quisquis autem ardentem turpis libidinis æstû in fuso castitatis flu-
 uio medullitus extinguit, modo hyrcum animal petulans & salax, modo equum
 & mulû, in qbus nõ est intellectus, modo denique subantê Epicuri de grege porcû,
 iuxta diuersa furentis libidinis prodigia continenter deo mactat. Alius dum in-
 festos animi ad vindictam concitati reprimit motus, quid aliud agit, quam furentê
 quendam leonem mansuetudinis gladio iugulat? Nam qui inexplibile gulæ baraurû
 naturę necessitate restringit, obruratq; & ambitiosam nonarum semper cupiditarû
 ganeam intra continentię sobrietatisq; cancellos cohibet, profecto tâquam vel vora-
 cem quandam purpuram, vel edacem vulturem in seipso deo strangulat. Quod si ala-
 lius prodigiosos inuidentę lituidę turbines benignitatis placore sternit, sedatq; velu-
 ti malignum quendam perugilemq; draconem calcibus opprimit, caputq; ipsius
 iterum atq; iterû improbe sese attollens spiritus sc̃ptoris conterit. Quid si quisquã
 egredium circa res spirituales appetendas agendasq; cordis sui penetralibus inhzrens,
 quadã diligenti spiritus alacritate penitus excusserit: nõne videtur veluti de tardissî-
 ma quadã testudine deo sacrum fecisse? Recogitã item alius annos suos in amaritu-
 dine animę suę quęcunq; per ignorantiam peccauit, per libidinem comisit, per ma-
 litiam perpetravit, omnino aueratur, & pro illis propitiãdis semper dolet, semper ge-
 mit, semper luget, hic profecto in propitiatorio cordis sui gementi turture litat: iam
 poenitentia gratia recreatus potest illud cãtare. Vox turturis audita est in terra nostra,
 flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit, in quo videlicet vnuer-
 sa carnalis concupiscentię germina radicitus quantum fieri potest amputentur. De-
 niq; quotquot homo vitiorum principia veluti immûdorum animalis capita in cor-
 de suo spiritus sancti vomere proficisso cõstratoq; poenitentę claua confringit, tot pro-
 culdubio in eo veluti in quodam aureo propicatorio spirituales hostias domino sa-
 crificat. Quoniam tam ex illorum numero est, qui Christi sunt sacerdotes, qui carnẽ
 suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentis, qui sacrificant sacrificiũ iustitię pu-
 nientes in se, quicquid fuerat ab eis perpetratum, quod diuinam maiestatem offende-
 ret, qui reuocant in dei obsequium, quod ab illo descuerat. At vero qui acceptũ deo
 iustitię sacrificium obtulerit, idoneus videtur, & dignus qui puriores quasdam, &
 spiritualiores hostias de corde summissõ tanquam de quodã mentis adyto deo sa-
 crificandas proferat, hic tam diuinã maiestatem verius sese prorsus & submitit, &
 tanquam asellũ quendã cui Christus Hierosolymã petens molliter insideat, aplics ve-
 stibus in stratum sese offert. Iam ductilẽ se spiritui sancto præbens simplicem ouem
 quæ pastorem suum sequitur, ab eo nõ mactandam sed seruandam prudenter agit.
 Quod si animo repetens illud Pauli non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis
 quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est, quicquid boni spiritualis habet, aut
 se putat habere, in authoris sui beneficentiam refert, suauissimum gratiarũ actionis
 pro bonis acceptis & accipiẽdis orationis thus in ara sui cordis incendit. Decernet
 & hic tum robustior factus in lege domini vel lecta, vel audita meditari die ac nocte,
 vt ex assidua literę pertractatione gradum faciat ad spiritualem intelligentiam, p quã
 ablato velamine quod erat super facie Moysi dei gloriam cõteplet. Quid tum non
 ne in excelso mentis suę offert illam columbã de canticis canticorũ quę pulcherrî-
 mis & perspicacissimis oculis velaminis interiora penetret, vt videat arcana, quæ non
 licet homini loqui! Porro illinc igne diuini amoris cõcepto perpetua intus ardet dei
 atq; proximi dilectione, satagens in ara cordis sui præstare spiritualiter illud quod
 in lege cautum est. Ignis semper ardebit in altari meo. Puichrum nimirum est videre
 qualiter ex alio aliud bonum sequatur, nam qui illo spiritus sancti igne inflammatus
 est, euestigio calefcit ea benignitate, atq; mansuetudine quanõ modo nõ quærat de
 ciuitibus suis vltionem, sed potius eis vera, magnaq; bona procuret. Quippe qui in-
 dutus

Can. 2.

2. Cor. 3.

Leu. 6.

dutus viscera in inferioribus, proximorũq; calamitates tanquam suas deplorans, modo
 mœstos graui gratiq; oratiõe cõsolatur, modo cõmodis opportunis solatur egẽtes,
 iã errantes corrigit, iam fame periclitantes reficit, nunc ignaros docet, veltq; in-
 dos, nũc improbos patienter suffert, & probis honoribus fauet: vbique deniq; non
 quærit quę sua sunt, sed quę Iesu Christi, mēbrorũque eius. Hęc proculdubio est il-
 la victima quã admonet discere cum dominus ait, ite discite quid sit, misericordiam
 volo & non sacrificium. Hęc est illa victima quę nobis deum propitiũ maxime red-
 dit, atq; pp̃sum, vt mala cũcta pcul a nobis auertat, & plurima nobis bonã nõ etiã
 petentibus largiatur. Quęras vnde tantum potest apud deum misericordię sacrifi-
 cium? Nimirũ quod a perfecta dei & proximi dilectiõe pcedit; quę, vt est apud Ma-
 cum, pluris fit apud deum quam omnia holocaustomata & victimę; Hinc merito di-
 uinus Paulus nos moget ne pietatis operã proximis exhibenda prætermittamus, di-
 cens, Beneficentię & comunionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis promere-
 tur deus. Quamobrem mecum ipse lectorem admono, ne benefactoris nostri obli-
 uiscamur, quin potius considerantes quod deus fecerit nos homines non brutã, pios
 haud impios, probos non improbos, christianos non alienos a Christo, innumera-
 que beneficia per Christum & in Christo nobis cõlitus donata in mentis nostrę pro-
 spectu semper habentes, ponamus in corde nostro perpetuo domino psallere, alioq;
 inuitemus ad offerendum deo sacrificiũ laudis, cum apostolo Paulo dicentes, Of-
 ramus hostiã laudis semper deo, id est, vitulos labortũ nostrõrum. At quia minime
 satis est ad æternam salutem obtinendam, deum tantum labis honorare, si cor no-
 strum longe fuerit ab illo, summo opere debet pius laudator curare vt sit mundus cũ
 corpore, tum spiritu, id est, eam carnis & mentis habeat sanctimoniam, sine qua ne-
 mo videbit Deum. Hęc est enim egręgia illa & inmaculata victima quã a nobis nec-
 sario exhibendã, precibus & obsecrationibus diuini Paulus efflagitat, Scribit, n. in
 epistola ad Rom. id quod paulo superius ex Augustino obiter trãfegimus, nũc vero
 pluribus aliquanto discutendũ. Obsecro itaque vos fratres per iniam dei, vt exhibe-
 beatis corpora vĩa hostiã viuẽtẽ, sanctam, deo placentẽ, rationabile obsequium ve-
 strũ. Singula verba habent pondus, singula sunt differenda. Obsecro, inquit, nõ qua-
 si imperans exigõ, nihil, n. proficit legis imperiũ quia non placet domino sacrificiũ
 coactũ, sed quia officiũ susceperim reconciliandũ vos deo spontanea obsecrans expe-
 ro, vt si inuicem per suadendũ vobis atq; mouendis valẽt humana, vel certe profint in-
 ducta sacra, obsecrat itaq; nos non per potentiã sed per dei iniam, per quam saluatur
 humanũ genus, Proinde hauc mediatricem proponit, vt huius salte pudore ducti ni-
 hil ipsi agamus quod sit ea indignũ, sed v igilemus circa obsequiũ eius, per quem ex
 impijs gratis iustificati sumus, & a quo per castã probamq; vĩa spes fidei est obtinẽ-
 da. Verũ quid obsecratur: vt exhibeamus corpora nĩa hostiã viuã, vt vestra, inquit;
 humana mēbra non bruta rationis expertia, & mortuas pecudes, quod antehac facti-
 tatũ est a Iudęis, quorũ hostię occidebantur, vt sacrificarentur: vos autem non occi-
 datis corpora vestra, sed corporeos & improbos iugulate affectus, vt corpora vestra
 sint hostia viuã, diũ mortui vitis, & vĩa virtutib; estis: Est itaq; hostia, diũ occiditur
 in eis peccatum, viuã dum vñt in ea Christus, viuẽtem itaque dicit hostiam, quę vñ
 tam, hoc est Christum, in se gerit: & dicit mortem Iesu in corpore nostro circumferri
 mus vt & vĩa Iesu Christi in corpore nostro manifestetur. Audientis & cum Paulo
 est Gregorius talibus nos exhortans. Vnusquisq; in quantum virtus suppetit, carnẽ
 suam maceret, eiusq; desideria affligat, concupiscentias turpes interficiat, vt iuxta
 Pauli vocem, hostia viuã fiat, hostia quippe & immolatur, & viuã est, quando ab hac
 vita homo non deficit, & tamen se a carnalibus desiderijs occidit. Caro nos laxa tra-
 xit ad culpam, afflicta reducat ad veniam, Sanctam quoque exhibere debemus hanc
 hostiam carnis nostrę, id est, ab omni peccati sordẽ immunem, & stabili puritate fir-
 mã

Ose. 6.

Matt. 9.

Mar. 12.

Heb. 13.

Heb. 13.

Rom. 12.

Ex Theod.

phi.

2. Cor. 4.

1. Co. 2 matam, in qua spiritus sanctus habitat, sicut in alio loco dicit. An nescitis quod templum dei estis, & spiritus sanctus habitat in vobis: Quod si fuerit hec hostia sancta: proculdubio erit in deo placens, quia hec est voluntas dei sanctificatio vestra: hoc denique est obsequium & sacrificium rationale, longe dissimile a Iudaicis ceremoniis, quibus olim brutæ pecudes immolabantur, quia nunc homo sacrificatur, qui victima est rationalis, & ob id deo multo acceptior. Postremo illud relinquitur ut qui cunctis perturbationibus carnalibus amputatis, omnibus mundanis ambitionibus concisis, vniuersisq; terrenis cupiditatibus repressis, pius, purus, viuas, sanctas mentis corporisq; nostri hostias deo acceptissimas obtulerimus; hanc quoque vitam temporariam expendamus, quoties aut fidei causa, aut proximi necessitas, aut officii nostri ratio illud exegerit. Tunc enim nec externis bonis, nec corporis dotibus nec demum huic nostre vite parcendum est, quin vniuersa nostra nosq; ipsos in hoc locustium vnde quaque perfectum deo sacrificemus, sicut fecerunt illi quos memorat sapiens. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est, in paucis vexati, in multis bene disponuntur, quoniam deus tentauit eos, & inuenit illos dignos festinam quam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Denique si nolumus cum impiis & contaminatis & immiseri cordibus fieri execrabilis hostia demonibus denotanda, offeramus deo sacrificium laudis, hostiam iustitiæ, victimam reconciliationis æternæ, quia in his est iter in quo ostenditur nobis salutare dei, quod est Christus sacrificium primum, absolutissimum, & omnium maximū, & patri cœlesti acceptissimum, a quo habent reliqua omnia sacrificia, ut sint perfecta deoq; accepta, ad purganda nostra delicta, augendas virtutes, obtinendamq; vitam perpetuam atq; salutem nobis efficaciam.

Sap. 6.

Caput. xx.

Quod hora sexta, & cur eadem fuerit Christus crucifixus.



Mattheus quidem euāgelista

Ioan. 19.

Marc. 15.

ista dominum Iesum hora sexta fuisse crucifixum tradit, cui stipulatur Ioannes euangelista: nam describens tempus quando adhuc erat cum Pilato Iesus, inquit. Erat autē Parasceue hora quasi sexta. Sed mouet studiosum lectorem quod Marcus scribit diuersum. Erat autem hora tertia & crucifixerunt eum. Hanc dissonantiam, alius aliter de medio tollere conatur. Nā qui Marci Euangelio scholia apposuit, quæ diu Hieronymi titulo circumferuntur, ausus est absolute definire hora tertia dominum fuisse crucifixum, nam superiori Marci narrationi statim adscripsit. Hoc vere & proprie Marcus intulit. Nam sexta hora tenebræ suffuderunt terram, ut non quis posset mouere caput. Verum huic quisquis ille fuerit, obuiam venit diuus Augustinus, hunc locum exactius multo pertractans. Hora, inquit, erat quasi sexta, cum traditus est Iesus crucifigendus a Pilato sedente pro tribunali, ut a Ioanne scriptum est: non enim iam plena sexta erat, sed quasi sexta, id est, peracta quinta & inchoata sexta gereretur hec quæ narrata sunt in crucifixione dñi nostri, donec cōpleta sexta illo pendente fierent hec quæ dicuntur tenebræ. Queramus autē iam cur dixerit Marcus Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum, iam certe dixerat & crucifigentes eū, diuiserunt

diuiserunt vestimenta eius, sic etiam cæteri atestantur, quod eō crucifixo vestimenta ta diuisa sunt. Si enim rei gestæ tempus voluit commemorare Marcus, sufficeret dicere. Erat autem hora tertia, ut quid adiunxit? Et crucifixerunt eum, nisi quod voluit aliquid recapitulando significare, quod quæstium inueniretur, cum scriptura ipsa illi temporibus legeretur quibus vniuersæ ecclesiæ notum erat, quia hora dominus in ligno suspensus est, vt de posse huiusmodi vel error tolli, vel mendacium refutari, sed quia sciebat a militibus suspensum dominum non a Iudæis, sicut Ioannes apertissime dicit, occulte ostendere voluit, eos magis crucifixisse, qui clamauerunt, ut crucifigeretur, quam illos, qui ministerium principii suo secundum suum officium præbuerunt. Intelligitur ergo fuisse hora tertia, cum clamauerunt Iudæi ut dominus crucifigetur, & verissime demonstratur, tunc eos crucifixisse, quando clamauerunt. Crucifigere eum. In conatibus autem Platii ad excipiendum dominum, & in tumultu Iudæorum eō contradicentium consumptum tempus duarum horarum intelligimus, & circa horam fuisse sextam, quia nondum terminata gesta sunt ea, quæ ab eo tempore. Quo Pilatus dominum tradidit, usq; ad tenebras factas narratur. Facile autem videbit, qui sine impietatis duricie voluerit attendere quod oportuno loco Marcus hoc de tertia hora posuerit, vbi scilicet factum ministerium multum commemoratum est. Ergo ne quisquā cogitatione tanti criminis auersus a Iudæis in milites illos conuerteret, erat (inquit) hora tertia, & crucifixerunt eum, ut illi potius eum crucifixisse inueniantur, quos hora tertia, ut crucifigeretur, clamare potuisse, diligens lector inueniet, cum aduertit id quod a militibus factum est, hora sexta factum esse, hec Augustinus quæ licet plura de & exacta indagare sint ex cussa, nō tamen erit alienū ab instituto nostro id quoque subscribere, quod disertissimus Hieronymus in Commentariis super Psal. 77. in hæc verba tradit. Reperiri nimirum quosdam in libris euāgelicis locos vel improbatum audacia, vel indoctorum errore deprauatos, & primum ait, legitur in Matthæo: hec, inquit, facta sunt, ut impleretur quod scriptum est in Asaph propheta: Sic inuenitur in omnibus veteribus codicibus, sed homines ignorantes tulerunt illud. Denique multa euāgelia vsque hodie ita habent, ut impleretur, quod scriptum est per Esaiam prophetam. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio; hoc Esaias non loquitur, sed Asaph. Error igitur fuit scriptorum ut pro Asaph, Esaiam scriberent. Scimus enim, ait ille, quia prima Ecclesia de imperitis congregata fuit gentibus, ergo cum legerent in Euangelio, ut impleretur, quod scriptum est in Asaphi propheta, non erat notus in populo, & hoc fecit, ut dum errorem emendaret, faceret erroreni. Dicamus & aliquid simile, & in alio loco in Euangelio, secundum Matthæum, quando Iudas retulit triginta argenteos, & noluerunt accipere sacerdotibus, nec mittere in corbonam, quia erat precium sanguinis, & emerunt inde agrum signi in sepulturam peregrinorum, ut impleretur, inquit, quod scriptum est in Hieremias propheta. Retulit, inquit, triginta argenteos precium quod appreciatum est &c. Sicut scriptum est, inquit, in Hieremias propheta, hoc in Matthæo scriptum est. Requisiuit in Hieremias propheta, & hoc pensus inuenisse non potuimus; sed inuenimus illud in Zacharia. Vides ergo quod & hic error fuit, sicut vbi posuimus Esaias pro Asaph; Ad damus & aliud simile, sic scriptum est in Matthæo & Ioanne, quod Dominus noster hora sexta crucifixus sit. Rursum scriptum est in Marco, quia hora tertia crucifixus sit, hoc videtur esse diuersum, sed non est diuersum, error scriptorum fuit. & in Marco hora sexta scriptum fuit, sed multi Episcopi cum putauerunt esse, nam cum Græci litteris alphabeti, numerōs notent, ex sexta tertiam fecerunt, est apud eos figura 5 quam episcopi non vocant quæ littera non est, sed litteris mixta, est nota senarii numeri, nec alium habet vsuū, quam sex representare, sequitur enim litteram i. quæ Græcis significat quinque, & præcedit 3. quæ notat septem. Quisquis ergo fuit primus huius erroris author elementorum similitudine

ne deceptus vel pro. Epifemo pinxit gamma, vel inspecto Epifemo expressurus sextam, tertia expressit: in de error semel receptus in alios atq; alios codices dimanavit, hic est, vt reor, Hieronymi locus, quem Petrus comestor erit, probateque ad reconciliandum Marcum cum Matthæo, & Ioanne. Denique hanc symphoniam diuus Thomas Aquinas non respicit, eidem alii consenserunt. Sicut Theophrastus super Ioannem scribens, refert, licet ipse putet in Ioanne potius quam in Marco fuisse numerorum transmutatione erratum, sed contrarium est longe verisimilius, quia Ioannes plane conuenit cum Matthæo & Luca. Marcus vtro non videtur discordasse a Matthæo, quem in scribendo Euangelio subsecutus est, Et vt sentit Augustinus, tanq; pedisequus & breuiator eius videtur. Vnde & secundus a Matthæo in Euangelio serie ponitur. Ceterum, quod Theophrastus de tenebrarum effusione sexta hora factam quam aduersum intulit, his quæ ex Augustino imprimis induximus, satis est dilucidum. Sed iam tempus est explorandi cur potius hora sexta, quam alia dominus Iesus crucifigi maluit. Sed huius ratio in promptu est. Nam sexta die homo conditus est, qui & sexta hora de ligno comedit. Quia igitur, ea hora deus condidit hominem eadem & lapsum reparauit sexto die & sexta hora cruci affixus est. Apparuit item Abraham Dominus in conualle Mambre sedenti in hostio tabernaculi sui in ipso seruore diei, hæc enim trinum est hora sexta, in qua veri Dei in patibulo pendens claritas igne diuino incensa maxime serbuit, idque feruenter adeo, vt aque mille magnarum tribulationum non potuerint illam extinguere. Ibi solet apparere Dominus mentibus fide quidem excelsis, modesta tamen humilibus, modo sedant ad hostium tabernaculi Ecclesiastici, suscepturi verbum in mansuetudine, quod possit saluare animas suas, vt hospicio illud exspicientes, cum illo conuoluentur, eleuentque oculos suos, vt videant Dominum supra se, & adorent eum post crucis gloriam, quem Patriarches ille ante crucis quoque tempora, veluti si iam in cruce penderet, pietissime adorauit. Quisnetiam qui eiusmodi deuotionis igne ardent in Christum, fratres sunt veri Ioseph, in passionis meridie comedentes eum illo cibum illum de quo saluator ipse ait. Cibum meus est, vt factam voluntatem eius qui misit me, non dubium, quin crucis mortem intelligat, hunc denique cibum cum Iesu iusti comedunt, cum illi patienti voto commorantur, sicut & calicem, quem bibit Christus, hora sexta bibentes inebriantur cum eo, haud utique ebrietate humanam vel opprimente vel turbante mentem, sed spiritum & illuminante & inflammante. Vnde est illud, & calix meus inebrians quam præclarus est! Dixeris si inebriat, quomodo clarus? turbatur enim omnis ebrius. Sed inebriat Christi calix, quia mentem satiat, & interiorum hominum spiritualium bonorum sapore adeo replet, vt eidem temporalium rerum soporem obliuionemque ingerat, & clarissimus est: quia super naturam & rationem quendam æternæ lucis fulgorem se potantibus infundat & diuino incendat amore, Helias insuper, maximus ille honoris diuini emulatur, cum esset iam meridies, illudebat sacerdotibus Baal vanis ritibus suos deos frustra appellantis, quia mox vt Christus hora sexta clamans. Eli, Eli, pro infirmitate assumpta diuinam fortitudinem inuocauit, Gentilium cultus superstitio cum gentibus irridenda patuit, notumque fuit, non utique deorum monstra, sed tantummodo verum deum diuinis honoribus esse colendum, Foritan & hanc horam innotescere sibi vehementer expetit sponsa, cum in canticis sponsum talibus præcatur. Indica mihi quem diligis anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Magna dilectionis est vis, quæ a dilecto mysteriorum reuelationem facile promeretur ac clicit. Dilectus est enim, qui dicit, si quis, diligit me, dilegetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum. Ab sponso itaque querit sponsa, vbi pascat vbi cubet in meridie, cui rebus ipsi significatiuis, quæ verbis, responsum est ab sponso, Quippe qui in eodem loco hora diei sexta pascit,

Gen. 18.

Ioan. 4.

Psal. 22.

Reg. 18.

Can. 1.

Ioan. 14.

pascit, & cubat, in Crucis mensa pascitur, in crucis thoro cubat, pascit est ipse accubitus in cruce, quia cibus eiusdem ex patris sui decreto est pro homine redimendo in ligneo patibulo ad tempus presenti vita defungi, Et quidem prudentissime sponsa ab sponso expetit doceri pascus eius, accubitusque locum: quia nullus potest Christum incensum tot passionum æstibus, atq; horrendis incredulitatis tenebris vndiq; circumfusum in meridie crucis agnoscere, nisi ille cui se manifestare dignatus fuerit. Par enim videri potest maximo cuique miraculo credere hominem in cruce morientem verum esse deum. Et tamen verissimum hoc esse norunt illi, quibus filium pater reuelauit: & quibus se filius ipse per spiritum suum manifestauit. Qui credit in filium dei habet testimonium Dei in se, sine quo nemo vnquam credidit ea fide, que legitimam, perfectamque christianum constituit. Sapienter ergo ecclesia simul cum latrone suo laudabili, & egregio centurione a solo Iesu in cruce pendente illuminari expetit, quia solus ille huiusmodi lumen in tam densis errorum tenebris præstare potest, præter id quod cauet etiam illa, ne interceptatur a demone meridiano, qui transfiguratur se in angelum lucis, vt quos aperta simplicitate capere non potest, simulata pietate decipiat. Hoc est enim quod vitare cupit, cum illa inquit, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Nempe sponsa sodales vocat omnes qui veniunt fraudulente in nomine eius pseudoapostolos, & pseudopphetas, vt multos seducant, præsertim sodales appellat hæreticos, qui in Christi mensa pascuntur, quam diu latentes ab ecclesia torerant, hi sunt canes, hi mali sunt operarii speciem quidem habentes pietatis, virtutem tamen eius abnegantes, hos non vult sponsa sequi, sed sponsum tantum sibi agnitum, & in cruce pascentem, cubantemque hora diei sexta deuotissime amplectitur, tenetque strictissime, ne vnquam a se discedat. Sedebat & Iesus hora quasi sexta fatigatus de itinere sic iuxta puteum, vt sexta mundi ætate samaritidem illam, que typum gerit ecclesie credentium de gentibus congregare, ea potaret aqua quæ fieret ei fons aque viuæ saltem in vitam æternam. Quærebant & aduersarij domini eum apprehendere, sed nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. Hora eius dixit, non qua velut astrictus fato cogere tur mori, sed qua sponte sua dignaretur occidi. At in suprema cœna sciens quia venerat hora eius, vt moriendo transiret ab hoc mundo ad patrem, & summum humilitatis exemplum discipulorum suorum pedes lauando præstitit, & extremum illud fidei mysterium instituit, vt antiquato veteri sacrificio, nouoq; instituto, illud idem post tridie hora sexta in cruce pendens sub spectabili forma celebraret, sed hæc hæc hactenus.

Ioan. 5.

Ioan. 4.

Ioan. 7.

Ioan. 16.

Caput. xxi.

Quod Christus Dominus amaritum potantibus, antequam tolleretur in crucem, & in cruce pendens, fuerit potatus.



Iterum quoniam gauisus est

Ioseph noster cuncta diuina quadam dispensatione agens, augens & consumans amaritudinis poculo inebriari cum fratribus suis in meridie illo, quando mundo quidem inglorius, Deo autem gloriosus pependit in cruce, corpore eius tantis laboribus afflicto, sanguineis sudoribus exhausto, vinum illud spirituale expectens, quo dei & hominum corda lætificatur, dixit. Sittor: conly Ioan. 9. derare oportet, quam contrariis ab impijs fuerit liquoribus potatus. Nam & inter se variant Euangelistæ, & operæ precium erit eos ad consonantiã reuocare. Matthæus Mat. 27. sic tradit. Et continuo currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini & dabat ei bibere. Marcus eiusdem fere verbis. Currens autem Marc. 15. E 11j

Ioan. 19.

vnus & implens spongiam aceto, circumponensque calamo potum dabat. Lucas duobus tantum verbis idem conclusit: acetum offerentes. Ioannes sic. Vas autem erat positum aceto plenum, illi autem spongiam aceto plenam hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit consummatum est. Ecce omnes quattuor Euangelistae eodem tenore tradunt, datu fuisse acetum Christi in cruce pendenti. Solus Ioannes meminit vasis quod continebat acetum, quod solebat damnatis diuexatis ac deficientibus porrigi, quo citius eius liquoris vi compuncti animam ageret, meminit & hyssopi, addidit quoque Iesum acetum accepisse, non quod aliis Euangelistis Ioannes repugnet, sed quod quaedam quae alii tacerunt, hic expresserit. Quod si querat quispiam, quomodo potuerit spongia hyssopo circumponi, Respondet Theophilastus, quosdam tradere hyssopum vocari arundinem, quod talis sit summitas calami, frondesque habeat arundinis consimiles, & certe adhuc sensu maxime facit littera Graeca *ἡ δὲ τῆς ἀριστοῦς σπιγγῶν ἴσους, καὶ τῆς ἐπιπέτης τῆς ποσειδωνίου αὐτοῦ τῶ σφραγί, quod sic distinguit, & impleuerunt spongiam aceto, & hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius, quo significatur, milites spongia acido vino impleta & impositam hyssopi ligno admouisse ori eius, suffragatur & eidem sententiae, quod mox subiungitur. Iesum accepisse quidem acetum, at de hyssopo nulla vltimus mentio, sed quia apud nos hyssopus herba est humilis, & ad arundinis altitudinem non surgens. Audiendus est quoque diuus Augustinus eadem de re sic disputans. Hyssopo autem circumposuerunt spongiam aceto plenam, quoniam herba est humilis, & peccatus purgat, Christi humilitatem congruenter accepimus, quam circumdederunt, & se circumuenisse putauerunt. Christi namque humilitate mundamur, nec moueat, quomodo spongiam ori eius potuerunt adiuuere, qui cruce fuerat exaltatus a terra, in arundine factum est, ut in spongia talis potus ad crucis sublimia leuaretur, sicut habetur apud alios euangelistas quod hic praetermisit. Videtur sensisse Augustinus hoc loco hyssopi capillamentum fuisse arundinis summitati circumuolutum, cui comode substrato spongia aptius imponeretur. At mihi plurimum placet Chrysostomus qui tradit hyssopi appositum fuisse quod esset insigne reorum, ex eo forte, quod lege cautum erat, ut hyssopo fierent aspergines purificandorum. Vnde rex David flagitii & sceleris probris conficius veluti reus precatur. Asperges me domine hyssopo & munda bor. Adscribam & verba Chrysostomi super Ioannem. Acetum, ait, in spongia porrigunt, ut bibat, tanquam reus, nam propter hoc hyssopus additur. Quod autem quidam coniunctim legunt, aceto & hyssopo, tanquam haec duo fuerint mixta, & si eorum sententia aliis minus probanda videatur, forte ea fuit miscendi vtrumque causa. Quod hyssopus suspiriosus & luxatis membris medetur, aliosque morbis tollendas confert: idque plerumque spongiae immixtus, ut est videre apud Dioscoridem Pliniumque, a quibus & vinum hyssopites ad eisdem pene usus plurimum laudatur. Domino igitur Christo tanquam hominiam deplorato hyssopum non vino, sed aceto permixtum manifesto ludibrio porrexerunt, non utique ut ei prodesset, sed ut noceret, non ut ei vita prorogaretur, sed ut mors appropinquaret, & tam aceti, quam hyssopi vi diuexatus citius extingueretur. Cum sit enim furens in Christum immaniter execrabantur. Quod si hoc consent, quid est quod Mattheus tradit, datum fuisse domino acetum cum felle mixtum, Marcus autem myrrhatum vinum? Ergo ut hominis eruditus verbis utar, illud ad monendum est lector, non videri eundem potum hic datum Christo, qui datur in cruce pendenti, a patre. n. bis datum, semel antequam tolleretur in crucem, rursus in cruce poscenti,*

Mat. 27.

Marc. 15.

sic enim narrat Mattheus, & venter in locum, qui dicitur Golgotha quod est Galanaric locus, & dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum. Marcus huc in modum: Et perducunt illum in Golgotha locum, quod est interpretatum, Galanaric locus, & dabat illi bibere myrrhatum vinum, & non accepit, & crucifigentes eum &c. Quod autem nonnulli putant in narratione, temporis ordinem inuicem esse, durius est quam mox sequatur apud eundem Euangelistam

Euangelistam & continuo currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere, similiter, narrate Marco, & ad pietatem conduci bilis est, si hanc quoque Domini crucis partem potiusque varietatem non ignoremus. Quippe quod Mattheus inquit: dederunt ei vinum, sicut legit Hylarius, vel potius sicut ceteri acetum cum felle mixtum maxime congruit vaticinio, quod est in psalmo. Et dederunt in escam meam felle, & in siti mea potauerunt me aceto. Porro gustauit ille acetum cum felle mixtum, ut summa deuotione libaret illud patri, noluit tamen illud bibere, quoniam non admittebat totam sanctorum tormentorum vim profuerunt inimicorum libidine, sed iuxta misericordiam suae voluntatis dispensationem. Ceterum myrrhatum vinum non attigit, Dicente Marco: & non accepit, ut sic impleverit quod dixerat. Non bibam a modo de genimine vitis &c. Ex more igitur veteri propinatum est Christo acetum: sed in contrarium verum. Nam veteres ad mortem damnatis eam potionem propinabant, qua inebriati vel iam iam futura supplicia cogitatione minime praeriperent, quod plerumque multo sit grauior expectata, quam illata mors, vel certe praesentia poculi ut consopiti sensu minus perciperent. Id quod & homerus plane ostendit, cum scripsit Helenam potionem Thelemacho apud Menelaum hospitem praebuisse, qua factum est, ut calamitatum suarum obliuisceretur. Quam quidem potionem ab Aegyptiis dicit Poeta accepisse Helenam: nempe a Polyminesta quadam Thanae vxore didicisse. Hinc compertum haberi potest ab Aegyptiis, apud quos Hebraei multis annis diuersati sunt, inoleuisse Iudeis consuetudinem porrigendi torquendis vltimo ve supplicio afficiendis potum quempiam validum, quo delinquenti captique excruciantis dolorem, aut nullum, aut paucum sentirent. Id quod & Rex ille Hebraeorum sapientissimus Salomon, eleganter praecipit. Date scieram me rentibus, & vnum his qui amaro sunt animo, bibant, & obliuiscantur egestatis suae, doloris non recordentur amplius. Sed etiam de myrrhato dicamus, illud impetris lectorem mouentes. Myrrhatum vinum non esse illud, quod Nonius Marcellus murinulum, vel murinulam vocat, quod & myrrhatum vocant, non a myrrha, sed a myro, quod est odoramentum, murina igitur apud antiquos vinum erat dulce laudatum, & aromatibus conditum atque odoratum, quo Romanae mulieres, ut inquit Gellius, plurimum delectabantur, tale vinum optatum dari domino meo Iesu iam descripto, & pene vitibus defecto, crucis patibulum mox a seculo, potius quam Myrrhatum, quod est amarissimum. Myrrhatum enim vinum a myrrha sibi permixta vocatur: Est autem Myrrha statere, quam alij guttam vocant, ut ait Serapion gummi arboris, quae in Arabia nascitur, color eius viridis, odor delectabilis, ea tamen ipsa amara est, ideo vino mixta reddidit ipsum amarum, & insuaue. Ergo ut nihil deesset ludibrio, alii aliud poculi genus Christo domino nondum sublato in crucem, & iam in cruce pendenti porrigebant, quippe, quia deo erat indisciplinatus, ut illud humanitatis officium, quod morituris ex more praestari solebat, mutata poculi specie Christo illudentes peruerterint, ac subinde pro dulci & suauis amarum potum, & acerbum ori eius obtulerint. Id quod & dominus sure suo queritur apud Hieremiam sic ad Hierusalem loquens. Ego te plantavi vineam *סורע* Sorec ut est in Hebraeo: quod alii electam alii frugiferam interpretati sunt, omnem veram, quomodo facta es in amaritudinem vitis aliena? Plantauit quippe dominus hanc vineam, plebem vtiq; suam electam, in Patriarchis, in prophetis frugiferam, veram omnem scilicet vniuersis vere religionis mysteris illi temporis congruentibus pollentem. Enim vero miranti similis deus conqueritur, eam quae natura bona erat & gratia, impietate sua ita peruerterat fuisse, ut facta fuerit vitis a conditore suo aliena, & pro expectata delectabili suauum vuarum dulcedine acerbissimam siluestrium labruscarum retulerit amaritudinem. Expectauit enim ut faceret fidei vvas, & fecit incredulitatis labruscas. Expectauit ut faceret iudicium, & fecit iniquitatem, vociferans non hunc, sed Barrabam. Expectauit ut

Psal. 68.

Mat. 26.

Ex Eusebio.

Proh. 31.

Vbi quidam deo, lege qui adeo.

Hier. 2.

E/4, 5.

faceret iusticiam, vt largitorem tantorum munerum a patre missum susciperet, & se-
cit clamorem aduersus dominum, & aduersus Christum eius, inclamans tolle, tolle
crucifige eum. Deniq; vitis aliena vinum protulit alienum, acerba acerbum, amara
amarum, quod inhumaniter & impie domino suo atq; cultori propinaret. Quod ille
modo noluit bibere, quia alienus erata peccato, modo gustauit vt libato tali potu
succus letalis pomi nobis abstergeretur. Tandem ad passionum consummationem
opus fuit, vt is qui indecora videndo, indigna audiendo, dura tangendo, corruptis
simorum fetorem hauriendo, cunctis ferentibus pro nobis patiebatur pateretur
& gustu amara percipiendo, vt afflicto cunctis suis sensibus, omnibus nostris pas-
tendo mederetur.

Caput. xxij.

Quod mors cruciaria grauissimum erat supplicium & igno-
minata plenissimum. Sed per eam patris & filij gloriam illu-
xisse mundo.



Hat nepe mors cruciaria qua

pro nobis Christus tulit, grauissimum morienti tormentum,
vnde Emphaticos a cruciatu nomen accepit, hinc illa apud ve-
teres dira imprecatio. Abi in malam crucem, preterea supplicij
huius Vlpianus meminit, digestis ad legem Iuliam de sacrile-
gijs, sed & Calistratus digestis de penis sumum, inquit, suppli-
cium videtur ad furcam damnatio. Dices quid furcæ ad crucem
plurimum quidem, quoniam idem patibulum erat furca, quod & crux, quam enim
Romani furcam vocant *ξύλον διδύμων* Didimon xilon Græcis exponitur, veluti ex
duobus tantū lignis constaret: nam Didimon geminū dicunt, Ad quod non parum
facit id quod legitur Iosue capite octauo, Regem quoq; eius suspendit in patibus
lo vsq; ad vesperam & solis occasum, præcepitq; Iosue & deposuerunt cadaver eius
de cruce, pro quo apud septuaginta est, & Regem hai suspēdit in ligno gemino, & fuit
in ligno vsq; ad tempus vespertinū: & occidente sole præcepit Iosue, & deposuerunt
corpus eius de ligno, vides idem patibulum a septuaginta dici geminum lignum, &
a Hieronymo interpretari crucem, Astipulatur & Origenes homilia octaua super
genesis, dicens, post omnia autem etiam rex hai in ligno gemino dicitur esse suspen-
sus, & inde puale post ad allegoriam trāsiens, inquit, Crux domini nostri Iesu Chri-
sti gemina fuit. Nec erit a re, quam tractamus alienum, illud quoq; addere, quod Plus-
tarchus in vita Coroliani refert. Furcifer hinc nomen est, quod maxima poena apud
antiquos seruo peccanti erat, vt is plaustrū lignum, cui temo affigitur, spectante victo-
ria ferens circumageret, quod vbi factum erat infidusa domesticis & victuta existi-
matus, furcifer appellabatur. Nam latini lignum illud furcam appellant, quod pro
culdubio figuram crucis habet, Constat igitur exemplo simili milites impios impo-
suisse domino nostro Iesu Christo crucem ad locū suspendij sibi ferendā, idq; tanq̃
vili cuiuspiam mancipio. Regiā dignitatem improbe sibi vendicant, vt ab omnibus
notaretur infidus, & haberetur infamis, susceperunt (ait beatus Evangelista) Iesum &
eduxerunt eum, & batulans sibi crucem, exiuit in eum, inquit, ad locum vbi erat
braicæ autem Golgotha, præclare Augustinus. Ibat ergo, inquit, ad locum vbi erat
crucifigendus, portans crucem suam, Iesus grande spectaculum, sed si spectat impietas
grande ludibrium, si pietas, grande mysterium, si spectet impietas, grāde ignomi-
niæ documentum, si pietas, grande fidei documentum, si spectet impietas, ridet re-
gem pro virga regni lignum suū portare supplicij, si pietas, videt regem batulan-
tem lignum ad semetipsum figendum, quod fixurus erat etiam in frontibus regum,
in eo

in eo sperendus oculis impiorum, in quo erant gloriatura corda sanctorum: Disiuro
enim Paulo, mihi autem abijt gloriari nisi in cruce domini nri Iesu Christi; ipsam
crucem suam suo gestans humero comendabat; & lucernæ arsuræ, quæ sub modio
ponēda non erat, candelabrum ferebat, vt inde totus mundus illustraretur, & tam fi-
lius q̃ pater ab omnibus cognosceretur, & glorificaret. Nam sublati oculis in cor-
lum dixit: pater venit hora, glorifica filium tuum, vt filius tuus glorificet te: ostē-
dere enim volens, q̃ non inuitus, sed sponte ad passionem accedat, dicit, pater venit
hora. Ecce enim hoc, vt optabile desyderat, & gloriam vocat non suam tantum, sed &
patris, quod & factum est, nō enim filius solum, sed & pater glorificatus est; nam an-
te crucem quidem, neq; Iudæi ipsum plene scierunt: Israel enim me non cognouit, in-
quit per Esaiam, post crucem autem totus orbis ad eum confluxit. Ostendit autem
qua sit gloria eius & patris, credere, inquit, in patrem omnem carnem, & in filio ad
mundi salutem misso vnuerfa illius beneficia experiri. Tanti autē beatus Petrus cru-
cis gloriam fecit, vt ne domini gloriam seruis vsurpare videretur inuertis pedibus
crucifigi optarit. Auxere quoq; petri modestiam & religionem inlyti Christianorū
principes, qui plentissime veterunt vterius in quemptari nocentū crucis supplicio
animaduerti, ne quam author vitæ suis membris illustrarat, esset tam inde alicui opa-
probrio, neque foret detnceps in cruciatum, quæ versā erat in peccatorum confugij,
iustificatorum gloriam, & piorum exemplum.

Caput. xxij.

Quod Christus in cruce simul agebat infirmum & fortem.



Ceterum neminē obsecro mo-

ueat, q̃ quasi infirmus visus sit dñs Iesus mortem pati crucia-
tam; nam reuera non tam fuit illud infirmitatis, quā virtutis:
audi prophetam Habacue proclamantē in virtutem cum in fir-
mitate in Christo contundam. Cornua, ait, in manibus eius,
ibi abscondita est fortitudo eius. Et quæ sunt illa cornua, nisi
vexilla crucis in manibus Iesu? sed non ideo cōtemendus sed
admirāndus potius, quia ibi in ipsis videlicet cornib; crucis abscondita est fortitudo
eius; ceterū infirmitatis erat, tristis est aia mea vsq; ad mortē: sed latentis fortitudinis,
nunc gaudij meum impletū est, infirmitas carnis erat. Pater si fieri potest, transiat a
me calix iste, sed firmitas spiritus fuit. Sed non mea voluntas, sed tua fiat, vt trepidus
factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor illius, quasi guttæ sanguinis de
currētis in terrā, sed animosissimus exiit obuiam se quærētibus ad nece, cōprehensus
est vt inualid; sed vt valid; aggressores vna voce in ocepitiū p̃sternit, Trahebāsa sā-
tellitio, sed quāta virtutis fuit repente Malcho auriculam restituisse: Impotentē vide-
batur esse suffigi patibulo, sed quāta potētia fuit crucifixū tremefacere terā: quāsi
indigēs auxilio clamauit ad patrē. Eli, Eli, lama azabathani: sed animo optulaf ma-
tri, dices, mulier ecce filius tuus, & ad discipulū ecce mater tua. Quod si miles lanceā
latus eius aperuit, & patientis vi monumenta aperta sunt: veluti lāguētis & exhausti
corporis vox fuit, sitio, sed vigentis opus, q̃ percussio latere continuo exiuit san-
guis & aqua. Vt defectus virtus oculorum lumina clausit, sed ad imperij eius Sol
ille mūdi oculus obscuratus est. Et mortuus quidē inclinauit caput, at vniuersa illi
velū tēplū scissum est a summo vsq; deorsum. Emisit tandē spiritū, sed voce magna: se-
pultus est. sed nō vidit corruptionē, descendit ad inferos, sed rediit ad supos spolis onū
suis optimis. Nāq; post resurrectionē eius multa corpora sanctorū q̃ dormierāt resurrexerūt

Stauricon.

& intraverunt sanctam civitatem: & apparuerunt multis. Hæc denique omnia quantumvis varia congrue in vno Christo consentiunt, quia & si cornua erant in manibus hominis patientis: ibi tamen abscondita erat fortitudo dei omnipotentis.

Caput. xxiii.

Quod summa virtute prædicta, sancta Maria stabat iuxta crucem Iesu, & quæ illa summa pietate eam discipulo quem diligebat, obseruandam commēdauit.

LHC.2.



Pendebat autem Iesus in cruce

positus in signū, cui cōtradiceret: & iuxta Symeonis iusti vaticinium pientissime matris animam doloris gladius pertransibat, vt quæ simul periclitabatur, simul glorificaretur, & quæ paraticeps erat crucis, consors esset & triumphi. Nulla autem docet historia beatam Mariam ex hac vita gladii occasione miserrime, præsertim cum non anima sed corpus ferro soleat interfici. vnde

Psal. 58. Testat intelligi gladium illū de quo dicit, & gladius in labiis eorum, & de Ioseph, ferens

Psal. 104. tum pertransiit animam eius. Hoc est dolorem dominicæ passionis animam illius pertransiisse. Quæ & si Christum, vt pote dei filium sponte propria morti nosset: morteque ipsam non dubitaret esse victurum, ex sua tamen carne procreatum, non sine doloris affectu potuit videre crucifigi. Et quidem in crucis patibulo domini caro vulnerabatur, & matris viscera rumpebantur: ille torquebatur, & hæc affligebatur, figebantur clauis in manibus pedibusque geniti, & penetrabant cor charæ genitricis, transferrebatur lancea natilatus, & gladius amaræ passionis paritē animā pertransibat, factabantur coniuncta in Iesum & in Mariæ faciem recidebant. Porrigebatur dominum acetum cum felle mixtum, & os ancillæ domini amaritudine replebatur. Pendebat denique totus filius in cruce, & pendebat tota mater a cruce. Quid plura: omnes angores, omnes cruciatus, omnia vulnera, omnesque filii dolores præsentem matrem attingebant, ipsam tandem dilectissimi filii mortem affectu materno suam faciebat charissima mater. Quod si dolor filii matris est dolor, dolor huius fuit ab illo acerbitate secundus, vt quæ proxima fuit Christo natura gratiaque, proxima sit eadem ratione meritoque patendi. Clamet imprimis igitur filius e cruce dicatque ad spectatores transentesque, O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor similis sicut dolor meus: conelamēt & mater post illum & dicat, o vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor similis sicut dolor meus.

Ex Berth. Quamobrem si Christus fuit summus diuini placiti martyr, ac perinde cunctorum martyrum, qui pro pietate tuenda passi sunt vnicus princeps, secundas a filio martyri partes laudesque suo iure obtinet illa, quæ plus ceteris domino patienti cōpassa est.

Tremo. 1. præclare diuus Hieronymus. Beata, inquit, Maria dei genitrix & martyr, & virgo fuit, quamuis in pace vitam finierit, quod enim vere passa sit, Symeon propheta loquens ad eam testatur. Et tuam, inquit, ipsius animam doloris gladius pertransibit ex quo constat quod supra martyrem fuerit. Alii namque sancti & si passi sunt pro Christo in carne, tamen in anima, quia immortalis est, pati non potuerunt. Beata vero dei genitrix, quia in ea parte passa est quæ impassibilis habetur: ideo vt ita fatear, quia spiritualiter & caro eius passa est gladio passionis Christi, plusquam martyr fuit. Vnde constat, quia plus omnibus dilexit, propterea & plus doluit, in tantum vt animam eius totam pretransiret & possideret vis doloris ad testimonium exiticæ dilectionis. Quæ quia mente passa est, plusquam martyr fuit, quia mortē Christi suam fecit, utrumque eius dilectio amplius sortis quam mors fuit. Nec vero sanctissimæ matris

LHC.2.

corona miserebat, quia dolebat filium innocentissimū pati, quoniam & si mortē filii nolebat sensu, eam tamen volebat mente; horrebat illam secundum carnem, sed secundum spiritum admittebat, dolebat demum tanquam pia mater, sed gaudebat tanquam gratia plena. Porro non fuit illa doloris vi quamquam maximi sic affecta, vt obdormiret, nec ita mente turbata, quin ratio in ipsa vigeret. Imo mortificatum turbines tanti animi virtute reprimebat, tam elevato in deum spiritu superabat, vt cum corporeis oculis patientem filium cerneret, sublimia illa mysteria, & mirabilia de filio suo audita testimonia, quæ antea in corde suo seruauerat, contuleratque, nūc demum sublimiore quodā consideratu, mente versaret. Namque repetebat animo magna illa archangelici nuncia sibi diuinitus allata. Iohannis adhuc in ventre matris latentis exultationem, beatificam cognatæ suæ probatissimæ femine ad gratulationem, in signum nascens gloriæ, clarissimam magorū adorationē, admirabile diuinitus cum doctoribus disertationem, cœlestem doctrinam, mirificam potestatem, prophetarum oracula, quæ ita inter se omnia congruebant, vt nihil nō magnū diuinitus posset de filio suo quamuis indignissima patiente credere aut expectare. Denique venit ei in mentem aduenisse tempus illud opportunum, in quo contrito serpentis anti qui capite genus esset humanum Christi sui morte ad id necessaria misericorditer redimendum. Hæc igitur pientissima meditatione concitata superiore mente optatum esse censebat, filium suum pati, crucifigi, & hac vita per triduum defungi: & quæ recte sentiebat, & si carne infirma, spiritu tamen promptissima absque mora optabat expleri. Adeo naturam vincit charitas, diffidentiam fides, & imbecillitatem sexus animi fortitudo. O mulierem fortissimam, quæ quamuis oppressa esset amaritudine, inter tot tamen acerbissimas angustias sibi summa modestia constabat. Vnde nec inconsolabiliter doluit, spe proximæ resurrectionis erecta: nec mente consternata, corporalibusque viribus destituta ab statu suo cecidit: alienissimum hoc esset ab illa, quæ summa virtute prædita erat, & in contrariis potestatibus terribilibus, vt castrorum acies ordinata: imo & ipsa mulieres alias, quæ pietatis officio comitabantur eam, heroicæ cunctis iam virtutis exemplo, vt secum starent, erexit: confirmavitque, stabant, inquit Euangelista, iuxta crucem Iesu, mater eius, & soror matris eius Maria Cleophe, & Maria Magdalene. Quippe, vt ait diuus Ambrosius. Maria nec minor quam matrem dei dicebat, fugientibus Apostolis ante crucem stabat, & pietas spe stabat oculis filii vulnera, quia expectabat non pignoris mortem, sed mundi salutem. Stabat igitur & tacebat, nec maledicentibus maledicta regerebat, nec nocentibus comminabatur, sed potius diuinam illam seruatoris mundi charitatem penitus amplexa, pariter & imitata ei pro crucifigentibus se patrem precanti summis votis consonabat. Mœrebat itaque modestissimæ virgo, & intra pectoris sinus dolorū fluctus coercebat. Nec flebilis voce sortem suam lamentabatur: cœlestiū confecta secretorū, videlicet ne videretur aut illa ferre impatientius quā mulierē maxime fortē decebat, aut triduanā filii vitam totius humani generis salutis præferre: stabat, inquit Ambrosius author grauissimus, sancta Maria iuxta crucem filii, & spectabat virgo sui vnigeniti passionē, stantem illa lego, flentem non lego: sic denique imbecillior sexus, fortior apparuit, & sic omnia Christus aptissime reformauit, dum & ipse viris, & illa feminis egregium tolerandæ mortis quantumvis indignæ exemplum præstiterunt. Vere mater pietatis, quæ nostros miserata labores in mortem eius qui vita est, inculpate consentis, vt per illum indigni vita reuiscant te *παρρησια* prædicent, te beatā dicant omnes generationes, te inter flores rosarum & lilia conualium pulcherriam *ἡσάδωρεία* spiritus humani atque cœlestes reuerenter adorēt. Hanc imitamini matres sanctæ, quæ in vnicō filio dilectissimo tantum matrem virtutis exemplum dedit, neque enim vos dulciores liberos quærebatis, neque illud virgo solatium, vt aliū posset generare filium. Quare si tuuat dei matrē imitari, quod in summum

tis coe

Cap. xxiii. Fo. xxxviii.

ris corona miserebat, quia dolebat filium innocentissimū pati, quoniam & si mortē filii nolebat sensu, eam tamen volebat mente; horrebat illam secundum carnem, sed secundum spiritum admittebat, dolebat demum tanquam pia mater, sed gaudebat tanquam gratia plena. Porro non fuit illa doloris vi quamquam maximi sic affecta, vt obdormiret, nec ita mente turbata, quin ratio in ipsa vigeret. Imo mortificatum turbines tanti animi virtute reprimebat, tam elevato in deum spiritu superabat, vt cum corporeis oculis patientem filium cerneret, sublimia illa mysteria, & mirabilia de filio suo audita testimonia, quæ antea in corde suo seruauerat, contuleratque, nūc demum sublimiore quodā consideratu, mente versaret. Namque repetebat animo magna illa archangelici nuncia sibi diuinitus allata. Iohannis adhuc in ventre matris latentis exultationem, beatificam cognatæ suæ probatissimæ femine ad gratulationem, in signum nascens gloriæ, clarissimam magorū adorationē, admirabile diuinitus cum doctoribus disertationem, cœlestem doctrinam, mirificam potestatem, prophetarum oracula, quæ ita inter se omnia congruebant, vt nihil nō magnū diuinitus posset de filio suo quamuis indignissima patiente credere aut expectare. Denique venit ei in mentem aduenisse tempus illud opportunum, in quo contrito serpentis anti qui capite genus esset humanum Christi sui morte ad id necessaria misericorditer redimendum. Hæc igitur pientissima meditatione concitata superiore mente optatum esse censebat, filium suum pati, crucifigi, & hac vita per triduum defungi: & quæ recte sentiebat, & si carne infirma, spiritu tamen promptissima absque mora optabat expleri. Adeo naturam vincit charitas, diffidentiam fides, & imbecillitatem sexus animi fortitudo. O mulierem fortissimam, quæ quamuis oppressa esset amaritudine, inter tot tamen acerbissimas angustias sibi summa modestia constabat. Vnde nec inconsolabiliter doluit, spe proximæ resurrectionis erecta: nec mente consternata, corporalibusque viribus destituta ab statu suo cecidit: alienissimum hoc esset ab illa, quæ summa virtute prædita erat, & in contrariis potestatibus terribilibus, vt castrorum acies ordinata: imo & ipsa mulieres alias, quæ pietatis officio comitabantur eam, heroicæ cunctis iam virtutis exemplo, vt secum starent, erexit: confirmavitque, stabant, inquit Euangelista, iuxta crucem Iesu, mater eius, & soror matris eius Maria Cleophe, & Maria Magdalene. Quippe, vt ait diuus Ambrosius. Maria nec minor quam matrem dei dicebat, fugientibus Apostolis ante crucem stabat, & pietas spe stabat oculis filii vulnera, quia expectabat non pignoris mortem, sed mundi salutem. Stabat igitur & tacebat, nec maledicentibus maledicta regerebat, nec nocentibus comminabatur, sed potius diuinam illam seruatoris mundi charitatem penitus amplexa, pariter & imitata ei pro crucifigentibus se patrem precanti summis votis consonabat. Mœrebat itaque modestissimæ virgo, & intra pectoris sinus dolorū fluctus coercebat. Nec flebilis voce sortem suam lamentabatur: cœlestiū confecta secretorū, videlicet ne videretur aut illa ferre impatientius quā mulierē maxime fortē decebat, aut triduanā filii vitam totius humani generis salutis præferre: stabat, inquit Ambrosius author grauissimus, sancta Maria iuxta crucem filii, & spectabat virgo sui vnigeniti passionē, stantem illa lego, flentem non lego: sic denique imbecillior sexus, fortior apparuit, & sic omnia Christus aptissime reformauit, dum & ipse viris, & illa feminis egregium tolerandæ mortis quantumvis indignæ exemplum præstiterunt. Vere mater pietatis, quæ nostros miserata labores in mortem eius qui vita est, inculpate consentis, vt per illum indigni vita reuiscant te *παρρησια* prædicent, te beatā dicant omnes generationes, te inter flores rosarum & lilia conualium pulcherriam *ἡσάδωρεία* spiritus humani atque cœlestes reuerenter adorēt. Hanc imitamini matres sanctæ, quæ in vnicō filio dilectissimo tantum matrem virtutis exemplum dedit, neque enim vos dulciores liberos quærebatis, neque illud virgo solatium, vt aliū posset generare filium. Quare si tuuat dei matrē imitari, quod in summum

Ioan. 19

Stauricon.

est: aut liberos non datos, aut in tempeſtina morte ſublatoſ, vt decet Chriſtianas matres ſpem reſurrectionis habentes patientius ferre. Quid interim filius? Nemp̄ qui nunquam de optima matre ſaſtidiſe ſenſit, ſed ſemper ei tanquam ſibi gratioſe amāter ſtudiuit, ita tamen, vt ad patrem cōleſtem omnia referret; in ipſo quoq; paſſionis articulo maxime ſolicitudinis ei tribuit affectum. Cum vi diſſet ergo Ieſus matrem

Ioa. 19. ſtātem & diſcipulum quem diligebat, dicit matri ſuæ. Mulier ecce filius tuus; im̄ meſam igitur charitatem oſtendens in ipſo mortis articulo matrem commendat diſſo diſcipulo. Hæc nimirum, vt longioribus Aurelii Auguſtini verbis vtat, eſt illa

Ioa. 1. 2. hora, de qua Ieſus aquam conuerſurus in vinum dixerat matri. Quid mihi & tibi mulier; nondum venit hora mea, hanc itaq; horam prædixerat, quæ tunc nõdũ venerat, in qua deberet agnoſcere matrem moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo diuina facturus, non diuinitatis ſed infirmitatis matrem repellbat. Nunc autem humana tam patiens ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano, tunc enim qui Mariam creauerat, innotefcebat in virtute, nunc vero quem Maria pepererat, pendeat in cruce, Moralis igitur inſinuatur locus, facit quod faciendum admonet, & exemplo ſuo ſuos miniſtros inſtruxit: præceptor bonus, vt a filiis p̄tis ſpendatur cura parentibus, tanquam lignum illud, vb̄erant fixa mēbra morientis etiam cathedra fuerit magiſtri docentis. Ex hæc ſana doctrina didice-

1. Cor. 5. rat Paulus apoſtolus quod docebat, quando dicebat: Si quis autem ſuis maxime do-
Ex Cyrilli. meſticis non prouidet, fidem negauit, & eſt infidelis deterior. Quid autem tam cuiq; domeſticum, quam parentes filiis, aut parentibus filiis? Hinc æ quali vere ſupplicio in-

Leui. 24. deum blaſphemantes, & parentes paruipendentes puniri, lex ſtatuit. Morte moria-
Exo. 21. tur, quicumque nomen domini nominauit, id eſt, in dominum blaſphemauit, & ſimiliter qui patri aut matri maledixerit morte, inquit moriatur, ſicut ergo oportet pa-

Matt. 10. rentibus ad pietatem obſiſtentibus non obedire, domino conſeſtante; qui diligit pa-
Exo. 20. trem aut matrem pluſquam me, non eſt indignus: ſic non obſiſtentibus omni cura ſeruire neceſſum eſt, vt adimpleat illud præceptum; honora patrem tuũ & matrẽ tuã,

huius itaq; ſaluberrimi præcepti ipſe magiſter ſanctorum de ſe ipſo cõſtituebat exẽplum: quando non vt ſamulæ deus, quam creauerat, & regebat, ſed vt matri homo de qua creatus fuerat & quam relinquebat, alterum pro ſe quodammodo filium prouidebat. Nam vt vtrinq; huius p̄tentiſſimæ commiſſuræ nexus par eſſet & indiſſolubilis: deinde dicit diſcipule, ecce mater tua: ac ſi diceret. Heus mi dilecte diſcipule, mater mea mihi chariſſima, in teneris quidem annis a ſuis eſt curata deſenſaque parẽtibus, in iuuentute a nutricio meo Iofeph, Poſt eum ipſe curam illius ſuſcepit, nunc demum ipſe moriturus eandem tibi curandam, obſeruandamque commendo committoq;. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam.

Caput. xxv.

Quod Iohannes verbis Chriſti nec factus filius naturalis virginis nec proprie adoptiuus, ſed officioſa pietate, & priuato quodam obſequio.



Merſit autem noſtris tempo-

ribus ſuper hunc locum aliquid, quod continuo ſit nobis diſcutiendum, vt conſutemus eorum temeritatem, qui reſiſta ſacrae ſcripturæ aut authoritate ſuas *φαινας*, ſecuti audent aſſerere Chriſtũ verbis illis. Ecce filius tuus, & ecce mater tua, fecit ſe Iohannem filium beatæ virginis naturalem. Fuit enim quõdam quidam nomine Bauricon, qui Romæ publica diſputa-
tione ſic id eſſe cõtenderit, fuit & nuper apud Tarraconenſem prouinciam alius, qui ſentiret

ſentiret idem. Ego quoq; hæc auribus audiui quendam conclonatoremi non parui nominis inter alias egregias beati Euangeliftæ dotes hanc vel præcipuam allegari-
tem, non eſſe alienum a pietate credere, Iohannem factum fuiſſe verbis illis natu-
rale beatæ virginis filium. Enimvero quoniam non eſt dubiũ iſtiusmodi nimitos lau-
datores nõ placere beato Euangeliftæ, apud quẽ nullus ſermo eſt gratis, qui nõ ſit ſapientia ſale cõditus non erit alienũ eorũ ſententiã reprobare tum ſacrae ſcripturæ, ſanctõ-
rũq; authoritate, ſũ ratione quapiã non infirma. Iam vero vt in ſa diſputatio ſtrictiſſi-
mis niſtaſ fundamētis, illud imprimis cõſtet: vbi in Latinis exẽplariſ? neotericis legi-
mus. Et ex illa hora accepit eã diſcipulus in ſuã, in antiquis haberi id quod Eraſmus
adnotauit, non in ſuam: ſed in ſua, quibus & Græca conſentunt; habent enim ſic, *ἡ
ἡμετέρας τῆς ἡμέρας ἑλάθει ἐ μαθητῆς αὐτοῦ. Ἐξ τῆς ἡμέρας.* Et ex illa hora accepit eã
diſcipulus in propria; hoc eſt ſua, vt ſua ſit accuſatiuus pluralis. Ad eundem modũ
legit Auguſtinus: & interpretatur ſuper Iohannem dicens; ſed in quæ ſua Iohannes
matrem domini accepit; nec eſt non ex eis erat qui dixerant ei; ecce nos reliquit
omnia & ſecuti ſumus te ſuſcepit ergo eam in ſua, non prædã, quæ nulla poſſidebat,
ſed officia quæ propria diſpenſatione exequenda curabat: hoc ergo iacto fundamen-
tũ facile conſtat dominum Ieſum non reddidiſſe diſſo ſuo Ioannem naturalem. ſi-
lium beatæ virginis; id quod nõ obſcure argui poteſt, Eo namq; modo glorioſa vir-
go diſta eſt Euangeliftæ mater, quæ eã diſcipulus accepit: diſcipulus autẽ nõ accepit eã in
ſua, ſed in ſua, ſcilicet priuata in Ieſu matrem officia, quemadmodum ex Auguſtino
conſtat, his quoq; aſſupulatur beatus Cyrillus eundem locum in hæc verba diſſerens.
Commendauit autem dominus matrem diſcipulo Iohanni, huic qui euangeliftũ hoc
ſcripſit, vt officiũ filii in eam ſeruaret, matrem ſimiliter admouit, vt parentis in di-
ſcipulum authoritatem haberet, amore videlicet & charitate non minus illos coniu-
gi voluit quam ſi naturæ maxima propinquitate cõiuncti eſſent. Ecce quomodo bea-
tus Cyrillus aſſerit, dominum conſtituiſſe Iohannem filium virginis officio non na-
tura, & rurſum virginẽ matrem diſcipuli authoritate non natura: vt perinde tanta eſ-
ſet inter eos charitas, ac ſi maxima naturæ propinquitate, quæ eſt inter matrem & fi-
lium, eſſent cõiuncti. Ad eandem quoq; intelligentiam enarrat & hunc locũ beatus
Chryſoſtomus dicens, cũ dñs iam abiret, matris curã diſcipulo reliquit. Nã cum par
eſſet, eam vt pote matrẽ dolere, & protectionẽ quærere, merito dilecto cõmendat. Cui
etiam dicit ecce mater tua. Hoc dixit, vt dilectione deuinceretur: quo cognoſto diſci-
pulus eã ſecũ adduxit. Sanctus præterea Thomas tam in cõmẽtario ſuper Iohannẽ q̄
in cathena aurea huic ſententiæ ſuffragatur, vbi etiam veram huius loci intelligentiam
a Græca aſciſcit origine. Nam quod ex venerabili Beda ſubiicit dicens, alia litera
habet, accepit eã diſcipulus in ſuam, quidam intelligit volunt in ſuam matrem. Hoc
non obſtat quia ſtatim idẽ author hunc ſenſum corrigit, diſtis addens, ſed ſecũdũ cõ-
gruentiã ſubaudiendum eſt, curã. Imo q̄ amplius eſt, videtur nobis, nõ q̄ noſtrũ ſit
diuine potẽtiẽ metã præſcribere, ſed videtur non fuiſſe poſſibile dñm diſſo ſuo feciſ-
ſe Iohannẽ natura filium glorioſe virginis, pro quo facilis oſtendẽdo cõſtet nobis
ex Ariſtotele in lib. Metaphiſicorũ, v. matrem & filium ad ſecundũ modũ pertinere
eorũ, quæ ad alterũ dicuntur & quibus vt ad inuicem referantur, agendũ viſ atque pa-
tendi fundamentum præſtat. Vnde & pater dicitur, eo quod filium genuerit, & fi-
lius eo q̄ a patre ſit genitus. Iam id quod intendimus, hac ratione confirmemus. Ne
quaquam enim fieri poteſt, vt aliquid recenter ad aliud vel reuel nomine referatur ſi
ne aliquo huiusmodi relationis ſulcamento. Relatio autem filii ad matrem habet in
proprium fundamentum fuiſſe ab ea genitum. At beatus Euangelifta non vtique
fuit inquam ex diua virginẽ prognatus. Quare nec eſſe poteſt reuera, nec dici natu-
ralis illius filius. Ad hæc nõ videri poteſt Chriſtus filii rationẽ ſibi agnatã & antiquã
in diſcipulum trãſferre, obſiſtente reſpectui accidentis natura, quæ ea eſt vt nequeat

ab alto in altud subiectum transferris: esto quod absoluto id ipsum concedatur, scilicet licet ne contradictorias eadem de re assertiones admittere compellamur, ut vnus & idem sit ex eadem forma genitus & non genitus, ac perinde eiusdem sit filius & non filius. Id quod valde esset absurdum. Nec tenet aditer factum quod Iesus mysticis verbis, & diuina virtute panem in corpus suum, & vinum in sanguinem conuerterit. Quoniam aliud est, rem quantquam absolutam in aliam transmutari, aliud, aliquid recenter ad aliud referri absque necessario eiusmodi relationis fundamento: illud enim rerum natura patitur, hoc autem non patitur. Quamobrem manifeste exploratum, nequaquam Christum dicto suo reddidisse dilectum sibi discipulum verum beatæ virginis filium, Quia etiam addamus & illud, esse quidem valde probabile, minusne factum fuisse eundem Iohannem eiusdem domini verbis filium virginis proprie adoptiuum. Id quod haud difficulter erit compertum, recepto tamen ad veram adoptionem requirit aduersionem ad sus hæreditarium: recepto quoque beatam virginem tunc temporis non habuisse proprias opes ex quibus hæ redem sibi Iohannem constitueret, Id quod patet, tum ex eo quod si filius hominis non habebat vbi reclinarer caput suum, nec ipse mater, alioqui domicilium matris esset & filii: tum ex eo quod si præclarum fuit discipulis relictis omnibus iuste nudos post Christum, multo præclarior hac in re est habenda beatavirgo, reor enim fuisse illam e numero eorum, qui nihil proprium possidebant: sed omnia in communi habebant, ex quibus dabat vnicuique, prout ei opus erat. Quod si beata virgo nullas habebat opes ex quibus Iohannem hæredem faceret, non potuit hic proprie adoptari ab illa in filium: præterea Iohannes vouerat atque professus fuerat veram & perfectam paupertatem: non licebat ergo ei acquirere sibi sus hæreditarium, non itaque poterat proprie adoptari. Adoptio autem spiritalis, per quam in filios dei promouemur, non habet hoc loco aditum, quia illa solus est trinitatis, tanquam principis: atque terminus. Est enim & a solo deo, & ad solum deum, iuxta illud. Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Quare constat ex his quæ in medium attulimus, Iohannem Euangelistam nec illis verbis dominicis factum fuisse filium sanctæ Mariæ naturalem, nec quantum nobis videtur, fieri potuisse, nec institutum fuisse propriæ filium eius adoptiuum. Cæterum ideo beatam virginem esse dictam matrem Euangelistæ, nec non illum virginis alme filium, ut & ipsa Regina cælorum: & mundi domina: summam quandam auctoritatem & affectum quandam maternum erga discipulum filio suo dilectissimum gereret: & rursum idem beatus Euangelista gratissima officiorum obsequia summa cura, & pietate quadam cognata, beatissimæ virginis tanquam filius rependeret. Pater quanta hinc Iohanni accedit gloria, quam insigniter est a domino magnificatus, quando de illo tam bene sensit tantoque est illum honore dignatus, ut rem omnium præter se maxime preciosam, de creaturis loquor, sibi que charissimam illi soli curandam, obseruandamque commisisset, ut tandem matris matrem, virgo virginem: a secretis verbis diuini patris celestis mysterium quanto possit studio coleret. Nec desinit officio gratissimus magistro discipulus, verum & libenter subiit impostum sibi onus, utpote leue, & sponte suscepti iugum domini suauis. Quid enim nepoti minus graue, quam tam piæ materteræ assiduum obsequium præstare: & quid suauius quam dei matri inferuire? Accepit ergo eam discipulus in sua ipsius obsequia & officia diligenter ei priuareque præstanda. Nam quamuis beatam virginem omnes venerarentur domini discipuli, eius dilectionis affectu famularentur, Iohannes tamen cui specialius commissa fuerat, perpetuus illi ad hæsitque ad finem vite comes, & quandiu vixit, attentiori præ ceteris cura & frequentioribus officiis ei deseruiuit pietissime.

Caput. xxvj.

Quam

Quam late pateat id, quod Christus dixit. Consummatum est.



Querat igitur Iesus reliqua

omnia in se fuisse completa que ad sacrificium perfectionem a prophetis erat predicta, vnumque illud ad huc deesse, ut adimpleret scriptura: fel scilicet & acetum a se degustari expetiuit, gustauit, accepit, ac felle acetosque potatus ait. Consummatum est, i. rite sacrificium factum est. Quippe in quo nihil eorum prætermisum est, quod propheta dixerat filio hominis esse toleranda, iuxta æternum diuine dispensationis propositum. In quo illud quoque est omni admiratione dignum, mille illos diuine passionis ministros, alioque rerum gerendarum ignaros, impios atque sanctissimos cum ea que ad tantum sacramenti complementum exigebatur, eo adhibuisse ordine, sicut a vertice ad calcem pegise, ac si voto quodam cõiurati sunt sese profecturos in domino Iesu vniuersas prophetarum prædictiones. Sed tanta est diuine providentis vis, ut qua via quæsi homines atque insipientes suis affectibus ferientes rentur se posse dei voluntati resistere, eadem quasi quibusdam insidiosis interceptantur, ut ita secreto dei consilio res agatur, quod iudem sint strenui celestis decreti expletores, qui essent prauitate sua impietatis auctores scelerumque exhortatores. Quamobrem merito cunctis tam absolutis, quæ a domino patienda erant, ad spiritus usque emissionem dixit. Consummatum est, contestans nihil aliud iam expectandum relinquere, præter spiritus emissionem, ad perfectionem doctrinæ, consummationemque iustitiæ, atque desideratissimam humani generis cum deo reconciliationem. Hic exoratus est mihi pius lector, ne curiosum puter aut leue quod subiungam: siquidem est id verisimile, & ad crucifixi facti amplitudinem, id est, esse scitu dignum, quam late pateat apud Hebræos verbum *כִּלְמָה*, nisi quod quædam Iesum protulisse in cruce consentaneum est: hebraicum enim cum sua mixtum ille loquebatur. Namque pro eo quod a secretis domini Ioannes euangelista Græce scripsit, *τετέλειται*, & latinus interpres reddidit, consummatum est. Hebræus sermo nihil aliud habet quod aptius sonet idem quam verbum *כִּלְמָה*, nisi: cuius significatio apud Hebræos non est simplex, sed modo solutum, vel restitutum, modo perfectum & consummatum, modo pacificatum pacatumque est, significat, a verbo *כִּלְמָה*, salam, quod est solutare, restituere, pacare, pacificare, perficere, consummare, atque retribuere. Atque qui soluere vel restituere significat. Leuitici sexto, Reddet illud cum sorte sua, & Exo di. 31. Reddendo reddet bouem pro boue, Pacificare autem, Job sexto. Et pacificum, seu pacatum reddet habitaculum tuum, Et. 22. Regum, 22. Et pacem fecit Iosaphat cum rege Israel. Perficere autem & consummare Esaiæ. 44. Et consilium angelorum suorum perficiet, & sexaginta perficietur dies luctus tui. Hæc omnia proculdubio verissime conueniunt Christo qui æs alienum, quod peccante primo homine genus humanum contraxerat, nec erat soluendo, patiens pro eo dominus persoluit. Esaias. n. Inquit: verelagores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & ipse dominus de se in psalmo. Quæ non rapui, tunc exoluebam. Id est & pax nostra qui fecit vtraque vniuersi: Hic est verus. salomō id est, pacificus non solum cum dilectibus, sed etiam cum pacem odientibus, pacem faciens, pacemque procurans. Nempe adeo mirificus pacis interpres, ut inter ipsos grauissimos cruciatus, quos pendens in cruce sustinebat, precando patrem suum de pace negociaretur, si quō ignoratiōis pretextu immanibus illis suis tortoribus eum pacatum faceret, sic satis, Pater ignosce illis, quia nesciunt quod faciunt. O hostia vere pacifica que humana cum diuinis perpetuo concordia vinculo nectis. Nam consummare atque perficere res, non ut pereat sed perficiantur, ad quem pertinet, nisi ad illum qui non venit soluere legem, sed ad implere: quicquid ut ait Paulus, est finis legis in salutem omni credenti. De quo & apud Esaiam pater glorifabundus pollicetur. Ipse omnem voluntatem meam perficiet.

Luc. 9.

Ioan. 10.

Ioan. 19.

vbi supra, lege syro.

Esai. 53. Psal. 69.

Luc. 24.

Mat. 5. Rom. 10. Esai. 46.

Quia & ipse dominus cōsummatorem se insinuauit, cum Ioanni Baptistæ relucens
 Mat. 3. ut tingere aquis sacrum domini verticem, respondit, sine modo: sic nos decet imple
 re omnem iustitiam. Hinc merito audet Paulus, & de eodem domino testatur esse qui
 Rom. 15. dem, illum ministrum circumcissionis, ita tamen ut sit idem promissionū patribus a
 deo factarū expletor. Ait autem ad Romanos scribens: Dico enim Christū Iesum
 Ex Theo pbi. ministrum fuisse circumcissionis propter veritatem ad confirmandas promissiones
 patrum. Ostendit hoc loco Paulus, Christum haudquaquam sibi ipsi gēnisse morē,
 sed nostri potius gratia omnia tolerasse. Si quidem tale promissum Habraæ fuerat iā
 pridem, fore scilicet ut eius semen mundum hæreditaret. Verum cum omnes qui ex
 Abraham ortū duxissent, fontes essent, & peccatis obnoxii, utpote qui fuissent legē
 præuicacati, eoque & promissione illa viderentur indigni, venit Christus & legē im
 pleuit, & circumcissionem insuper in se admisit. Lege itaq; adimpleta circumcissionis, &
 Abrahæ semen effectus, dei irā dissoluit, effecitq; nos ad excipiendas promissiones
 idoneos. Quod si Iesus Christus vnicus nostrorum solutor est debitorum, si com
 modissimus discordantium pacificator, si diuinorū mysteriorum egregius consummator
 iure suo dixerit, nihil, id est solutū est, perfectū est, pacificatū est. O pulchrā
 rerum seriem: debitorum, n. solutione peruenitur ad perfectum: quandū enim quod
 debetur restitutum non est, imperfectum est penes eum cui debetur: quia minus hæ
 bet q̄ oportet habere. Quandū autem imperfectum est, impacatum est. Litigat enī
 omne imperfectum & contendit ut expleatur. Christus ergo quod non rapuit, pro
 humano genere persoluens, restituit omnia, consummauit omnia, & per sanguinem
 crucis suæ pacificauit omnia, siue quæ in terris sunt, siue quæ in cœlis. Quamobrem
 merito Paulus in epistola ad Hebræos, animat nos cōtra mundi turbines & vehemē
 Heb. 12. ter adhortatur, ut posthabitis rebus terrenis absolutum cœlestium bonorum autho
 rem sequamur. Deponentes, ait, omne pondus & circumstant nos peccatum per paciē
 tiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in autorem fidei & con
 summatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, omni confusionē
 contempta: atq; in dextera dei sedet. Omnia ergo, ut ait Augustinus, bona terrena
 contempsit homo factus Christus consummator noster, ut contemnēda monstraret,
 & omnia terrena mala sustinuit, quæ sustinenda præcipiebatur neq; in illis quærere
 tur felicitas, neq; in istis infelicitas timeretur. Natus enim de matre, quæ quāuis vir
 go conceperit, semperq; intacta permanferit, virgo concipiens, virgo pariens, tamen
 fabro despondata erat, dū typhū carnalis nobilitatis ex tinxit. Natus etiam in ciuitate
 Bethleem, quæ inter omnes Iudeę ciuitates ita erat exigua, ut hodie villa appelle
 tur: noluit quenquam de cuiuscūq; terrenæ ciuitatis sublimitate gloriari. Pauper etiam
 factus est, cuius sunt omnia, & per quem creata sunt omnia, ne quisquam cum in eū
 crederet, de terrenis diuitiis auderet extollī. Noluit rex ab hominibus fieri, quia hu
 militatis ostendebat viam miseris, quos ab eo superbia separauerat, quāuis sempit
 ternum eius regnum vniuersa creatura testatur. Esuriuit qui omnes pascat: sitiuit per
 quem creatur omnis potus: & qui spiritualiter panis esurientium, fontēq; sitientium.
 Ab itinere terrestri fatigatus est, qui seipsum nobis viam fecit in cœlum. Velut ob
 diuitiū & furdiuit coram conuiciantibus, per quem mutus locutus est, & surdus au
 diuit. Vincitū est qui in firmitatū vincula soluit: flagellatus est, qui omnium dolorum
 flagella de hominū corporibus expulit. Crucifixus est, qui cruciatus nostros fini
 uit. Mortuus est, qui mortuos suscitauit: sed & resurrexit nūquā moriturus, ne ab il
 lo sic quisquam disceret mortē cōtēnere, quasi nūquam futurus, sed tāquā reuictus.
 Ascendit in cœlū pandens suis fidelibus viā, per quam pateret illis aditus ad regnum
 cœlorum. Sed ita dextris patris in cœlis, ut suos secum confederet, faceret in cœlestibz.
 Sic deniq; ab soluit oīa, in staurauit omnia, reconciliauit omnia, perfecit oīa magnifi
 centissimus ille sublimatum mirabiliumq; cœlestium sacramentorum cōsummator.

Caput

Quod Christus emissurus spiritum voce magna clamauit, ut se vite
 mortisque dominum ostenderet.



Iterum alijs omnibus con

summatū, quid aliud agēdum domino restabat, nisi colophos
 nem addere: susceptaque ex propria sententiā morte, cūcta prius
 cum a prophetis, tum a se dicta gesta que stabilire, ut constaret
 testimonia David esse fides, quæ spontanea dei, hominis nece
 confirmarentur. Idcirco clamans voce magna Iesus ait. Pater
 in manus tuas commendo spiritum meum. Hisque dictis in
 Luc. 23. Psal. 28. clinato capite tradidit spiritum. Ecce vox domini in virtutē nā ceteri homines mox
 animam acturi hāre vix queant, necdum tenuem statum emittere, Iesus autem cui
 tanquam afflicto, atque viribus corporalibus pene destituto paulo ante additus est so
 cius Cyrenæus ille, qui crucem portaret: nunc grandī in tonat voce, quo & superiōre
 humana in se potentiam declarat, & se probet esse veracem, qui dixerit, potestatem ha
 beo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Infirmata itaque carne vox
 inualuit diuina, idq; congruentissime, ut nos cū ima voce, vel sine voce moriamur,
 qui de terra sumus: ille vero cum exaltata voce expiraret, qui de celo descendit. Nō. n.
 sicut quispiam alius homo vel morbo, vel vulneribus oppressus repente obmutuit:
 sed tanquam deus omnipotens magna cum voce fuit hac vita defunctus. Ecce vox
 dñi in magnificentia. Quid magnificentius quam mortem ipam hucusque eum inua
 dere trepidantem coercitamq; sponte nunc admisisse: nec non illam quæ nullum in se
 ius haberet, quod innocens esset, pro nocentibus expiandis compellere, lacessere, &
 inuolutam furori Iudæorum in sinum suum recipere: ut illa fauente anima sacra a
 sacro corpore se iungeretur. Nec tamen quia dominus Iesus ipse animam suam de
 posuit, homicidii reus est habendus: iam enim cruciatus & vulnera in carne sua talia
 exceperat, vnde tormentorum vi proculdubio fuisset multo ante interfectus, si non
 diuina potestate intra corpus animam suam continuisset, ut ante præsentis vitæ de
 functionem cuncta quibus adhuc viuens exercendus erat omnino consummaren
 tur. Non ergo deponendo quando voluit, & quomodo voluit, animam mor
 tem sibi intulit, sed interfectoris aculeuit, & vulneribus cessit. Voce deniq;
 quæ magna clamauit ut egregius de morte triumphator, ingeminans illud. O
 mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Voce magna clamauit velut glo
 riabundus, per quam toti mundo patefaceret, se tanta fuisse præditum bonitate
 ut ad extremæ necis sortem pro perditis reparandis sese libenter obiecerit. O fa
 cinus vere diuinum & summa gloria dignum. Quantum enim diuina virtus in
 illo operum contemplatione magis lucebat, tanto amplius patī pro subiectis fer
 uis, ac mori erat insigne charitatis immensæ. Cur ergo Christianus erubescet
 fateri, quod Christus non erubuit voce magna profiteri? præsertim quod Chri
 stiano nec est inculpatum crucem erubescendo tacere, nec parum commodum
 aperta fronte proferre. Id quod testatur dominus Heli sacerdoti. i. Regum libro
 Quicumque glorificauerit me, honorificabo eum: qui autem contemnit me,
 erunt ignobiles. Et Dominus ad discipulos suos. Qui me erubuerit, & meos
 sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua, & patris
 & sanctorum angelorum.

Caput. xxviii.

Explicatio vocis magnæ qua filius in manus patris
 commendauit spiritum suum.

F



Quod si quispiam velit nosse que

fuerit vox illa magna, quam Iesus in cruce protulit, Ea nempe fuit quam Lucas euangelista expressit, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, Est autem locus hic sumptus ex psalmo trigesimo, quem probabile est dominum recitasse in cruce vsque ad hunc locum, atque hic intendisse vocem, Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Dominus de suo addidit, pater, cum nec apud Hebræos, nec apud septuaginta sit patris aut domini nomen hoc loco, qui in mundum venerat, ut hominibus paternum nomen notificaret, pro quo glorificando tanquam impius in cruce pendeat. Patrem ergo presentissimo Christus affectu vocat, naturalis charissimi maque appellatione, ut & se filium eius vniuersum profert, atque se esse ostendat dilectum illum in quo sibi complacuisse semel atque iterum pater testatus fuerat. Non ergo tanquam degener, aut genitori suo contrarius paritur, sed tanquam generosus filius, atque diligentissimus parentis cultor, que illi maxime placeat, alacriter exequitur, & crucem subit & animam ponit, Qui enim adhuc duodenis contestatus fuerat, oportere seipsum in his que patris sui essent, assiduam esse, totumque vitam suam in negotiis paternis expendis perpetuo tenore duxerat: merito hanc vitam mortalem finiturus, ut responderent vltima premissis, cum lachrymis & clamore valido patrem compellat, ut filium suum agnoscat, & pro ingratibus exactis vite meritis spiritum eius ceu depositum quoddam preclarissimum suscipiat tertioque die in carnem suam beata immortalitate donatam restituat. At spiritum suum manibus paternis committendo, non utique defectum suam virtutis, sed confidentiam eiusdem cum patre potestatis insinuat. Amat enim dare gloriam patri, ut nos doceat gloriam dare creatori, Commendat itaque patri spiritum letabundus, secundum quod delectato corde, & exultantibus spe resurgendi labiis in alio psalmo loquitur. Caro mea requiescet in spe, quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Ceterum *καταδίδωμι* est commendare, non simpliciter, sed velut commendatur depositum seruandum, & suo tpe reddendum. Quin & apud Hebræos *אָחָד*, achad est deponere. Numeri, 4. Deponebis apud eos in custodiam omne onus eorum. Huc alludit Ambrosius, bene commendatur spiritus qui seruatur; quod, n. commendatur, utique non amittitur; bonum ergo depositum est spiritus bonum depositum. Vnde & ille ait, O Timothee bonum depositum custodi. Commendatur igitur spiritus patri, ut illum a morte suscipiat. Enimvero pro eo quod vulgo legitimus commendo, preter id quod & in aliquibus est codicibus commedabo Græcis est *καταδίδωμι*, id est, commendo, idque est iuxta veritatem Hebraicam que habet ad hunc modum: *אָפְקִידְרִיחִי*, besada aphquidruhi, hoc est, in manu tua commedabo spiritum meum. Nec male conuenit verbum futurum moriturus: primū, quia psalmum recitat, deinde quod predicat se moriturum antequam moriatur. Ad hæc quia exploratum habebat id, quod aliis morituris non est euadens, quāuis bona sint spe, talem scilicet esse spiritum suum, qui proculdubio esset a patre læto vultu suscipiendus: demum quoniam post mortem, quod aliis mortalibus non accidit, manebat in Christo eadem persona verbi, que spiritum carnis sue statim ab ipso exitu patri commendare posset. Nā ut ait Damascenus, & si mortuus est ut homo Christus, & sancta eius anima ab incontaminato diuisa est corpore, sed tamen deitas inseparabilis ab utroque permansit, & anima dico & corpore, & neque vna ita hypostasis in duas diuisa est, corpus, n. & anima sicut a principio in verbi hypostasi habuerunt existentiam, etiam in morte. Neque, n. anima neque corpus habuerunt existentiam preter hypostasim verbi. Suffragatur & aperte Damasceno Apostolus Paulus ad Hebr. scribens, Christus Iesus heri & hodie ipse & in secula, Christus, n. fuit semp, quia verbi diuini persona fuit

Luc. 23.

Psal. 15.

2. Tim. 1.

Heb. 13.

na fuit ab æterno licet christus non fuerit christus ab æterno, quia non fuit homo ab æterno. At postquam, factus fuit homo, semper fuit est, & erit Christus, quia enim assumpta p̄s̄na, nunquam dimisit. Nam quamuis in triduo mortis sue non fuerit homo, quia homo mortuus non est homo, fuit tamen Christus in eodem triduo Christus, quia ita anima & corpore semel a verbo assumptis semper eadem Christi persona permansit, quamquam illæ humanæ naturæ partes fuerint a seipsis moriendo se iunctæ. Accipitur enim Christus a recte intelligentibus, pro verbi diuini hypostasi cum vnitis sibi humanæ naturæ partibus, siue illæ sint coniunctæ viuente Christo, siue ad inuicem diuisæ & eodem mortuo. Ex his fit manifestum, potuisse Christum dominum statim ab ipso animæ de corpore exitu spiritum suum in manu patris deponere, siquidem eadem ipse Christus erat, in carne sua siue mortua siue viuente. Legitime autem prudētissimus depositor in manus patris transfert tantum thesaurum, ipsiusque potentie custodiam committit, sciens illum fidētissimum esse depositarium & seruatorem potentissimum, qui nec facere, nec pati fraudem possit, ac perinde in manu & in voto habere rem tantæ fidei sue creditam certo tempore reddere. Vide autem cum diuo Ambrosio magnū mysterium. Nunc Iesus commendat in manibus patris spiritum suum, nunc patris gremio sedet, quia totum alius preter patrem non capit Christum. Denique inquit, ego in patre, & pater in me est. Commendatur ergo patri spiritus, sed cum sit in superioribus, illuminat inferiora, ut vniuersa redimantur: etenim Christus omnia & in Christo omnia, licet in singulis alia atque alia operetur, tandem commendans patri suum spiritum, commendat & per se omnes mortales in se viuificatos: nā tumus membra eius secundum illud Apostoli ad Galatas, omnes vos vnum estis in Christo Iesu, Quare iure suo hanc vocem ecclesie accepit, in manus tuas domine comendo spiritum meum, merito Christi exemplum secuta: hac magna atque gratissima apud patrem voce preces, extrema diei hora complet, hoc & sanctus Stephanus fecit, hoc & sancti orant, cum exeat de corpore presentem vitam defuncti.

Ioan. 14.

Gala. 3.

Caput. xxix.

Cur inclinato capite Iesus tradiderit spiritum, & de differentia inter carnem, animam, & spiritum.



Ane post illam: quā diximus:

commendationem statim Iesus, inclinato capite tradidit spiritum. Absque perturbatione quidem operatur, & cum potestate omnia peragit, quod declarant inclinatio capitis, & traditio spiritus. Nempe prius caput inclinauit, neque enim ipsum affixum erat, deinde expirauit. At in nobis contrarium fit, prius enim expiramus, deinde caput vita desertum inclinatur, ille vero prius caput inclinauit, postea animam efflauit, quo se dominum mortis atque vite patienter ostenderet. Preclare Augustinus, Quis ita dormit quando voluerit, sicut Iesus mortuus est: quando voluit quis ita vestem deponit, quando voluerit, sicut ille se carne exiit, quando voluit? Quis ita cum voluerit, abiit, quomodo cum voluit, obiit? quanta speranda vel timenda est potestas iudicantis, si apparuit tanta morientis? Bene igitur ait, tradidit spiritum, qui non inuentus amittit. Quia sicut ait Marthæus, emisit spiritum, quod enim amittitur necessarium est, idcirco enim amittitur quia seruari nequit, quod autem emittitur, est voluntarium: ideo enim emittitur, quia in inuitentis est facultate: denique quamlibet, tam liberaliter dominus tradidit spiritum, verumque tandem apparuit, quod dixerat. Potestatem habeo ponendi animam meam, nam quod ille vocauit animam,

Ioan. 19.

Ex Ambr. brofio.

hic euangelista vocat spiritum, nempe cum iuxta certissimum Aurelii Augustini veri doctissimi patiter & sanctissimi dogma vnica tantum anima cum suo corpore conser homo, eadem proculdubio res sunt in illo, quantum ad substantiam attinet, anima & spiritus, sed anima quidem nuncupatur, quatenus corpus vsuificat, spiritus autem quatenus supra illud ferri potest vel actione vel existentia. Commodè igitur dominus præstantiorem hominis partem, animam ante mortem appellauit, eo quod corpus tunc animaret. Cõgrue & Euangelista cum iam de corpore exiret, mutato nomine eandè dixit spiritum, quod in statum transiret eorum, qui puri sunt spiritus, & absque corporis concretionè subsistunt. Quid: quod nõ modo rationalis anima dicitur spiritus, quando de corpore euolauerit, sed etiam quando adhuc in corpore manens, mentis vs supra corporalem sensum, & rationem naturalem auxilio Dei subuecta, omnem creaturam transcedit, & sese coaptat cognoscendo diligentiã largitor: hinc factum est, vt sapientissima virgo Maria iam Christi gera eleganter insonuerit, diuinum illud canticum mirabili quodam suauissimarum vocum discerniculo distinctum. Magnificat anima mea dominum, & exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Nã quoniam anima munus est reddere corpus viuens cum habitu tum actione, idest vt philosophi dicunt actu primo, atque secundo, iure ascripsit ipsi animæ magnificare deum quod naturali quodam rationis ductu, agnoscat illum esse magnum rerum conditorem, atque iure suo habere in illas dominium, & in sum exercere imperium. At quia spiritus lumine quodam superiori affectu est in diuina rapit, & circa spiritualia versari eisque oblectari, & gaudere, atque gētere, conuenienter addidit exultasse spiritum suum in deo salutari suo. Quippe quæ iam intellexerat, mysterium illud, quod vni Samaritanæ mulieri filius eius erat manifestaturus, spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Magnificet ergo dominum; beata virgo, & singulari quodam spiritus sancti dono affecta, tota exultet, concinat illud psalmi, Cor meum & caro mea exultauerunt in deum vinum. At apostolis adhuc trepidis & imperfectis, & ex moerita somno grauatiss præcipitur a domino, Vigilate & orate, ne absorbeantur a tentatione, eo quod licet spiritus sit promptus: caro autem est infirma. Caro infirma est quia graue est ei spiritualia munera ferre, spiritus promptus est diuinis parere mandatis, & per ardua, nec non acerba sequi authorem suum, hinc bellum plusquam citule intra viscera hominis exoritur, Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hęc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunq; vultis, illa factatis, carnem nimirum tam dominus, quam Paulus appellauit appetitum in corporeas voluptates, vel temporalem vitam procliuem, nec omnino rationi parentem, quin spiritum repugnātem, spiritum vero, mentem quatenus illis, vel repressis vel neglectis impulsu quodam diuino fertur in deum, & in ea quę dei sunt. Et quis est ille qui tam contrariis carnis & spiritus motibus huc distrahitur & illuc? Nonne homo ipse, cuius sunt partes caro & spiritus? Est enim anima rationalis quodammodo media inter appetitum inferiorem; & inter superiorē animę portionem mentemq;. Non quod diuidamus hęc veluti tria quędam essentia penitus inter se diuersa, sed quod rationalis vis carnalibus affecta voluptatibus, externisq; bonis illecti vocetur caro, affecta vero spiritualibus, delictis & bonis diuinis tracta spūs appellef. Quod si cõstat sibi neutram in partē inclinata, nuncupatur anima dūtaxat ea appellatiōe cõtenta quę sibi cõuenit, quatenus corpus animat, nec nõ animal quoddam rationale cõstituit. Sed qua vtemur similitudine ad hoc apertius explicandū ea nempe quā dicit Hieronymus posuit in Cõmentariis, quos ille super epistolā Pauli ad Galatas luculente scripsit. Aliquod, inquit, sumamus exemplū, vt hoc manifestus fiat, Caro terra, anima aurū, spūs ignis vocetur, quando aurū. Fuerit in terra, perdit vocabulū suū, & a terra cui cõmixtum est, appellatur. Cum vero se paratum ab humo aurū & speciem, & nomen acceperit, aurum quidem dicitur, sed nec

Luc. 1.

Ioan. 4.

Psal. 33.

Gala. 5.

dum probatum, si autem per ignem excoctum fuerit, & purgatum, tunc aurū splendorem, & ornatus sui accipit dignitatem, ita & anima inter humum & ignem; hoc est inter carnem spiritumque consistens, quando se tradiderit carni, caro dicitur, quando spiritui, spiritus appellatur. Quod si proprio crediderit cogitatu, & absque gratia spiritus sancti inuenire se existimauerit veritatem, quasi aurū sordidum, animalis hominis appellatiōe signatur. Hęc ille auctor grauissimus Irenei Originemq; secutus quę nobis christiana pietate colentibus vtiã diuinam per gratiam contingat, post stergata carne repressaque sic adherere Deo, vt vnus spiritus facti cum eo possimus certissima expectatiōe corpore terrę vsq; ad futuram mortuorum resurrexionem cõmissio, optimo iure, & firmissima spe, spiritus nostros in manus patris celestis tradere, in quas & liberator noster, spiritum suum proculdubio commendauit, sicut ante obitum prædixerat. Ac cur inclinauit caput terram versus traditurus spiritum in manu patris celestis: nimirum, quoniam quum patri commendasset spiritum, tanquam summo rerum principi, & premiorum auctori & bonorum largitori, vultum deorsum demisit, visus aciem ad inferos dirigens quo recta decensurus erat emissus spiritus, vt iustorum animas in Abrahæ sinu vsque ad id temporis detentas salutariter ad superos reuocaret.

Caput. xxx.

Quod merito iustorum animæ ad inferos descenderunt, detenteque fuerunt ibidem ad Christum vsq; aduentum.



Numero nemini vel incredi-


bile vel absurdum videatur iustorum hominum spiritus quantum deo gratos atq; dilectos, fuisse in secessu quodam apud inferos veluti carcere inclusos, ostendimus te vera illos illuc descendisse, ibidemq; merito detentos vsq; ad crucem domini fuisse. Et vt paulo altius rem tantam agregrediamur, cõstet in primis; peccata primo parente, in quo omnes homines peccauerunt, cum etiam genus humanū lese maiestatis diuinæ reum fuisse, ob idq; fuisse a paradiso profectum, mortiq; obnoxium. Ex quo liquet mortalium animas corporibus suis exutas nullatenus petuissē sydera, vt falso fabulantur æthnici, sed ad alia atq; alta inferorum loca pro varia meritum qualitate fuisse delatas. Aliæ trahebantur ad horrendum te terrimumq; carcerem, in quo flagitios, sceleratq; nec non omnes impij, perpetuo grauissimis tormentis excruciantur. Aliæ ad inferiorem locum ferebantur, vbi sedent infantum animę, quæ non de purgata originali labe decesserunt, quę licet ferri non torqueantur, manebunt tamen perenniter sibi, dei gloria pruatę. Aliæ ducuntur in purgatorij querdami loci purificandæ a nonnullis labeculis, ac debitis, quæ in hac vita alioqui probæ ac deo charę contraxerant, quibus absteris mox trāferebantur in sinum Abrahę, in quo vniuersę iustorum animę quiescentes felici spe expectabant promissum sibi a deo liberatorem, qui eas inde deducturus esset. Testatur hoc scripturā sacra de summo illo patriarcha Abraham, narrās in huic modum, Gen. 25. Fuerunt autem dies Abrahę centum septuaginta quinque anni, & deficiens in ortibus est in senectute bona, prouectq; ætatis & plenus dierum congregatusq; est ad populum suum. Aduerte quod non dixit, receptus est in cælum, aut assumptus est inter angelos, nec sepultus est in sepulchro patrum suorum, qui sibi nomum emerat, sed ait aggregatum fuisse illum ad populum suum, qui recte intelligitur cœtus iustorum, quales fuerunt Abel, Enoch, Noe, Sem, & quicunq; ante Abrahę tempora vera pietate floruerunt. Testatur & idem de seipso sanctus Iacob, quando deflens in cõsolabiliter filij Gen. 37. E. 11

Iosue, quem putabat occisum, dixit. Descendam ad filium meum lugens in infernum. Accedat sanctus Iob apertissime idipsum contestans, quando his verbis deum precabatur. Quis mihi tribuat, ut in inferno protegas me & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei. Quid David rex? nonne idem professus est, quum respondit primoribus suae domus mirabilibus, & quingentibus cur mortuo filio lugere cessasset, nunquid potero revocare eum amplius? ego vadam potius ad eum, ille vero non revertetur ad me. Recte Augustinus, Credibile, inquit, est apud infernum quaedam loca secreta & minus poenalia ante passionem domini fuisse, ad quae & sancti descendebant, quia nullus paradysum ingredi poterat, donec Christus rompheam igneam amoveret. Cur in tota veteris testamenti serie nunquam promissus est aditus ad paradysum caelestem sub regni caelorum appellatione, nisi quod nondum patebat decedentibus quantumvis iustis ianua regni caelestis? At vero in primo Evangelij limine magnus ille baptista dominum praecursor, immo & ipse dominus a regno caelorum praedicationem suam aggressus est. Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum. Adest, inquit, iam regnum caelorum, quod tota antea seculis aberat, instat iam regnum Christi, cum sanctis mortalibus manifestandum, quod prius mundo fuerat ignotum, in propinquo est regnum dei deploratis etiam hominibus restituendum, modo respiciant, & mutata prior vita faciant fructus poenitentiae dignos. Non, inquit, refragor historiae sacrae, quam summa religioe observo, miror tamen summos illos viros iustos & Dei amicos admissos non esse ad beatam vitam communionem, & quod mirabilis est, eosdem fuisse apud inferos tetro carcere conclusos. Obsecro te pie lector: ne tantopere mireris, siquidem illud extorgebat illius temporis status, in quo regnavit mors ab Adam usque ad Christum, & is qui habebat mortis imperium, nempe antiquus serpens exercebat in genus nostrum, primi parentis peccato sibi subiectum tyrannidem saevissimam. Esto enim quod Abraham crediderit deo, & reputatus est ad iustitiam. Et Moyses dilectus fuerit deo & hominibus, cuius memoria in benedictione est. Et sanctus Iob, vir rectus & simplex, & timens deum, & recedens a malo, & David testimonio dei probatus, quod esset vir inuictus secundum cor eius; Zacharias quoque & Elisabeth, iusti coram deo; nec non Hieremias propheta, & Ioannes baptista in matris uteris sanctificati. Descendebatur tamen ad inferos, quonia & viri praedicti alijque plurimi, nacti fuerat quandam peccatorum suorum remissionem, atque iustitiam, non tamen omnimoda atque perfecta. Fuerunt, enim, illis remissa peccata & collata iustitia veluti privatae personae, non tamen quatenus erant membra quaedam, communi totius generis humani crimine infecta, quae & si particulatim, non tamen in universum erat tunc temporis abolitum. Nempe hoc est quod ait Apostolus ad Romanos scribens, omnes peccaverunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in Christo Iesu, quem proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae suae, propter remissionem praecedentium delictorum in sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore, ut sit ipse iustus & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi. Erat itaque iustificatus Abraham per fidem in Christum iustitia propria, sed nondum illa communi, qua per Christi passionem totius generis humani corpus erat plene iustificandum. Amicus quoque dei inuentus est legislator, verum minus plena dilectione charus, sed ex parte communi dissidio laborabat, quousque per filium patris genus humanum reconciliaretur. Denique grati fuere deo piensissimus Hieremias & insignis Baptista, nimirum sanctificati, priusquam nati: sed deerat adhuc eis ad gratiam summam, ut per hostiam rerum domino acceptissimam tota generis humani massa in divinam gratiam reponeretur. Et ut ab humanis divina clarescant, tali utamur exemplo. Si forte sint in vna quadam civitate quae sit omnis criminum laese maiestatis obnoxia, nonnulli qui ab offensa tra-
 toque principe privata ratione & peculiaribus officiis fuerint ab eo veniam pro me-
 ritis atque

rit, atque ad pristinam gratiam reducti, ea tamen lege ut secum ipsi haberent, non videri principis sui faciem, nec illius bonis fructuri donec tota illorum civitas obsequio quodam principi suo acceptissimo satisfacta, etque profus reconcilietur, illi profecto tali lege constructi nequaquam haberentur adhuc apud principem suum penitus inculpata, nec et profus accepti, donec totus populus esset eiusdem principis gratiam consecutus, sic, & iusti qui fuerunt ante Christi passionem, deo quidem placuerunt, nec tamen fuerunt perfecte iusti, neque perfecte grati: deerat enim illis adhuc communis illa iustificatio, communisque reconciliatio quae quantum in se esset, cum sanctos Adae filios, sufficienter absolueret a culpa, & in dei gratiam reduceret, nihil enim ad perfectum adduxit. Ilex. Neminem igitur lex fecit perfecte iustum, nam si per legem iusticia, ergo Christus gratis mortuus est, neminem perfecte Deo gratum unde gratificavit nos in dilecto filio suo, neminem a culpa penitus absoluit: unde impossibile est sanguine huiusmodi auferri peccata, neminem simpliciter servavit. Venit enim filius hominis salutare quod perierat, neminem perfecta libertate donavit, hinc illud, si filius vos liberaverit, vere liberi eritis, neminem fecit perfecta dei adoptione filium. At ubi venit plenitudo temporis, natus est deus filium suum factum ex muliere factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Nam quantumvis iusti veteres adoptati fuerint quadantenus ad hereditatem paternam, sed non poterant illam tunc adire, quia nondum plenam filiorum adoptionem receperant, recepturi tamen, postquam ille qui deus ab eterno constitutus erat haeres in universum, fieret in tempore qua homo hereditatis paternae copos. Ius itaque illi habebant ad supernam hereditatem, quia grati deo erant, si quidem gratia dei vita aeterna, sed heredes agere non poterant, quia aditus ad capeendam hereditatem non patebat: erat enim ostium regni caelorum clausum, quia debitum peccato originali contractum haud erat ablatum. Et reuera quatenus in rebus civilibus frequenter visum venit, ut filius quantumvis substantia a patre sibi testate legitimus sit haeres, nullatenus tamen ei concedatur ingressus ad illam, quam patre aere obligata tenet, donec fuerit solutum, sic & si ad Abraham reliquisset antiquos illos iustos hereditario quodam iure vitium terra pertinebat, non tamen patebat ipsis aditus ad illam, quae debito originali iustitiae erat oppugnata, donec per filium dei crucem debitum illud solveretur. Ad celestia iustis regni caelorum ianua, illico iusto olim exules ingressi regnum caeleste facti sunt gratiae hereditatis compotes. Expertus fuit enestigto tantam felicitate beatus ille latro, cui dominus dixit, hodie mecum eris in paradiso. Denique hoc est illud ingens & inestimabile beneficium summa dei hominis magnificentia generi humano abiectionissimo alioqui & deploratissimo diuinitus collatum, quod ex quo innocetissimus ille agnus mundant peccati sublator, in manus patris spiritum suum commendavit, sancti hominum spiritus, si non super sit eis aliquid purgandum, continuo a morte in patris manus alceri dunt, diabolo iam nullam in eos potestatem habente, ut pote patri commendatos. Nam ante Christi mortem magnam, ut ostendimus, ius fuit diabolo trahendi etiam iustorum animas ad quandam inferorum locum. A quo autem tempore filius non in inferno, sed paternis manibus commendavit spiritum, libertatem assueti sumus ab inferno, & veteres illi sancti e carcere tartareo educti inter superos sunt illati, proficitur & dominus Iesus apud Lucam Esaiam prophetam haec eadem per eum ipsum gerenda praecinuisse. Locutus est autem propheta sub Christi persona. Spiritus domini super me, eo quod vixerit me ad annuncian dum mansuetis misit me, ut miederer contritos corde, & praedica rem captivis indulgentiam, & clausis apertionem, & praedicarem annu placabilem Domino.

Caput. xxxj.

Quomodo pro nobis factus sit Christus dominus, maledictum
 ut in nos transferret benedictionem.



Hec forte mirabitur quispiā

& dicit. Esto torqueatur miser diabolus antiquo obligatus maledicto, & meritis cruciatibus perpetuo disjunctus. At qui fieri potuit, ut Iesus Nazarenus agnus dei innocētissimus crucem subierit, diuino oraculo testante esse maledictum omnem eum, qui pendet in ligno, hoc igitur est mirabile valde dei maximi atq; optimi inuentum, ut commodo medicamento mortuum tolleret, & maledicto maledictum solueret. Sustulit enim Christus maledictum illius legis, quacumq; hora ex eo comederis morte morieris, tunc cum ascendit in se, & assumpsit illam legis maledictionem, non quidem peccando, sed in cruce poenam illam dependendo, quæ pro violata lege ceruicibus nostris semper imminerebat. Nec enim fecit nobiscum Christus egit, quam alius quispiam, qui morti damnatum infons ipse & innoxius eximat, ne capite plectatur, malens ipse pro eo mortem obire. **Audi Paulum** hoc afferentem. Christus, ait non redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est, maledictus omnis qui pendet in ligno. Nullum ergo inducat, ut verbis utar hieronymi, quod Christus pro nobis maledictum factus sit, quia & deus, qui eum dicitur fecisse maledictum, ipse cum nesciret peccatum, pro nobis eum fecit peccatum, nempe poenam pro peccato. Et saluator de plenitudine patris exinanuit se, formam serui accipiens, & qui erat vita, mortuus est, & sapientia dei, fatuitas est appellata, ut quod stultum est Dei sapientius fieret hominibus. Et in Psalmo 68. & se loquitur, Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea a te non sunt abscondita: insipientiam suam dicit, haud propriam, sed membrorum suorum, pro quibus passus est, impijs videri insipiens, & haberi, sicut delicta sua dicit, non quæ admisit, sed quæ diluenda suscepit. Insipientia itaque domini nra sapientia est, & illius delictum nostra innocentia, iniuria illius nostra gloria est, sicut & illius maledictio, nra bndictio est. Ille mortuus est, ut nos viuereamus, ille sepultus est, ut nos resurgeremus. Ille descendit ad inferos, ut nos ascenderemus ad celos: ille factus est stulticia, ut nos sapientia fieremus. Ille se de plenitudine & forma dei euacuauit formam serui accipiens, ut in nobis habitaret plenitudo diuinitatis, & domini fieremus ex seruis. Ille pependit in ligno, ut peccatum quod commiseramus in ligno scientiæ boni & mali, ligno deleret appensus. Crux eius amaras aquas vertit in dulcem saporem, & securim perditam, in profundumque demersam, missa in fluenta Iordanis leuauit. Ad postremum, factus est ille maledictio, factus inquam, non natus, ut benedictiones quæ promissæ fuerant Abraham ipso auctore & preuo transferrentur etiam ad gentes, quia in semine tuo, inquit, benedicentur omnes gentes, ac perinde spiritus repromissio per fidem illius completeretur in nobis, eo nempe collata est gentibus benedictio, ut spiritum per fidem accipiant. At quoniam nequirent, qui maledicto essent obnoxii, huiusmodi excipere spiritum, per Christum maledictis abolitis, benedictionibus donantur, deinceps per fidem iustificati spiritus promissa accipiant, videlicet spiritalia virtutum dona, & spiritalium sacrarum scripturarum intelligentiam. Pependit itaq; Christus in cruce, haud culpa: sed voto: nec ut suam, sed nostram maledictionem aboleret. Par igitur est nos qui mirifico passionis Christi beneficio ab execratis in consecratos deo firmus translatis, domini crucem ore pleno glorificare, cum sapiente dicentes. Benedictum est lignum, per quod sit iusticia.

Gen. 2.

Gala. 3.

Gen. 21. Vbi non redemit, lege nos ydone.

Gen. 12.



Ec mireris crucis gloriā dif-

fusam fuisse per totum terrarum orbem, tunc temporis hominibus compertū, cum illa & inferos penetrauerit & celos attigerit. Facit prorsus ad hoc, quod Paulus monet, illuminatos debere esse oculos cordis nostri, ad intelligendum: quæ sit latitudo & longitudo, sublimitas, & profundum. Altitudo & longitudo & latitudo & profundum descriptio crucis est, cuius eam partem, quæ in terra fixa est, profundum appellamus, altitudinem vero illam quæ super terram sublimis erigitur: latitudinem quæ longitudini coniuncta est, illam quæ distenta, in dextram leuamque manus protendit. Quia ergo adueniens Christus sicut Apostolus dicit, tria sibi pariter regna subiecit, hoc enim indicat ubi ait, ut in nomine Iesu omne genu flectatur celestium, terrestrium & infernos Philip. 2. rum, & hæc omnia sua morte vincebat, conueniens mysterio crucis mors quaesita est, ut in aere sublimatus, aeris subingans potestates victoriam de his supernis & celestibus traderet. Ascendens enim Christus in altum capsum duxit captiuitatem, Eph. 4. Expanctas autem manus, quibus totum complectitur orbem, tota die sanctus propheta dicit eum tenere ad populum, qui est in terra, ut incredulos confestaretur, & inuitaret credentes, apertum ostentans latus, ad quod tanquam ad asylum cōfugerent, quotquot seruari cuperent. Ea denique parte, quæ sub terram demergitur, inferni regna sibi subiecit, descendit enim in inferos terræ, & solutis inferni doloribus, victor cum grege beato remeauit ad superos, completumque est illud Zacharia. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Ex hoc compertum habetur, quod non damno aliquo, aut iniuria diuinitatis Christus in carne patitur, sed ut per infirmitatem carnis operetur toti mundo salutem: deus enim in mortem deuenit, & ad inferos usque descendit, non ut lege mortalium detineretur a morte, sed ut per se resurrecturus iannas mortis aperiret: veluti si quis rex pergat ad carcerem, & ingressus aperiat ianuas, resoluat catenas, vincula, feras, & claustra comminuat, & educat vinctos in remissionem, & eos qui sedent in tenebris & umbra mortis luci ac vitæ restituat. Dicitur ergo rex fuisse in carcere, non tamen ea conditione, qua fuerant ceteri, qui tenebantur in carcere: sed illi quisdem, ut poenas soluerent, hic vero ut absolueret poenas dantes: & ad gloriam resurrectionis & immortalitatis inde prouheret. Quamobrem merito qui crucis mysterium agnoscimus, predicamus illa esse principatum domini & regis nostri, quod iam olim vaticinio celebrat Esaias dicens: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius. Quando enim crucem suam ipse portauit, & extitit baiulus sibi crucem, tunc imperii sui vexillum super se tulit. Tunc more Isacar subiecit ad laborandum humerum suum, suscipiens supra se crucem, ut peccata nostra quantauis mole graua portaret. Propter quod opus tam fructuosum, quam laboriosum pater exaltauit paruulum, illum supra omne sublimem quod deus non est, & dedit illi nomen quod est super omne nomen. Id quod idem propheta e vestigio explicat inquitens. Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Quia igitur Christus per crucem victor apparuit tam magnus, & tam potens & agnitus est rex esse regum, & dominus dominantium, merito ipsa crux dicitur symbolum principatus eius, & sublimis gloria, & præcipua meritorum dignitas.

Ephes. 3.

Philip. 2.

Eph. 4.

Esai. 46.

Zach. 9.

Esai. 9.

Esai. 9.

Caput. xxxij.

Crucem Christi fuisse principatum eius per quem subiecit sibi tria regna.

Nec

Caput. xxxij.

F v

Stauricon.

Quod Christi Imperium per crucem multiplicatur, superatis a nobis duabus perturbationibus, voluptate, & dolore.



Im vero si diligenter aduer-

tas tuentes quoque non aliter in nobis regnare Iesum, nisi per crucem & afflictionem, qui enim Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentis. Nonne per tolerantiam crucis, crucifixi multiplicatur imperium, & in longum porrigitur, sic ut patet eius quam apostolis & per apostolos nobis reliquit, nullus unquam futurus sit finis. Hoc enim proculdubio nobis insinuat, in verbo Hæbræo quod sibi ponitur **למ**, le marbe, quod Latinis sonat ad multiplicandum, namque in hac sola vel etiam altera dictione sacrarum scripturarum. **ו** men clausum dictionis medio interferitur, cum alias semper ultimum sibi locum vendicat, ad insinuandum videlicet perfectum principatus Christi circuli ipsiusque pacis eternitatem. Cæterum callidissimus aduersarius noster duabus viis molitur crucis profectibus obistere, duobus nempe affectibus, quibus a lapsu Adæ hucusque in humanum genus sæuissimam tyrannidem exercuit. Voluptate videlicet & molestia, voluptatem enim ut sponte sequimur, sic molestiam fugimus, ac subinde licet propter voluptatem consequendam turpia non modo oblata admittimus, sed negata quoque vi corrumpimus, ita & honesta ob aditum suam molestiam minime sectamur & sese nobis offerentia plerumque renuimus. Ex quo fit ut suscipere deus semper agamur, & modo tristibus constricti satis non faciamus officio, modo lætis effusi in rebus agendis decorum minime seruemus, ac perinde deserto Christi vexillo, in aliena castra transimus, non quod ille cogat perfugas, sed inuitet, & quos trahere nequit reluctantes, ignavos blande allicit: ut tandem pronos in præceps agat, ut seruati carni, & non spiritui, & iam demoni militent capti, non autem creatori suo. In quo potius dolere debemus vicem nostram, quod vincimur, & in miserrimam seruitutem redigimur, quam mirari, quod improbus ille hostis crebris artibus arcem nostræ mentis intraret; siquidem ille machinis eisdem, quibus nos non aliud quam homines, aggredi solet, adoratus est & Christum deum & hominem. Voluptate quidem, cum ieiunatis quadraginta diebus ac noctibus domino Iesu suavit in panes lapides vertere, quo edendi desiderio captus, ieiunandi constantiam frangeret: non tam iudicio, quam nequissimi veteratoris suavit, sed repulsus a domino firmissimo scripturarum telo, recessit ad tempus ab eo quem nec epularum delictis nec gloriæ ambitione, nec regnandi cupiditate superabilem fuerat expertus. At post triennium parat aduersus dominum reparare bellum, tentaturus posset ne quem voluptate nequiterat expugnare doloris modestia vincere. Hanc veluti validiorem machinam posterius adhibuit, citius enim inuenias qui a voluptate abstineant, quam qui vim doloris patiuntur. Propterea vniuersam tristitiarum molem callidus tentator in Christum deuoluit, nam commouit in illum omnes suos discipulos, ut ipsum vel voce negarent, vel indecensi fuga desererent. Excitauit & milites, ut procaciter ei illuderent, prætereuntes, ut improprie blasphemarent, & in summa Iudeos adiecit, ut iniquissime & crudelissime crucifigerent, Nec tamen tatorum dolorum numero, nec tristitiarum magnitudine valuit ducem nostrum de loco mouere, quin sibi constaret, & patris mandatum moriendo perficeret. Quid quod non potuit ipsa tantarum molestiarum vis efficere, ut crucifigentes haberet odio, sed diligebat eos, & pro eis orabat dicens. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Vides quomodo vicerit dominus per hoc ipsum, quo videbatur victus esse, imo non solum sibi vicit, sed & nobis, quibus & comparauit ad vincendum vires, & quos scripturarum telis instruxit, & artem propugnandi nos, & aduersa-

Ex Theo

vbi modestia, lege molestia.

Luc. 24.

Cap. xxxiii.

So. xlvj.

& aduersarium expugnandi docuit, ut incedentes per arma insulsa a dextris & a sinistris, nec aduersis cedamus: nec prosperis alliciamur: sed voluptatum turpium abstinentia, & laudabilem dolorum tolerantia in acie Christiana perstemus: sic fiet, non solum ut reportemus necessariam ab hoste victoriam, sed etiam auferamus ab illo de manibus prædam: et crescat a nobis, & per nos, eorum qui Christo militent, numerus, & insignis quædam seruatorum multitudo. Hi sunt, qui & carnalium delectationum neglectu crucis vexillum non deserunt, et illud spiritualium laborum toleratum humeris suis ferunt.

Caput. xxxiii.

Quod neminem mouere debet, Christum fuisse ad crucem condemnatum, siquidem per illam de communi hoste triumphauit.



Ic quoque locus erigit: ut te

admonitum velim: quisquis es, qui crucifixi negotium nosse pertendis, ne mouearis illis furentis populi clamoribus, crucifige, crucifige eum: nec præsumptione sumorum sacerdotum existimatum eum dignum morte, nec peruersa iniqui præsidis sententia, quibus tanquam reus damnatus est, et morti adjudicatus. Nam per hoc ipsum, quod visus est condemnari, condemnauit proculdubio huius mundi principem et nos fecit in demones, id quod facile intelliges ex sequentibus. Esto Adam iuste mortuus est, peccauit enim: dominus iniuste mortuus est, non enim peccauerat. Igitur vique ad crucifixionem domini iuste præualuit hominibus mors. At quia absque peccato inuentus est Christus, nihil in eo iuris habebat diabolus, ut occideret ipsum. Quare quia diabolus iniuria tradidit eum morti: iure amisit dominium mortis. Per quæ enim quis peccat, per hæc & torquetur, nec lex in superiora, quam necis artifices arte perire suauita demum quia iniuste Christus occisus est, vicit eum a quo occisus est: ac perinde innocens moriens, liberavit hominem a morte, quæ illi iuste inferebatur, ut pote et qui peccauerat. Sic itaque Christus in cruce patiens, ut ait apostolus: conuincit nos cum illo, donans nobis omnia delicta, de lenis quod aduersus nos erat chiographum decreti, quod erat contra ipsum nobis. De cretum dicit patrem, quod deus eum Adam pepigerat, quacumque die comederis morte morieris: quod profecto crucis filio abrafuit, & ipsum tulit de medio affligens illud crucifixi licet penitus dilacerant ne vsque amplius apperet. Nec hoc satis, sed et expoliatis principibus & potestates, s. tenebrarum harum, traduxit confidenter, palam videlicet, ut verus homo erederetur, qui coram multis crucifixus moriebatur. Triumphans, ait, illos in cruce, cum in cruce victos demones ostendit. Triumphus namque ei decernitur: qui deuictis hostibus cum victoria remeans pompam publice ducit, ostentans cathentis constrictos, quos vicerit. In cruce itaque trophæum statuens dominus tanquam in publico theatro: quo maximus sit cum Romanorum, tum Gentilium, & Iudeorum concursus, de demonibus triumphauit. Ineffabili ergo bonitate, & mirabili humanitate filius dei factus hominis filius iniustissime damnatus adeo tacuit, ut miraretur præses. Tacebat enim quia sponte ad patibulum properabat, & moriturus: ascendit crucem, ut sicut ait Apollus, per mortem destrueret eum, quod mortis habebat imperium, & liberaret eos, quod timore mortis, per totam vitam obnoxii erant seruituti. Et quidem domino nostro Iesu Christo alacriter oppetente mortem persuasum est hominibus non solum mortem continere, sed expetere quoque, & ipsam prouocare. Nec immerito cum per eam mors euadatur, secunda, & vera vita inueniatur, & obtineatur. Quare liquet crucem Christi ipsius esse gloriam, quam vidit Esaias, illius damnationem, mundi esse salutem, illius patibulum, &

Ex Theo

Sapientia

Coloss. 2

Genes. 2

Mar. 15

Hebr. 2

Esai. 53

Stauricon.

neo eius. Inimicitias, inquit, ponā: ponā dicit, non certe pono, ne ad Euam hoc per-
tinere videretur, quæ peperit parricidium; quippe verbum promissionis est, quod
transmittitur in futuram tunc temporis beatam virginem, quæ et paritura erat serua-
torem & gestura perpetuas cum serpente, inimicitias. Nam quod sequitur: inter semē-
tium & semen illius manifestissime ad Christum eiusdem beatæ virginis filium spe-
ctat, qui semper aduersus diaboli filios, id est, impios scelestos & flagitiosos erroneos
aut dæmones, aut homines bellum gerit implacabile: nam quod additur iuxta Hæ-
braicā originem, ipsum cōteret caput tuum, & tu insidaberis calcaneo illius, procul
dubio ad crucis mysterium maxime facit. Insidiatus est enim antiquus ille serpens
Christi calcaneo, id est, eius humanitati, quā illā mortis dente momordit, verum tamen
idē Christus ipsius serpentis caput, crucis scipione penitus contriuit, quia illū prin-
cipatu, quem in mortales gerebat, illat. passionis tolerantia fortiter expoliavit. Nam
obsecro cur legem videntes dæmones non tremunt neque timent, crucem autem vi-
dentes sepe tremunt, timent, fugiunt, euanescent, & persecutionem patiuntur, & quo-
cūq; se vertūt, antiquo maledicto pressi pro suo merito cruciant, nisi quia nō in lege
Christus diaboli euacuauit, & dæmones, nec in ea salutē operat⁹ esse: sed in crucis pa-
tibus. Agnoscunt itaque perditionis atque detectionis suæ organum, quod trepidi
fugiunt. Perpetua est denique tam insignis aduersus principes tenebrarū dominicæ
crucis potentia; nam in regionibus ab Hispaniis his tēporibus inuentis, mox vt per
illas dominicæ crucis vexilla tenduntur: ab idolis diffugiunt dæmones, nec indige-
ntis solita responsa reddūt. Quod si ethnicus quispiam respondeat, dæmones deosq;
suos abscedere conspecta cruce, quod illam oderint, non quod timeant, ridiculum
hoc est profecto & nugatorium: nam si oderint, cur in illā vires suas nō intendūt, vt
ipsam demoliantur, quod enim quisque odit, perire cupit. Cur ergo visa cruce diffu-
giunt, nisi quia timent: cur cedunt, nisi quia ei resistere nequeunt: cur trepidant, nisi
quia illa præsentē grauius torquentur: & velint nolint: fallaces eorum artes detegun-
tur, & a pectoribus humanis inuitti expelluntur. Quare liquet inuittos eos hæc om-
nia pati, quod nequeant diuinæ crucifixi potentie repugnare.

Ex Atha.

Caput. xxxviij.

Quod Christus in cruce totum velut orbem complexus cun-
ctas gentes ad se reuocauit.



Pendit item in cruce Chri-

stus, non vt faceret, sed vt staret, nec vt in artū constringeretur, sed vt in vniuersum orbem dilataretur. Stetit, inquit, idem
propheta: & mensus est terram: stetit quippe erectus super pat-
bulum, & totius corporis habitu totum mūdum complexus
est. Ipsa enim species crucis quid est nisi forma quadrata mū-
di: & vt Christianus cecinit poeta: ratione potenti.

Habac.

Sedulius.

Quatuor inde plagas quadrati colligit orbis:
Splendidus authoris de vertice fulget eous,
Occiduo sacre lambuntur sydere plantæ.
Arcton dextratenet, medium leua vergit ad axem
Cunctaque de membris viuit natura creatis,
Et cruce complexus Christus regit vndique mundum.
Stans itaque saluator siue crucifixus, siue resurgens, et cuncta diuino intuitu perspi-
ciens, atque funiculo virtutis suæ vniuersitatem mundi metiens, dissoluit gentes.
Quippe

Cap. xxxviii.

So. xlvij.

Quippe gentes passim dissoluit, adeo vt dissoluto dissipatoque gentilitii cultus erro-
re ad montē dñi preparatū in vertice montū cōfluere omnes gentes, & concurrere
rent populi, idque contritis seculi montibus, philosophis nempe humana sapientia
tumentibus, incuruatisque mundi collibus, principibus nempe alia atque alia dote
prestantibus: ita vt deposito superbiæ tumore, corporum pulchritudinem, dignita-
tes, diuitias, nobilitatem generis, cæteraque mundi bona, quæ in admiratione habe-
bantur, crucis tormentis Christi corpore sanctificatis, & beatis, alacriter postha-
beant. Et vnde tam ardens, tanta subeundi pericula cupido mortalium corda pene-
trauit: proculdubio immixtis acutissimis potentis sagittis cum carbonibus desola-
toris, ab itineribus æternitatis, per quæ quidem itinera æternitatis verbi assumpto
homine dignata est ad nos venire, in nobis habitare apud nos manere, inter nos am-
bulare, nos docere, nobis mederi, pro nobis pati, nobiscum resurgere & ad coslos
ascendere, & quod dignissimum est, non solum sedit ad dexteram patris, sed etiam nos
secum condescendere fecit. Quis vnquam ausuit talia? quis non a se deficiat, vt in Chri-
sto proficiat: quis non temporalia & lubrica itinera deferat, vt per æterna & solida
ad consequendam cūctorum expectandorum summam pergere tendat? Quis bre-
uem, caducam, misse calamitatibus plenam vitam non negligat, vt perpetuam, stabi-
lem, & omni prosperitate foelicem capeat? Si quidem, vt ait Paulus, id quod in præ-
senti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æter-
num gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur,
sed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non viden-
tur æterna sunt. Denique aperta est nobis crucis via per quam incedamus, apposta est
forma cui imprimamur, propositum est æternitatis brauium quod petamus, declara-
tum est mysterium, quod ignorabamus, inopinantes ad beatitudinem allicimur, pro-
ficiences ducimur, nitentes adiuuamur, immeriti ad dei gratiam vocamur, subina-
de promeriti ad æterna gaudia introducimur. Libet optimas gloriosæ æternitatis
vias admirantes cum Paulo conclamare. Manifeste magnum est pietatis sacramen-
tum, quod manifestatum est in carne, & iustificatum est in spiritu, apparuit angelis,
prædicatum est gentibus, creditum est mundo, assumptum est in gloria.


Ex Hier.

2. Cor. 4.

1. Tim. 3.

Caput. xxxviii.

Quomodo crux Christi est Iudæis scandalum, gentibus stultitia,
credentibus autem dei sapientia & virtus.



Qui satis erat diuinissimo

Paulo, nihil aliud putare se scire inter Corinthios nisi Christū
& hunc crucifixū. Valeant superstitiosi Iudæi, valeant superbi
philosophi, valeant tam stulti q̄ spurci Sarraceni, petant Iudæi
signa sicut ad dñm dicebāt, quod signū ostēdit nobis, & Græ-
ci sapiētā querāt, vt nihil nisi quod arte dialectica vel demōstra-
tū, vel probatū sit, admittāt, furiant armis et cædibus Turci infe-
rissimæ humani generis pestes: at nos cū Paulo nō erubescimus euangelii: virtus. n.
dei est in illo: hac vna sapiētia gloriamur scire Christū & hūc crucifixū. Et ideo prædi-
camus Christū crucifixū, & si nouerimus hac prædicatōe offendēdos esse Iudæos: est
n. illis scādalo audire Christū mori potuisse, quē illi quasi imortalē spectabāt, dicebat
n. nos audiuimus ex lege q̄ Christus manet in æternū, nō intelligētes q̄ primū illū pa-
ti oporteret, & sic intrare in gloriā suā. Ergo quia signis affuetti Iudæi, signa quibus ma-
xima dei virtus ostēdere efflagitantes, Christi crucē morteq; audiūt, nimis perturbate
offendūt, & in lapidē offensōis, & petram scandali incidunt. Est quoque eadem cru-

1. Cor. 2.

Ioan. 6.

Ioan. 12.

1. Cor. 2.

crucifixi prædicatio habita gētibz stultitia. Stultū, n. illis videtur evangelium crucis quo denunciat, crucifixum esse deum: & quod in tantum fuerit diuina maiestas delecta, vt pro mortalibus autor vitæ moreretur. Eodem errore conuoluuntur & Mahumetei. Ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis, id est, credentibus ex vniuersis, qui peculiari quodam dei in statu sic vocati sunt ad fidem excipendam, vt crederent & cognoscerent Iesum Christum esse magnam illam spectatissimamq; dei virtutem & dei sapientiam, fuit quidem passio Christi virtus, quia potentia dei latentis, per quam debellauit humani generis hostes, fuit ipsa passio hominis. Hoc enim vno armatus telo, cruce videlicet, cum aduersario manum conseruit, victoriamq; cōsecutus est. Item eadem crucis tolerantia apparuit vocatis sanctis sapientia dei, eo quod non vi sed iure quodam, & diuina quadam arte hominem a diaboli tyrannide liberauit, vt dum in innocentem ausus est manus inferre, ius illud amitteret, quo sibi nocentes subdebanur. Quare si virtus quaeritur, quæ maior illa quæ deus illa morte hominem reuocauit ad vitam? Si autem sapientia exigitur, quæ profundior illa, quæ sic homo a dominatu diaboli ereptus est, vt non possit ille calumniari se potentia potius robore quam iustitia lege fuisse præda sua expoliatum? Grandia sunt hæc & mirabilia sed omnino vera firmiq; ratione constant; quia quod stultum est dei, sapientius est hominibus. Visa est enim crux Christi gentibus insipientia: sed illa serpentem illum antiquum, illum callidorem cunctis animantibus prudentissime fefellit, & pulchro stratagemate interceptit, hominemq; a miserima seruitute afferuit, quod nullus hominum per suam sapientiam ante Christum præstare vnquam poterat. Est namque cōpertum philosophos gentium frigidis quibusdam & inutilibus rebus vacasse, aut incertis, infirmis & imperfectis studiis insudasse, quibus nequiterunt salutem mundo peperisse. Ad hæc eodem modo quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Nam quamuis ex impotentia quadam visus sit Christus crucifixus & esse mortuus, id tamen longe est humana potentia fortius. Quod enim gigantes euadere non poterunt, infirmis crucifixi euasit, qui & si factus est tanquam homo sine adiutorio, dū moritur, fuit tamen inter mortuos liber, quando vi sua reuixit. Quid? quod per hūc qui sit visus infirmior, fortis ille dæmon sic est prostratus, & coercitus, vt quo magis aduentibus multis, furore tartareo percussis tentatum est, crucifixi nomen extingueret, eo magis floreat ac polleat. Nam crucis euangelio cessit Hebræorum religio, Græcorum philosophia, & Romanorum potentia: neque id casu euenit, sed diuino consilio. Indictio est q; crucis titulus trilinguis symbolum factum est. Quod potentissimi gentium quales Romani, & sapientissimi quales Græci, & religiosissimi quales Hebræi, Christi regno subiacendi essent, & ipsius crucem prædicare deberent, quod ita gestum fuisse compertum habebit, quisquis ecclesiasticas historias perlegerit. Hebræus erat Saulus, qui & Paulus, ecclesiæ Christi acerrimus persecutor, sed mutatus dextera excelsi in prædicanda cruce plus omnibus laborauit. Græcus erat Dionysius Areopagita, & crucifixio totam Platonis sapientiam subiciit. Romanus erat Clemens, Romanus & Victorinus rhetor: sed quicquid orationis vi poterant, Christianæ simplicitati summittunt. At quis esset orationis finis si pergerem narrare quomodo apostoli per totum orbem dispersi euangelium prædicarint, ita vt quidam Persas Indosque penetrarint, alii Aethyopas adierint, sicut scriptum est, Aethyopia præueniet manus eius deo. Alti ad Italos, Gallos, Hispanos, & vsque ad vltima Tyle crucis vexilla circumtulert. Completumque est illud psal. 64. Turbabuntur gentes & timebunt qui habitant terminos a signis tuis. Discipulis Christi vbique terrarum notam miracula & inaudita prodigia frequenter ac passim edenubus.

Caput. xxxix.

Quam

Quam late pateat gloria crucifixi.



Inimvero quā late pateat cru-

crifixi gloria, scripserit, si Habacuc prophete verba recēserā mus, quibus ille gloriosissimum domini triumphū admirabū dus cecinit dicens. Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra, splendor eius vt lux erit. Operuit, ait, cœlos gloria eius, quod si id alto maius est, eo q; ab ipso tegitur, excelsior cœlis factus est Christus, superatq; non modo qua deus est, sed etiam qua homo vniuersali gloriam, non tantum hominum, sed etiam angelorum, nam vt ait maximus Theologus, purgationē peccatorum per se ipsum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, tanto melior angelis factus, quanto præ illis differentius nomen hæreditauit, cui enim dixit aliquando angelorū, filius meus es tu, ego hodie genui te? Et cum rursus Introducit filium in orbem terrarū dicit, & adorent eum omnes angeli eius, & ad angelos quidē dicit, Qui facit angelos suos spiritus, & iunxit stros suos flammam ignis. Vides, vt his dicit Paulus, vbi purgationis peccatorū per crucem factæ meminit, statim subiunxit resurgētis exaltationem vsq; ad dexterā patris, & quod tanq; filius ab angelis adoretur, & illi ministrent. Quid mirum? q; spiritus illi cœlestes venerentur sedentem sublimi loco, qui recenter nato ceciderunt exultantes. Gloria in excelsis deo: & a tētatone accesserunt angeli & ministrabāt ei, Nam q; imminēte iam morte anxio Iesu, atq; in agonā apparuit angelus cōfortans eū, ministerium fuit infirmitati carnis exhibitum, nō excellentioris dignitatis indicium. Alioqui idem angeli in vestibus albis cōspicui, & facie fulgurāte admirabiles gloria tertia die resurgētis celebrarunt, illamq; religiosis mulieribus pientissime dominū queritibus alacri nuncio tradiderunt. Et iterum cum euntem in cœlū, nubes lucida suscepisset dñm ab oculis discipulorū, idem spūs cœlestes clarissimam abeūtis & redsturi maiestati simili habitu fulgentes admirantibus denunciarunt. Iam vero in cœlum subuectus glorificatus est a patre ea gloria, quā habuerat apud patrē, antequā mundus fieret. Exaltauit, n. illum deus propter obsequium crucis, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium terrestrium & in fernorū, & omnis lingua confiteatur, q; dominus Iesus in gloria est dei patris. Inde & laudis eius plena est terra, nam misso decimo ab ascensu die cœlitus spiritu sancto super apostolos, breuissimo temporis curriculo diffamātū est Christi euangelium per terras tractusq; maris cœlumq; profundū, velociter enim currit sermo eius & in omnem terrā exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorū & vbique gentiū acclamatur. Domine dominus noster, quā admirabile est nomen tuū in vniuersa terra, quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos, sic operuit cœlos gloria eius, sic & laudis eius plena est terra, vt regnāte per crucē Christo gloria spiritus laude totus gaudeat, & exultet vndiq; mundus: deniq; laudatur simul & glorificatur trīphator noster, sed discreta si vis ratioe, glorificatur, qua deus est, laudatur, qua homo, glorificatur bonitatis author, laudatur sanctitatis donator, glorificatur creator, laudatur redemptor, glorificatur tanq; gratificator, laudatur vt glorificator. Ab angelis glorificatur, quia illorū impleuit ruinas, ab hominibus laudatur, quia illorū abstulit miseras, ab vtriusq; pro vtroq; laudandus, ab vtriusq; pro vtroq; patiter glorificandus mediator dei & hominum deus & homo Christus Iesus, quoniam vtriusq; tam angelis quam homines vident gloriam eius, gloriam quasi vniuenti a patre.

Caput. xl.

Quod dominus crucifixus splendore suo docet in se ipso quam multiplex sit Dei sapientia in reparando homine.

G



Verò series ipsa textus pphe

tici postulat, vt quantum nobis dñino munere datur, exponamus, quo sensu prædictum sit de domino crucifixo splendor eius, vt lux erit, Ergo crux Christi non solū nobis mortalibus, sed & angelis cunctisq; in cælo virtutibus profuit, & aperuit sacramentum, quod ante nesciebant, hic non est meus sermo, sed quem docuit christiger Paulus inquitens, vt innotesceret; nunc

Ephes. 3.

principatibus, & potestatibus, in cælestibus per Ecclesiam multiplex sapientia Dei, secundum propositum seculorum quam fecit in Christo Iesu domino nostro. Quod dicit tale videtur esse, si modo nos illud aut mente concipere, aut verbis explicare valeamus. Quod multifaria Dei sapientia manifestatur in vniuersis mysteriis, quæ ad Christum pertinet, principibus ac potestatibus, quas sanctas ministrasq; dei cælestes virtutes accipere debemus, id quod fieri videtur hoc pacto. Namq; summa illa & beatissima trinitas in primis homini Christo reuelat arcana, quæ Christus deinde cælestibus spiritibus tradit, vt per Ecclesiam cælestem deferantur in terrenam, a qua suscepta diuina quadã dispensatione in dies exhibentur, explentur atq; perficiuntur, quæ quidem dum re ipsa complentur, & exeruntur, innotescunt illis angelis, qui illa vel non omnes, vel non plene cognouerant, illorum enim voces sunt apud Esaiam.

Ex Hiero nymo.

Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de bosra; quibus per se respondet dominus. Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum, & in psalmo. Quis est iste Rex gloriæ? Ergo & superiores, & inferiores spiritus aliquid ignorauerunt de mysterio crucis, quod non tam ab hominibus exceptum, quam in hominibus perfectum & explicatum reuelante Christo dicitur, sic splendor eius nempe Christi factus est, vt lux, nam qui ab æterno fuit, secundum qd deus est, vera lux, factus est vt homo, lucis splendor, & vt verus sol iustitiæ clara in luce radiant, vel splendor Christi, vt lux fore dicitur, quia cū sit iuxta apostolum, splendor gloriæ paternæ, et lucem habitat inaccessibilem, atq; sperat splendorem quendam captui cum hominū tum angelorū, aptū, quo arcana illa quæ in ipso fulgentissimo diuinæ lucis fonte nequeunt penitus & omnino comprehendere, sub cōmunicato sibi diuinitus lumine facile apprehendant, ac perinde plene ac distincte cognoscant, multiplicem sapientiam dei, secundum præfinitionem seculorum. Proposuit enim paterna mens, vt aliis atq; aliis seculis alia atq; alia præsignarentur, & gererentur Christi mysteria. Vide autem quo modo non solū varia sit, sed multa quoq; varietate distincta dei sapientia in prædicendis, proferendis atq; perficiendis dñi nostri Iesu Christi sacramentis. Respiciat cunas Christi, respice pariter & cælū, vagientem in presepi intueris infantem, sed angelos simul auscultat laudantes, Herodes persequitur, sed adorant magi, ignorant Pharisæi, sed stella demonstrat, Baptizatur a seruo, sed vox desuper intonantis auditur, aquis mergitur, sed columba descendit, imo spiritus in columba; ad passionem venit, & patitur, vult transire calicem, & Petrum quia calicem timebat, accusat. Quid hac stultitia prudentius? varietate distinctus, sapientia obscurus? quam fecit deus in Christo Iesu dño nostro. Quid mirabilius? quid expetibilius? quid felicius? quæ q; supra omnē creaturæ expectationem & supra omnem illius cogitationem inscrutabili Dei consilio euenit, vt incarnato dei verbo, ex contrariis contraria sint effecta: nam per in firmitatem potentia successit, per mortem vita, per ignominiam gloria, per villoradentique sunt consecuta, quæ Deum maxime decerent, & quæ hominibus & angelis maxime prodesent. Quare merito egregius ille psalter Israel, cui constitutum est de Christo domino, admiratus tam variam tamq; mirificam dei sapientiam in homine re

Esai. 6.

Psal. 11.

parando adclamauit. Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est. & non potero ad eam; quasi dixerit, pretergreditur me scientia tua & nō possum secreta tua scire,

vt in profundum sapientiæ tuę mens mea per se non potest intrare, nisi splendor lucis tuę mihi illuxerit, vt multifariam sapientiam tuam, vel ex parte cognoscam. Mirare tu quoq; pie lector variam dei magnificentiam, & mirabilem scientiam, & profundam præfinitionem, atque operosissimam in te instaurando artem; quod si eam nō potes comprehendere, fateri inco prehensibilem, & nihilominus utcum que diuinitus munere quadantenus apprehensam reuerenter suscipe, & grate magnifica. Quod vt plenius prestare possis, præter ea quæ supersus sunt memorata, pauca quædam alia de multis illius operibus pro te misitice gestis perstringam. In primis ex muliere natus est, vt Euz præuaricationem deleteret; accepit quæ erant nostra, & dedit nobis quæ erant sua; filius hominis dictus est, vt te in filium adoptaret dei; homo appellatus est, vt te deum vocaret; viator factus est, vt te sine labore faceret; nauigauit, vt te sine timore redderet; lapis cæsus est, vt te a seruitio liberaret; baptizatus est, vt te illuminaret; super asinum sedit, vt te super Cherubim sedere faceret; sicut, vt te proprio potaret sanguine in cruce non tanquam fenum, sed tanquam testa aruit virtus eius, vt amoris igne in crucis craticula concocctus, panis fieret solidus, quo tu satiatus conforteris; mortuus est, vt tibi immortalitatem donaret; sepultus est, vt facer esset ager eius precio emptus in sepulturam peregrinorum; surrexit a mortuis, vt te secum viuificaret; eleuatus est supra cælos, vt te secum supra sidera tolleret. Quid dicimus ad hæc? Si deus pro nobis, quis contra nos? qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quo modo non etiam cum illo omnia nobis donauit? quid dicemus ad hæc? nisi illud. Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Quid faciemus ad hæc, nisi gratias agere domino deo nostro: & quæ gratiam rebus nequitiis referre, eam vel animis cumulatissimā habere, & tandē ino de peccatore expromamus illud. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo.

Caput. xli.

Quam fuerit extrema charitas, qua Christus pro peccatoribus mortuus est.



Reverttere vero nullo mo

do possum, quia hoc in loco subnectam verba doctoris gen Ro. 5. titium, quibus scribens ad Romanos explicare nititur extimam illam & ingentem charitatem, qua nos dilexit Pater cælestis, cum filium suum morti pro nobis peccatoribus tradidit. Vix, n. ait, pro iusto quis moritur, & veluti sententiam corrigens, euestigio addidit. Nam & pro bono feruam si cum peccatoribus essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. Multo igitur magis nunc iustificati, in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Queritur quid sit inter iustum & bonum, vt citius inuentas optantem mori pro bono quam pro iusto. Origenes iustum intelligit hominē, bonum vero deum, iuxta illud saluatoris. Vnus bonus, nempe deus: promissus Matt. 19. autem est pro deo bono, quam pro homine iusto vitam expendere. Diuus Ambrosius iustum accipit pro viro iustitiæ exercendæ studioso, bonum autem pro simplici & innocente. Modo licet iustus sit melior, causa tamen innocentia miserabilior, quam iustitiæ, quia non est huiusmodi iustitia sine feritate, cui

Psal. 138.

parando adclamauit. Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est. & non potero ad eam; quasi dixerit, pretergreditur me scientia tua & nō possum secreta tua scire,

haud libenter ardet humana infirmitas. Paratiores ergo inuentas, qui mortem optant pro innocentibus, ac simplicibus, quam pro eiusmodi iustis. Afficiuntur enim mortales ad similes, Sacer Hieronymus eundem locum pertractans ad Augustinum, questione septima. Post multa iustum, ait, ac bonum non putemus esse diuersum, nec aliquam proprie significare personam, sed absolute iustam rem & bonam, pro qua difficulter, sed interdum aliquis inueniri potest, qui suum sanguinem fundat. Sic & aliqui nullum faciunt in eodem loco discrimen inter iustum & bonum, & putant Paulum concessione fuisse usum, ut sit sensus difficulter pro iusto quis moritur, recepto tamen quod aliquando pro bono, id est, iusto, aliquis moriatur, ad huc commendat deus charitatem suam in nos, quod pro impiis mortuus est. Qui sensus absque ullo scrupulo esset admittendus, si verba Pauli haberent, quod si pro bono forsitan quis audeat mori: illud enim, quod si, concessionis esset nota. Cum vero habeant, nam pro bono forsitan quis audeat mori, aliquid diuersum a iusto videtur inferre. Hęc enim verborum series correctionem potius quam concessionem denotat, iam vero obsecro candidum lectorem, ne sibi temerarium vel inuidiosum videatur. Si ego velut homuncio quidam inter gigantes meditari ausus, post tam insignes auctores sententiam meam quasi subsidiariam apposuero. Videtur ergo mihi Paulus hoc in loco tria quaedam hominum genera inter se diuersa contulisse, iustos, bonos, & impios, Iustos, inquam, non ea generali iustitia, quę virtutes in se complectitur omnes, sed pro speciali quę in commutationibus vtrinque exæquantis versatur: bonos autem non ea communi probitate a qua in vniuersum viri boni dicuntur, sed ea quam benignitatem vocamus, cuius opus est beneficentia, unde benefici dicuntur: Impios demum quoslibet peccatores, si quis dem nulla est morum prauitas quę pietatem non violet. Iam confer singulos in alios. Iusti reddentes debita creditoribus suis, non modo non obligant eos tali officio, sed oportet adhuc eosdem illis habere gratias, tanquam vsos alienis. Boni, id est, benefactores, cum beneficiarios suos condonationibus aut muneribus afficiunt, proculdubio eos ad gratiam pro loco & tempore referendam adstringunt: impii autem non tantum nullatenus promerentur officium, sed paria etiam sceleribus suis supplicia commerentur. At raro inuentas beneficiarium ita gratum, ut pro benefactore moriatur: rarius creditorem, qui pro iusto, id est, reddente sibi debita expendat vitam. Iam vero quis aget animam pro impio presentanea morte digno? magna itaque virtus est, emori pro bono, cui gratiam debeas, maioris pro iusto, cui nihil debeas, maxime vero pro eo qui iuste sit interimendus. Propterea insigni augmento commendat charitatem suam Deus in nobis, quia non pro bonis, quis enim prior dedit illi & retribuetur ei: non pro iustis, cui nemo est soluendo, sed pro maximis peccatoribus iniquas aduersus ipsum fouentibus inimicitias, clementer demortuus est: id quod non vti que humane, non angelicę, sed sublimitatis cuiusdam honestatis, atque solius diuinę charitatis fuit opus, ac perinde adeo excelset, ut & hominum & angelorum captum longe superet. Hęc enim est pax dei, quę exuperat omnem sensum. Vidēs tandem quam artificioso incremento gentium doctor diuinam charitatem amplificari? Vide tandem ut spem nostram in summam bonorum exerit, in hunc modum concludens. Multo igitur magis iustificati in sanguine ipsius saluti erimus ab ira per ipsum.

Caput. xliij.

Quod maximam licet nobis habere spem penite
patrem per filium crucifixum.

Quanta



Quantā vero spem liceat nobis

per Iesum christum dñm nostrum crucifixum in patre cœlesti collocare, constat vel maxime ex hoc loco, quo ostenditur tantā fuisse clementiam atque dei benignitatem in nos, ut per mortem filii sui dilectissimi ex infirmis firmos reddiderit, ex peccatoribus iustos, ex impiis pios, ex inimicis amicos, Nam qui pro infirmis est infirmatus, usque ad crucis tolerantiam, quanto magis firmatos roborabit ad immortalitatem: Et qui pro peccatoribus factus est iustus super plerumque, quanto amplius iustificatos in perfectam promouebit iustitiam: & qui impiis ignouit, & illuxit, quanto liberius iam colentes patrem in superiorem quandā dei parentis agnitionem, suauissimamque dilectionem attollet: Et qui inimicantibus sibi liberalem prestitit reconciliationem, quanto magis reconciliatis perpetuam seruabit amicitiam? Nihil ergo mali sanctificatis Deo per crucifixum timendum est, nihil boni expectandum. Quoniam si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo igitur magis iustificati nunc in sanguine ipsius saluti erimus ab ira per ipsum. Aqua ira? Nempe a iusta dei vindicta, quę exercetur in omnes filios Adæ peccato obnoxios, qui hanc miseram vitam agunt, & a ventura atque extrema illa, quę vniuersos infideles, & peccatis suis deploratos fideles perpetuo igne conuoluet. In demnes enim ab illa ira dominus proculdubio iustificatos suos seruabit, nam qui manus negotii suscepit pro indignis, quod minoris difficultatis est, prestabit iam dignis, vel potius ab eo dignificatis. Erigat se ergo humana fragilitas, non desperet, non se collidat, non dicat, non ero, non dicant peccatores defecimus in peccatis nostris, Nūquid deus vult mortem peccatoris, pro quo ipse mortuus est? nunquid non vult magis ut conuertatur, & viuat? nonne spem nostrā sua adimplet bonitate deus? dum eleuenter inuitat, ut veniam petamus, & cessantibus offert indulgentiam. Nonne ad vitę expectationem nos firmat? quum temporaneā & opportunam pro nobis mortem subitiprofecto illam maxime & inconcussē confirmat, quod ita se habere irrefragabiliter arguit Paulus dicens. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati saluti erimus in vita ipsius. Qui ergo donauit inimicis mortem suam, quid seruat iustis nisi vitam suā? qui promissit deus est, & ex Augustini venit ut promitteret, apparuit hominibus, venit suscipere mortem nostrā, promittere vitam suā. Quid tibi promissit deus, o homo mortalis? quod victurus es in æternum, non credis? crede, plus est iam quod fecit, quā quod promissit. Quid fecit? mortuus est pro te. Quid promissit? ut viuas cum illo, incredibilis est, quod mortuus est æternus, quā ut in æternum viuat mortalis. Iam quod incredibile est tenemus, si propter hominem mortuus est deus, nonne victurus est homo cum deo, non est mortalis victurus in æternū, propter quē mortuus est qui viuat in æternū? Sed dices unde mortuus est deus, & quomodo potest mori deus? Au di accepit ex te, unde moreretur pro te, non posset mori nisi caro, non posset mori nisi mortale corpus, in diuit se vbi moreretur pro te, induit te, vbi cum illo viuas. Vbi se induit morte? in virginitate matris, vbi se induit vita? in equalitate patris. Et quę tanta necessitas fuit immortalitatis, ut indueret mortē pro mortali? nonne aderat deo alia ratio, qua mortale reduceret ad immortalitatem, nisi fieret ipse mortalis? Illustris ad hoc habetur Augustini responsio. Non alium modū possibilem deo dicimus defuisse, cuius potestati cuncta æqualiter subiacēt, sed sanandę nostre miserię cōuenientiorē alium modū non fuisse, nec oportuisse. Quid, n. tam necessarium fuit, ad erigendam spem nostrā, mentesque mortalium conditione ipsius mortalitatis abiectas ad immortalitatis desperatione liberandas, quam ut demonstraret nobis, quātū nos penderet deus, quātū magis diligeret? Quid vero huius rei tanto isto indictio manifestus atque preclarior, quā ut dei filius immutabiliter bonus, in se manes quę erat,

& a nobis pro nobis accipiens quod non erat, præter suæ naturæ detrimentum, nisi dignatus intrare consortium, prius sine vilo suo malo merito nostra mala perferret, ac sic iam credentibus quantum nos diligit deus, & quod desperabamus iam sperantibus dona in nos sua sine vllis meritis nostris in debita largitate conferret: Quia & ea quæ

Ephes. 2.

Caput. xliij.

Quod nihil est quo debeat homo cadere ab spe quæ est in Christo Iesu.



Deus si quispiam tam pusillo sit

animo, ut inter tanta fiducia in Christo habenda argumenta adhuc non satis fidat, aut aduersariae potestatis terrore distractus, aut à diaboli criminationibus timens, aut scelerum suorum, atque flagitiorum conscientia confusus confugiat ad Christi vexillum, ad quod non audeat accedere ille, qui factus est, ut nullum timeret, nisi eum, qui fuerit cruce signatus. Crucigeros enim valde timet, sicut superius pluribus ostensum est. Calumnias autem demonis facile eludit, qui prius dicit iniquitates suas, & coram deo iustificatur: ut iam veluti insultans calunias tort, deo gratias agat, cum propheta dicens, Draco iste quem formasti ut illudatur et a sanctis tuis. Enimvero tam nihil fecit Apostolus calumnias diaboli, ut illarum meminisse non sit dignatus, quando ostendit iustificatos, nec patrem, nec filium sensuros criminatores, sed potius filium apud patrem interpellatorem idoneum ad diluenda omnium confugientium ad se crimina. Quis, inquit, accusabit aduersus electos deus? tuus est, qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis: nihil minus, tantum enim abest, ut Christus aut nos condemnent, aut accusent, si sub illius crucis umbra persistimus, ut in cruce pendens extenderit manus suas, ut retribuere cum aliis, tum sui crucifixoribus benedictionem olim promissam Abraham, pro quibus & sedulum apud patrem interpellatorem, egit, ignorantiam illorum veniæ obtinenda prætexens, in hæc verba, Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Nec fuerunt preces inanes, sed exauditus est pro reuerentia sua, quod si non omnibus parcitum est, nequaquam id accidit, aut patientis defectu, aut precantis culpa, sed eorum qui respicere noluerunt, fueruntque rebelles lumini sese illis etiam inuitis ingerenti. Alioqui precibus Christi debetur, quod Centurio videns ea quæ fiebant, glorificauit Deum, dicens, Vere filius Dei erat iste, & quæ omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum illud, & videntes, quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebatur: quod manifestarunt pœnitentiæ signum. Ex horum quoque numero fuerunt illi, quos beatus Petrus mox ab spiritu sancto recepto diuino quodam sermone de heredo sacrilegio in Dei filium ab eis perpetrato admonuit, terruit, & ad fidei spem baptismum quoque poenitentiam perduxit. Ex eisdem quoque putari posse bonam partem eorum, de quibus Iacobus ad Paulum dixit. Vides frater, quot millia Iudeorum crediderunt. Auget & vehementer fiduciam nostram, mirabilis ille latro, quia dextris Christi pendens, sic umbra domini tactus est atque excitatus, ut mundi regnatorem tanta alioque cruciatum nube obscuro agnosceret, ac perinde suorum scelerum conscitus, Iesu innocentiam profiteretur, ac velut suæ furcæ oblitus vel certe negligens, pro domino patronum aduersus alterum deo improperantem fortiter ageret. Mirabile dictu, a crucifixo regnum

Psal. 103.

Rom. 8.

Luc. 23.

Luc. 23.

Act. 2.

Act. 21.

Luc. 23.

regnum celorum fidenter expetit, & audire meretur, hodie mecum eris in paradiso. Nullum ergo crucis fides deterreat, non enim grauis admodum aut difficilis haberi debet, quam de crucifixo habere quoque potuit latro crucifixus. Et quo alio magis spes nostra erigi possit, quam quæ per crucem latro in paradisu est inuectus? Ille fur, latro, scelerosus, sanguinolentus, in cruce credit, in cruce confitetur, quærit & inuenit petit & accipit, & pulsanti paradisi ianua aperitur, quæ tot sæculis fuerat clausa. Non fuit aperta Abel, non Noe, nec Abraham, non alicui prophetarum, & patuit latroni. Quare hoc? Quia iam appropinquauerat regnum celorum: quia regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: quando peccatores per poenitentiam rapiunt illud, quod ipsorum meritis non debetur. Cedit itaque beato latroni cherubin & romphæa flammæ aqua de latere Christi profluenti poenitus extincta, liberum aduentu prebet ingressum. Nec ægre fert paradisu latroni se calcandum prebere, cuius sentit pedes agni immaculati sanguine aspersos, & aqua mundissima ablutos. Quin & insignem crucis vexillo celorum proceres orantes excipiunt, nec non pater ille celestis libenter agnoscit victoris filii tyronem simul & emeritum, ipsum quoque gloria & honore decorat lecta hucus. Hæc sunt Christianæ expectatiõis incitamenta tam certa & firma, ut plane insanus sit abendus, qui eis prorsus non crediderit, tam obuia cum sit & exposita, ut nemo possit esse tam flagitiosus, aut sceleratus, aut impius, quin si respiscat, & se peccato rem fateatur, & vere poeniteat ventam consequatur, & gratiam, & ad paradisu intro ducatur, modo confugiat ad arborem vite, quæ fixa plantataque in medio mundi per singulos anni menses fructus profert vitales. Quamobrem quotquot variis calamitatibus agitati laboramus, quotquot grauium peccatorum sarcina premimur, propere confugiamus ad eum, qui traditus est propter delicta nostra, resurrexit propter iustificationem nostram. Ibi nempe inuentem iugum Christi suauis, quod in veram libertatem nos asserat, & onus patibuli leue, quod in terram non deprimat, sed in celum subuehat. Dent quoque ausculetum Paulo & fortissimum solacium habeamus, qui confutimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam & firmam, & incedentem usque ad interiora velaminis, ubi præcursor pro nobis introiit Iesus, secundum ordinem Melchisedech, pontifex factus in æternum.

Luc. 23.

Ex Chry
sostomus

Rom. 4.

Hebr. 6.

Caput. xliij.

Quod mutuam in omni maxima beneuolentiam tenemus Christo rependere.



Iustificati igitur ex fide pacem

habeamus ad deum per dominum nostrum Iesum Christum, per quem accessum habemus per fidem in gratiam istam in qua astitimus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei: non solum autem sed etiam gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, spes, inquit, non confundit. Id est non pudefacit sperantem, quia illa sequitur semper optatus euentus. Quomodo charitas dei qua ipse nos diligit, & qua facit, ut nos illum diligamus maxime firmitatem nostram spem, eo quod certum habemus & exploratum illud nobis præbatur, vel obmutuam amicitiam. Quæcumque bona ab ipso expetimus, siquidem & bene nobis vult, & potest quicquid vult, his enim duobus voluntate scilicet & potestate omnium diuinorum humanorumque operum constat effectus. Et ne nobis ipsi desimus, datus est nobis spiritus sanctus qui adiuet nostram infirmitatem, & nobis credenda suggerat, speranda proferat, diligenda præcipiat. Quis prope ab spiritu sancto illuminamur fide qua dei verum cognoscimus,

Rom. 5.

Num. 20. ad Inculenta spiritualis solitudinis deserta. Vtrga item bis percussa petra Ore vber
res supra fide aquas effudit, quibus satiati filii Israel tanto prius tempore presciter, 1
1. Cor. 10. fatuūm aliquando, vt firmissima quaedam & singularis petra, qui iuxta Apsum, est
Christus eructis signo percussa vitales funderet aquas, quæ omnium mortalium sitim pes
Num. 21. nitus restinguarent. Interibat & populus ab ignitis serpentibus percussus, erigitur in
vertice montis aeneus serpens, & quotquot aspiciebant in illum, statim sanabantur
Iob. 41. 33. quia sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, sic oportuit exaltari nempe in cruce
solum hominis, vt omnia qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æteri
nam. Ad hæc tendens in cœlum manus Moyses figuram crucis exprimebat: atq;
illo tali habitu orante, expugnabat Iosue Amalechitas, nec satis erat ad comparandã
de hoste victoriam, orasse, nisi crux accederet: sic enim habet scripturæ series. Nam
Exo. 17. cum leuaret Moyses manus, vincebat Israel, sin autem paululum remisisset, vincebat
Exodi. 15. Amalech. Mittitur quoq; lignum in aquas Marath, & dulcescunt: quia cruce sua Chri
Num. 13. stus amara omnia vertit in dulcia, & legis absynthium, in mel transtulit euangelicū.
Exploratores mittuntur ad terram sanctam: botrus referitur in ligno: & Christi bre
uiter passio demonstratur. Nam in cruce velut, in torculari botrus illius, qui ait, Ego
Iob. 41. 15. sum vitis vera, calcatus & expressus odoratissimo & suauissimo cœlestis vini liquore
totum perfudit orbem. Hinc Psalmus octauus pro torcularibus inscribitur, in quo
victoris per crucem Christi ex ore infantum atque lactentium laude perfecta gloria
Esa. 65. sus decantatur triumphus. Et apud Esaiam dominus inquit: torcular calcatus solus,
Denique huius diuisi botri musto pleni, Apostoli loquebantur variis linguis magna
Iosu. 3. lia dei, Iosue quoque filius Naue: qui Moysi successit in populi ducatu. Clypeum, vel
vt in Hebræo habetur, hastam manu sua leuat, & vndique verbis Haec caduntur habi
tatores & manibus Iesu Christi filii dei crux tollitur, et terræ cultores ab his quorū
Iosu. 8. conuersatio in cœlis est, passim prosternuntur. Mox a victoria Rex Hai iubente Iosue
Origene. in ligno gemino suspenditur, diabolus scilicet in cruce Christi, quæ geminatio
nes. ne consistit: quia et visibiliter dei filius in carne crucifixus est: et inuisibiliter diabolus
cum principibus et potestatibus suis transfusus est. Crucis nempe clauis sauciatus
Psal. 88. diabolus in spoliis humiliatus est a Christo ad quem Psaltes inquit. Tu humiliasti
Iudic. 6. sicut vulneratum superbum. Hieroboal quoque sub arbore, vt legimus, quercu ac
cepit oraculum: vt a potestate alienigenarum in libertatem dei populum vendicaret:
nec mirum si Gedeon electus ad gratiam sub umbra tam tum sacre crucis et venera
bilis sapientie prædestinato future incarnationis mysterio victorie crucifixi signifi
Psal. 90. cationem portendeat. Nonne videtur et crucifixi habitum ad viuum, Psalmogra
phus effigisse, cum credenti Christo addit animū dicens, Scapulis suis obumbrabit
Iosu. 8. bi et sub pennis eius sperabis? Sane nobis extendit manus suas in cruce dominus Ie
sus veluti pennas quasdam quibus totum mundum obumbraret. Quomodo non
Iudic. 16. sumus sub umbra, qui crucis eius tegimur velamento? quomodo non sumus sub um
bra, quos crucifixus a malignitate seculi & corporis ardore defendit? Adduxerunt
in templū dei sui Simpsonem inimicū eius, vt illuderent ei, tam hinc imaginē crucis
lector attende expansus enim manus ad duas columnas quibus tota domus innite
batur, quasi ad duo ligna crucis extendit, sed aduersarios interemptus oppressit, & il
lius passio interfectio facta est persequentium: & ideo scriptura concludit, plures mor
tuis occidit, quam vitus occiderat. Nonne hoc mysterium in domino nostro Iesu
Christo impletum est: qui redemptionem, nostram quam ipse viuens minime plene
1. Reg. 17. celebrauerat, moriendo consummauit. Tandem Dauid progressus, ad pugnam con
tra Goliath Gethūm motu fundę crucem depingit: & Gigas cedit lapide percussus
in fronte, quia crucis signo carebat. Quod si posteriores adorandæ crucis victorias
nunc narrare pergerem, nimis in longum, caput hoc excreferet: ideo eas in locum
alium tractandas remittimus,

Capit

Crucis signo Christianam frontem muniri, & Christiana
na mysteria perfici.



Am vero si per crucem Chri

sti a morte ad vitam reuocamur gaudentes hoc signo, leuemus
in humeris nostris visitoriarum vexilla & immortale laucru
portemus in frontibus. Cum hoc signum diabolus conspe
xerit in frontibus nostris contremiscent, nec mortem inferre ten
tabit. Nam & olim cum angelus percuteret Aegyptiorum pri
mogenita, soli Hebræorum seruati sunt, quorum postes agni san
Exod. 14. guine tincti inueniebant, & a Christo tantū liberatur illi qui illius sanguine redimun
tur, & aqua abluitur, quæ fluxerunt de latere pendens in cruce, vt filii ecclesie de
Esa. 60. longe veniant, vt redimantur, & lac in baptisinate fite eius suggant, quo nutrian
tur. Apud Ezechielem quoque iubentur signari Tau. frontes virorum gemetium,
Ezech. 9. atque dolentium quo euadant mortem, quæ non signatis inferebatur. Iam tunc salu
tem operabatur mysteriū crucis. Nam vt tradit diuus Hieronymus in antiquis He
bræorum literis quibus vsque hodie vtuntur Samaritani, extrema Tau litera cru
cis habet similitudinem, quæ Christianorum frontibus pingitur, ne exterminator
primogenita nostra occidat. Et vt scribit idem author ad Fabiolam de veste sacerdo
tali. Crucis in signo ostenditur, quod olim in lamina aurea, quam sacerdos in fron
te gestabat, ostendebatur, auro legis sanguis euangelii preciosior est. Tunc signum
iuxta Ezechielem vocem gementibus figebatur in fronte. Nunc portantes cru
cem dicimus, signatum est super nos lumen vultus tui domine. Et reuera patris ima
Psal. 41. ginem habemus in filio, signaculum filii habemus in spiritu sancto. Cum ergo in
nomine patris & filii & spiritus sancti baptizamur, crux quædam spiritualis mentibus
nris imprimitur, in signū regis nostri, qui est signū vultus dñi, quia talibus fidei sple
doribus irradiat deus, & innotescit: tantū em̄ est cōfortiū baptisimi, quo regeremur
in Christum et crucis qua cōsignamur in Christo, vt nec hæc ab illo, nec ab hac ille
separari possit. Vide qualiter vtrunq; cōiungat dñs apud Marcū, quādo filiorū Zebe
Marc. 10. dei ambitione quandã increpat dicens, nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē, quē
ego bibitur sum, aut baptisimū quo ego baptizor, baptizari calicē quippe & baptis
mum crucem nominat, calicem quidem tanq; potum dulciter ab ipso susceptum. Vn
de verbo illo, sitio, professus in cruce nostrā se sitire salutem, acetum accepit, & vinum
paulo ante cum felle mixtum ei oblatum gustauit quidem autde, non tamen absor
buit, quia ad breue mortuus in tra triduum reuixit. Baptisimū vero dixit crucem,
quod per eam nostrorum emundationē faceret peccatorū, cuius tunc participes effici
mur, cum per sacrum illi laucrum coniungimur, & conformamur. Testatur & hoc
idē Apulus dicens. An ignoratis fratres quicūq; baptizati sumus in Christo Iesu, in
Rom. 6. morte ipsius baptizati sumus: consepulti enim sumus cum illo per baptisimū, in mor
tem, vt quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in no
uitate vitæ ambulemus: si enim complantati facti sumus similitudini mortis ea
ius, simul & resurrectionis erimus, hoc scientes quod simul homo noster vetus cru
cifixus est, vt destruat corpus peccati. Hinc manifeste constat, & baptisimū
quodammodo esse crucem, quia per illum crucis fructum consequimur, et crucem
esse baptisimū quendam, quia per illam destructo veteri homine, in nouū qui est secur
dum deū renouamur, vt tam nō sumus, quæ fueram, sed aliud esse incipiamus. Descendit
enim baptizandus in sacrum fontem peccator, sed ascendit purificatus, descendit fia
lius træ, sed ascendit filius clementie, Descendit filius diaboli, sed ascendit filius dei.

Stauricon.

Descendit filius mortis, sed ascendit filius resurrectionis. Descendit filius condemnationis, & ascendit filius salutis. Denique fuerat dignus gehenna, factus est dignus coelo. Et proculdubio qui antea Sathanę militiæ erat adscriptus per crucem & baptismum transfertur in tyrocinium Christi. Idcirco cum baptizamur cruce signamur, vt tali caractere nobiles credentes Christo; ab incredulis distinguamur. Et quidem olim circuncisio data est in signum, quo Hebræi a cæteris gentibus separarentur. Nunc autem circuncisio spiritu, non carne, per baptismum signum hñonorabile imprimitur crux in fronte, non a gentibus eos discriminās, nam omnes gentes baptisma consecuta sunt, & signo crucis insignita, sed quod in vnaquaque gente fidelem, ab infideli distinguat; quia hoc est ducis nostri signum: hoc vexillum Christianorū. Crucifixus noster a morte surrexit, & ad cælos ascendit, crucem in passionis suę memoriā reliquit ad sanctitatem, huius crucis mysterio rudes catechizantur, eodem mysterio fons regenerationis consecratur. Eiusdem crucis signo per manus impositionē baptizati, dona gratiarum accipiunt. Cum eiusdem crucis caractere basilicę dedicantur, altaria consecrantur, altaris sacramenta cum interpositione verborum dominicorum conficiuntur, sacerdotes & Leuitę per hoc idem ad sacros ordines promouentur: & vniuersaliter omnia ecclesiastica sacramenta in huius virtute perficiuntur.

Ex Dama
sceno.

Ex Aug.

Caput. xlvij.

Quod triumphus, & gloriosum cunctorum gestamen iustorum est Christi crux.



Cunctis: qui sane de deo opti-

mo ac maximo: ac recte sentiunt, in cruce Christi tanquam in solenni triumpho gloriantur, & eam sibi pro viribus subeundam proponunt. Crux enim est Patriarcharum portetum, quo in longum spes illorum portendebatur, Prophetarum prodigium, quo futura præsignabāt. Regum tessera, qua domini bella gerebant, Apostolorum annuntiatio, dicebat enim vnus il-

Roma. 1.

lorum non erubescio euāgelium, virtus dei est in illo. Crux est martyrum gloriatio. Quā probe gloriabatur in cruce Ignatius martyr, cū dixit expositurus se deuorādū feris, frumētum Christi sum, bestiarū dentibus inolar, vt purus panis inueniatur. Crux

Actu. 5.

est confessorum gaudium. Ibant enim Apostoli gaudentes a facie concilii quoniam digni habitū sunt pro nomine Iesu contumeliā pati. Crux est virginum puritas: sola est crux Christi, quę hominibus virginitatem persuasit, dicēte domino: sunt enim

Matt. 19

chi, qui se castrauerunt propter regnum cælorum: sed non omnes capūt verbū hoc, qui potest capere capiat, Crux est viduarum continentia, coniugum castitas, denique

1. Thef. 2.

omnium credentium disciplina, regnum et gloria, ad quos Apostolus inquit, Scitis qualiter vnum quemq; vestrum, tanquam pater filios suos deprecantes vos & consolantes testificati sumus, vt ambularetis digne deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriam. Et quid mirum, si post tot edita prodigia, famigeratas victorias, & clara inaudita virtutis exempla, quibus vbique gentium claruit dominica crux in summo habeatur precio? Cur ea nō sit nostris temporibus p̄iorum gloriatio: cum tot antea

Hebr. 11.

saeculis Moyses grandis effectus negauit se esse filium filiaę Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias existimās thesauro Aegyptiorum impropertium Christi. Nam quod inter eum

Matt. 27.

dum transfertur crux a domino in Symonem quendam Cyrenēū, hunc enim angariauerunt, vt tolleret crucem eius, proculdubio factum est insigni quodam futurorū præfagio.

Cap. xlvij.

fo. lv.

præfagio fore scilicet plurimos qui non tantum gloriantur in domini cruce, sed illam quoque ferēdam summis votis appetent: id quod strenue præstitit Simon ille primus Hierosolymorum Episcopus, Andreas apostolus, nec non cæteri omnes quos tali honore Christus est dignatus. Alioquin vniuersis Christo credentibus crux proponitur sua cuique laudabili imitatione ferenda, si modo velint spiritalis victorię triumphum agere cum Christo. Si quis, inquit, vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Luc. 9. Semetipsum nempe abnegat, qui erratis prioribus renunciat: crucem suam tollit, qui missis in altum diuini timoris clavis, carnem suam configit, ne illa contra spiritum aut subsulet, aut inualecat, regnetq;. Ille demum sequitur Christum, qui egregia, plurimaque virtutum exempla, quę in illo maxime extant pro virili omnifariam & alacriter imitatur. Atqui, vt ait pulchre Hieronymus. Solus potest in cruce Christi glorari, qui tollit crucem suam, & qui tur saluatorem: qui crucifigit carnem suam cum vitis & concupiscentiis: qui mortuus est mundo, & non contempletur ea quę videntur, sed quę non videntur, videns mundum crucifixum & transiuntem figuram eius; crucifigitur mundus iusto, ille de quo saluator ait. Ego vici mundum, & nolite dilatare mundum, & non accepistis spiritum e mundo: cui crucifixus est mundus, huic mundus & mortuus est: etiam ei euenit mundi consummatio, & dignus effectus est nouo coelo, & noua terra, & nouo testamento, canit & canticum nouum, & accipit nomen nouum scriptum in calculo, quod nemo nouit, nisi acceperit illud. Hic denique conscientia tantu boni supra mundanum superet. Ium elatus haud superbe tamen, pie tacet nullam ad se pertinere gloriam, quę non respiciat imagine Crucifixi insignis, inquit, cum Paulo. Mihi autem ab sit glorari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est; & ego mundo. Gal. 6.

Caput. xlvij.

Christum in cruce doctorem egisse, ducentemq; verę pietatis summopere hominibus imitandum.



Paulus ille qui raptus vsque

ad tertium cælum, vidit arcana quę non licet hominibus qui, summam totius suę sapientię in vna Christi crucifixi cognitione collocans ad Corinthios in hunc modum scripsit. Nihil iudicavi me inter vos scire nisi Christum & hęc crucifixum. O verbum mirabile, verbum spece humile, virtute sublime, syllabis breue, sensibus longum, sono facile, mysteriis fecundum; nihil arbitratus sum me inter vos scire, nisi Christum, & hęc crucifixū. Quare hoc sapientissime gentium doctor? quoniam quisquis primis verę religiōis lineamētis appetit imbui, quisquis ad verā salutē obtinēdā recta progreditur cupit, quisquis ad capeſſendam rerum humanarūq; diuinarūq; scientiā animū intēdit, quisquis virtutū oīm arcē eōscēdere, summāq; honorū cōtinere desiderat, satis superq; habet ad ea omnia consequenda, si sciat Christū, & hęc crucifixū. Quisquis, n. pl. na q̄ de illo est sciētia instructus fuerit, facile nouerit vitare mala et eligere bona, et illius auxilio fretus cuius liuore sanatus est nō dubitū, quin tuetur inter p̄spera et aduersa huius mundi ad eterne beatitudinis palmā obtinēdā peruenire

1. Cor. 2.

Esa. 53. possit. Etas enim dicit. Disciplina pacis nostre super eum, et litore eius sanatus sumus,
 Ioan. 14. Cuius eius: eius nempe qui nobis est via, veritas & vita, Via scilicet qua sequamur
 1. Co. 11. operantem, veritas cui docenti credamus, vita cui nos beati in haurimus, Cuius litore
 re sanatus sumus: eius qui factus est nobis a deo sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio,
 Sapia, Sapientia, celesti vultus in nos magisterio; iustitia, nostrorum criminum tanquam
 suorum gloriosa confessione sanctificatio, plentissima pro nostris delictis contritio-
 ne, Redemptio tandem satisfactione pro nostris debitis plenissima? Porro pater cele-
 Est. 53. stis apud Esaiam testatur Christi magistrum dicens. Ecce testem populis dedi eum
 ducem ac preceptorem gentibus. Hinc constat Christum fuisse generis humani do-
 ctorem maxime idoneum, auctoritate quidem summa, & exemplo congruentissimo.
 Sane auctoritate illius ceteris prestantiore confessus est Ioannes ille Baptista, dicens,
 Io. 3. Qui de terra est, de terra est, & de terra loquitur: qui de celo venit super omnes est.
 Io. 1. Et illud. Deum nemo vidit unquam, unigenitus qui est in sinu patris, ipse revelavit
 nobis. Filius ergo est idoneus testis, ut pote oculatus manifestandis nobis diuinitas ar-
 canis. De deo enim soli deo credendum est, quia solus ipse non sit; quia ergo filius
 hominis de celo descendit, doctor est consummate auctoritatis, ut et absque ambi-
 guo credatur ab hominibus, quos ad celestem Hierusalem ducendos placidis ille
 verbis inuitat & allicit: at conuenientissime ea quae agenda precipit, faciendo confir-
 mat, ut quos verbis docuerit, exemplo moneat. Nouerat enim ille eum qui dat prece-
 pta vultu dandi, debere amputare excusationum vias, ut imponat hominibus parendi
 necessitatem, non tamen aliqua vi, sed ingenuo quodam pudore: Et tamen parendo
 libertatem relinquat, ut & praemium sit constitutum parentibus, quia poterant non
 parere si vellent, & supplicium non obtemperantibus, quia noluerunt obtemperare,
 cum possent, Et re vera quomodo poterit amputari excusatio, nisi ut qui docet faciat
 quae docet, & sit quasi primus, & manum porrigat secuturo: quemadmodum autem
 facere possit qui docet, si non sit et similis quem docet: nam si nulli subiectus sit pas-
 sioni, potest & docenti homo sic respondere. Volo equidem non peccare, sed indu-
 tus sum carne fragili & imbecilli: haec est quae irascitur, quae concupiscit, quae dolet, quae
 mori timet: itaque ducor inuitus & pecco, non quia volo, sed quia cogor, sentio ipse
 metiam peccare: sed ad id necessitas fragilitatis impellit, cui repugnare non possum.
 Quid ad haec respondebit preceptor ille iustitiae: quomodo resutabit et redarguet ho-
 minem, qui delictis suis excusationem carnis obtenderit: nisi & ipse carne fuerit in-
 datus: ut ostendat etiam carnem posse capere virtutem: contumacia enim redargui
 non potest, nisi exemplo: nam habere non possunt, quae doceas firmitate, nisi ea prior
 feceris, quia natura hominum proclius in vitia, videri vult non modo cum venia, sed
 etiam cum ratione peccare. Oportuit ergo magistrum doctorem virtutis homini si-
 millimum fieri, ut vincendo peccatum doceat hominem ab eo posse vinci peccatum.
 Si vero tantum sit immortalis, exemplum proponere hoc nullo modo potest: existet
 enim constans aliquis & dicit, Tu quidem non peccas, quia liber es ab hoc corpo-
 re. ego carne indutus sum cuius peccare proprium: non concupiscis, quia immortalis
 nihil est necessarium, mihi vero multis rebus opus est ut tunc hanc vitam: morte nunc
 times, quia in te valere non potest: dolorem contemnis, quia nullam vim pati potes. At
 ego mortalis utrumque timeo, quia cruciatus mihi grauissimos inferunt, quos tolerare
 carnis infirmitas non potest. Doctor itaque virtutis etiam hanc excusationem debuit
 hominibus auferre, ne quis quod peccat, necessitati potius describat, quam culpae suae.
 Ergo ut perfectus esse possit, nihil debet opponi ab eo qui docendusest, ut si forte dix-
 erit, impossibilia praecipis, respondeat. Ecce ego ipse facio, & ego eandem conuen-
 gero, & tamen peccatum in me non dominabitur, mihi opes continere difficile,
 quia viui aliter non potest in hoc corpore. Ecce mihi corpus est, & tamen pugno con-
 tra omnem voluptatem, cui explenda opes appetuntur. Non possum pro iustitia nec
 dolore

dolorem ferre, nec mortem, quia fragilis sum. Ecce & in me dolor & mors habet po-
 testatem, & ea ipsa quae times vinco, ut viator te faciam doloris ac mortis, prior va-
 per ea quae sustinere non posse praecedis, si praecipiente sequi non potes, seque anteceden-
 tem: hac ratione Christus factus est magister perfectissimus. Cum enim in omnibus vitae
 officiis, iustitiae specimen praebuisset in nostri generis carne & doloris quoque patientiam &
 mortis contemptum, quibus perfecta & consummata sit virtus, traderet homini, sponte sua
 venit in manus impiae nationis, eum vitare potuisset scientia futuri quam gerebat: &
 repellere eadem virtute qua miracula faciebat: sustinuit ergo cruciatus & verbera
 & spinas & acetum & fel, clauos, lanceam, contumelias, opprobria, postremo & mor-
 tem, sepulchrumque suscipere non recusauit, ut homo illo duce subactam & cathe-
 natam mortem per illum cum suis erroribus triumpharet. Quae cur infami gene-
 re supplicii mori voluit: quoniam is qui humilis aduenerat, ut humilibus & infir-
 mis opem ferret, & in omnibus spem salutis ostenderet, eo mortis genere afficien-
 dus fuit, quo humiles & infirmi solent, nequis esset omnino qui eum non posset
 imitari: denique ascendit crucem Iesus, ut inde tanquam ex sublimi cathedra cum
 ceteris mortalibus conspicuus magister optimus doceret eos, cruciatus quoslibet subi-
 re, tolerare dolores, mortem denique pati potius quam verae pietatis officia deserere.
 Quid quod non modo extat vnica dominus & magister noster in tolerandis
 doloribus ab impiis sibi illatis, sed in asciscendis haud illatis, sponte enim sua
 de peccatis nostris contristatus est, & pro nobis doluit, sicut dicit Esaias. Vere
 languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, doluit autem haud le-
 uiter, sed grauissime doluit, & amplius quam ceteri omnes mortales. Nullus enim
 homo parem habuit peccato dolorem, praeter quam Christus. Tantum enim cui-
 que datur poenitere peccati, quantum habet & gratia: at Christo datus est gratiae spi-
 ritus non ad mensuram: summum igitur suscepit pro mundi peccato dolorem, Et
 quid mirum? quod praeter omnibus doluerit, qui solus ex aequo comprehenderit ma-
 gnitudinem turpitudinis, quae est in peccato, offensionis grauitatem, damnumque
 granditatem. Tollit enim peccatum quantum est in peccante rationis aeternae pul-
 chritudinem, diuinae iustitiae maiestatem, atque verae felicitatis immensitatem, ac
 perinde peccator cum peccat, quandam contrahit ab eo quem offendit culpae infinita-
 tatem, ad quam explendam dolore opus sit quodam modo infinito. Hunc intra sui
 cordis sinum Christus effectit maximam, ut pro mensura delicti esset plagarum et modus.
 Fuit et id mysterium adhiberetur in Genesi, ubi inducit deus tactus dolore cordis in
 fecus: nam cum diuina maiestas mortifici subiecti nequeat eo praesignatum est sermone, su-
 turum aliquando, ut deus humanum cor assumeret in quo de peccatis hominum et pro ho-
 minibus dolere posset, in trinitate sicut iterum de eo Esaias dicit. Vidimus eum vitam
 dolorum, & scientem infirmitatem. Quid quod ille dolor non fuit in eo interpellatus a pri-
 mo temporis momento, in quo fuit conceptus usque ad vitam huius mortalis extremum, nam
 nunquam quando hanc vitam vidit, visus est ridere, flere autem sic. Et in Psal. Defe-
 cit, ait, in doloribus vita mea. Nam quod in Euangelio legitur illum coepisse tede-
 re & moerum esse non est necesse sic accipi, ut intelligamus eum nunquam antea fuisse co-
 tristatum, sed quod appropinquante hora mortis longe amplius quam antea increuerit
 in eo tristatum atque moerum, coeperitque formido mortis exterius exercere se usque ad san-
 guinis sudorem. Alioqui longe antea nouimus ipsum contristatum propter increduli-
 tatem Iudaeorum & lachrimatum fuisse mortuo Lazaro, & fleuisse super ciuitatem
 Hierusalem. Denique ad tam consummatum doloris considerationem nos in thea-
 tris prouocat egregius magister dicens. O vos omnes qui transitis per viam attendi-
 te & videte, si est dolor similis sicut dolor meus. Et cur vult nos ipsius doloris atten-
 tione teneri? Nimirum ut ab optimo doctore praecipiente discamus et bene dolere, & veris
 malis ingemere. Et quod opus est nos dolore dolori addere, si satis ille doluit, Quoniam

Ioan. 3.

Deut. 25.
Gen. 6.

Esa. 50.

Psal. 36.

Treno. 1.

licet illius dolor culpae nostrae diluendis sufficiens fuerit, noluit tamen esse efficacem, nisi nos modo nostro pro eisdem doleremus, ac perinde verae poenitentiae affectibus illi nobis coniunctis ea valde displicerent, quae illi maxime displicent, si compatimur, in
 2. Cor. 2. quae diuinus Paulus, & conregnabimus. Ceterum dolet iustus, & non dolebit iniustus: contristabitur dominus, & non contristabitur seruus: gemit qui est in tuto, & non gemet, qui versatur in periculo: Denique meret deus pro homine, & homo pro se non merebitur: damnanda prorsus est talis indolentia, proposito tanto probe dolendi magistro. Putaueris forsitan dominum Iesum fuisse dumtaxat pro nobis probe dolendi magistrum, fuit & strenuus confitendi doctor. Et quid criminis confiteri potuit, qui peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius: aut quae pietas esset simulare fatendo peccata: cum fateri se peccasse qui non peccauit, id ipsum sit peccatum. At filius hominis peccare non potuit: quae igitur peccata fatetur, sua ne analens? Nepe fatetur peccata non sua: fatetur & quodammodo sua: non sua quidem, quia illa non perpetravit, sua autem, quia membrorum suorum peccata, sua reputat, ut sit peccatorum caput non peccando, sed precando, ut suis precibus ab irato iudice veniam exoret. O quam inueni pro nobis peccatoribus confitetur in cruce pendens. Deus deus meus quare me dereliquisti: longe a salute mea verba delictorum meorum. Clamabo per diem, & non exaudies, & nocte & non ad insipientiam meam. Tu autem in sancto habitas laus Israel. Deum suum in quantum homo est, vocat patrem, & querit, cum sit eius filius quare fuerit derelictus in manibus inimicorum ab eo qui poterat eum in talia patere eripere? & euestigio quaestione ipse soluens subdit longe a salute mea verba delictorum meorum. In causa, inquit, sunt, ut ego nunc patiar, verba, id est causae delictorum meorum, hoc est, delictorum quae non perpetravi, sed pro his qui perpetraverunt luenda suscepit. Nostra quidem delicta sua fecit, ut suam iustitiam faceret nostram, Et quidem clamabo per diem in cruce & per noctem in horto & tamen non exaudies in eo quod non liberabis me a cruce, & tamen non reputabitur mihi ad insipientiam, quasi imitator sine ad te clamauerim. Nam mei clamores sapientia sunt pleni: ideo enim clamaui, ut ostenderem me verum hominem: & tamen in hoc non exauditus, sustinui crucem quo in sinuare esse me deum. Quia & tu dum me non exaudies ineffabile tui consilii arcum patefacies de redimendo humano genere, ut dum finis me patrum meae responderes, & iustitiae sacrificares, dum homo poenas dat, quod debitor erat, & deus redimit, quod solus id facere poterat. Et idcirco ipsis maximis grauium tormentorum doloribus in me grassantibus non modo non diffitior tua immensa pietate, sed etiam summam tuae sanctitatis profiteor dicens. Tu autem in sancto habitas laus Israel: quia nunquam discedis a sanctitate, siue enim amicos tuos exaudias ad te clamantes, ut tuis donis recreentur, sanctaeque facis, siue non exaudias, ut aduersitatibus exerceantur, sanctae quoque idem facis. In eo namque habetis laus Israel, id est, utriusque praevaletis quod laudis tuae futurum ducit, siue adis laboranti, siue non adis, cum se vtroque peccatorem, & te sanctum esse fatetur. Haec proculdubio est verissima, nec non acceptissima supremo iudici debitorum confessio, quae penitus omnem malorum culpam in hominem refert, & nihil causatur in deum. Hanc nemo potest pro rei dignitate consummate praestare, nisi qui vniuersorum dei iudiciorum rationem omnino comprehenderit, per quam quidem rationem manifeste nouerit esse deum prorsus intentatorem malorum. At hic vnus Christus est, in quo sunt absconditi omnes thesauri sapientiae & scientiae dei, ac perinde bonae confessionis vnicus est ille summus mater, & egregius magister. Hanc oportet vos in confitendo ducem sequi. Atque pro precare quo nos verbo vocat, premito inuitat, exemplo virget. Hoc item mirabile bene confitendi exemplar aspiciere nos admonet diuinus Paulus. Vnde fratres, inquit, facti vocationis caelestis participes considerate Apostolum & pontificem confessionis nostrae Iesum, qui fidelis est ei, qui fecit illum. Denique nemo nostrum potuisset vnquam bene confiteri, nisi dominus Iesus praceptor noster sua absolutissima confessione nobis pro-

his promerisset virtutem bene probeque confitendi, iam vero de satisfactione illius eiusque complemento quid dicam: cum vna oblatione consummaverit in aeternum sanctificatos. Oblata enim in cruce dei hominis caro hostia fuit adeo preciosa, ut esset Heb. 10. set potens ab omnibus peccatorum debitis hominem immunem facere, sicut Ioan. 1. 10. 2. nes eius a secretis ait. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum, Christum iustum, & ipse est propicius pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi. Et non solum hoc, sed etiam tanta fuit ea Christi solutio, ut excederet plus multo totum humani generis debitum: apud dominum Psal. 129. misericordia, & copiosa adeo plene efficitur, ut a regeneratis ex aqua & spiritu sancto nulla sit vltior exigenda poena, quantum grauius ante baptismum susceptionem scelera flagitiorum perpetraverint, sine poenitentia. n. sunt dona dei, & vocatio. Quod Rom. 11. si post susceptum sacramentum baptismi, homo quae nostra est infirmitas, in peccatum redierit, opus est iam ut sese puniendo satisfaciat ei, quem peccando offenderit, & ita puniat, ut poenam suam poenae Christi coniungat, vel sacramento, vel voto, sic enim dominus ordinauit, ut poenitentia nostra per se imperfecta non perficiatur, nisi redemptoris nostri passioni vel sacramento vel voto fuerit adiuncta. Quare sequentes poenitentiam ducem faciamus fructus poenitentiae dignos, & aspicientes in auctore fidei, & summum Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem omnium confusione Heb. 12. contempta, petamus crucem, accedamus ad veritatis cathedram, diuinam virtutum, sublimiumque mysteriorum scholam intremus: quoniam profecto inueniemus in ea plurima eademque saluberrima documenta viuendi Christo verbis explicata, factis expressa, signisque firmata, quibus quasi quibusdam potentibus medicamentis, crucifixis in nobis carnalibus desideriis cunctas vitiorum pestes & vitare & repellere possumus. Nulla est enim vel tentatio, vel aduersitas, vel animi egritudo, quae non suum ac proprium habeat remedium in cruce dominica, veluti cum extolleris peruersa celestis appetitu, aspice modestie magistrum inclinato capite obedientem patri vsque ad mortem, mortem autem crucis, & pudeat te superbi demisso conditore tuo vsque ad infima tua. Quod si contraheris habendi cupiditate, attende obsecro praceptoris tui magnificentiam tradentis, ne tu nuderis, vestes suas crucifixus se, matrem discipulo corpus cruci, spiritum in manus paternas. Hec inquam attende & fieri non poterit, quin apertas manum tuam inopi, & palmas tuas extendas ad pauperem. Tunc illat caro, protinus intuere castitatis autorem flagellis percussum, toto corpore afflitum, ut verbis crudis subsultantem carnem castiges, & insecto ei continentie freno, a flagitii coercitas. Lincet verberum ictibus scapulae innocentis, & non flagellabuntur dorsa lasciuientis: stimularis vindictae cupiditate, continuo suspice regem regum, & dominum dominatum in ipsa iniuriarum flagrantia pro improbis offensoribus apud patrem precibus agentem. Pater ait, ignosce illis, quia nesciunt Luc. 23. quid faciunt. Et quem non moueat ad ventam tantus interpellator? deseruetat igitur in te furor iste, & mansuetudine indutus age mitem illius agni mitissimum discipulum, qui velut agnus coram tendente se obmutuit, & non aperuit os suum, & qui in Esai. 53. eo posuit bonam magistris sui partem, quo disceremus a beo esse mites & humiles corde. Alioqui cauendum est ne nobis, non parcentibus non parcat ille, qui filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Si autem sollicitaris gula, memineris abstinentiae, doctorem felle & aceto potatum, ut vel sic penitus scias verissimum esse illud apostoli, inimicos esse crucis Christi, quorum deus venter est: & indulgere Phil. 3. gulae noli, quae ventris amica est, memor semper illius, quae ventri & venter excis, deus 1. Co. 6. autem & huc & has destruet. Forsitan & animum tuum incessit inuidiae malum, actum ad crucem mentis oculos intende, & introspecte Christi latus apertum, & videbis viscera charitatis aperta & effusa non solum in sibi beneuolos, sed etiam in sibi

Vbi sacrificares, lege satisfactores.

Vbi nos, lege nos.

Hebrae. 7.

maleuolos, vnde debis quam benigne, qua candide se totum ille nostris vsibus impendi-
derit, quam bonus fuerit etiam pessimis, & quis locus inuidentiæ relicus est, vbi ea
quæ vera sunt bona facit dominus vniuersorum crucifixus omnia omnibus esse cõ-
munia. Quod si torpes mentis quadam ignauia, cogita quanta alacritate imperator
tuus ascendit Hierusalem, tradendus gentibus illudendus, flagellandus, flagellandus,
denique crucifigendus. Festinat tanquam ad epulas ad Caluarie locum, idq; ha-
sulans sibi crucem. Sed quia vult eiusdem alacritatis te imitatore, siq; crucis coma-
portatorem, Simonem quendam Cyrenæum admittit, Agedum soporem excute, rea-
rum spiritualium tedium deponito, tolle crucem tuam, & per ardua virtutum gra-
dientem magistrum sequere: siquidem nihil est tam inuolunt, nihil tam arduum, aut
difficile, quod dextera illius suffultus superare non possis: denique nulla est animi
perturbatio, nulla aduersitas, quam doctor ille cœlestis non doceat, vel vitabilem vel
ad reprimendam, vincendamq; non adiuuet, si modo nos dignos aptosque illius ma-
gistero præstiterimus, & bene formandos discipulos egerimus. Quod si magis-
ter est optimus utique deus & homo, ac perinde verax & commodus, si doctrina
summa & cœlestis, si Ecclesia schola sanctissima absque macula & ruga, si dux
virendi deo maximus, si patris diuinæ sapientiæ studiosus, eamque non tam ver-
bis, quam factis profitentibus longe maiora præmia sunt parata, quam nos pos-
sumus aut petere, aut intelligere. Quid aliud restat nisi data opera perire veli-
mus, quam vt cœlesti doctrinæ pijs aures accommodemus, christianam disci-
plinam sponte subeamus, in tuendo veritatis dogmate simus acres, in præstando
sacres, in colenda cruce constantes, parati etiam mortem pro ea tuenda subi-
re, sic demum fiet, vt pro optima morte, optima vita nobis reddatur, & p-
calice passionis Christi in hac lachrymarum valle epoto, ne stare diuino in cas-
lesti summorum gaudiorum inebriemur cratera, nec enim alia nobis patet ad cœ-
lum via, nisi calicis Christi, quamuis acerbis participatio, id quod sequens sermo
latius manifestabit.

Caput. xlix.

Quantum oporteat Christianum bibere
calicem quem Christus bibit.



Denim prius bibendus est no-

bis calix amaritudinis, tribulationis & mortis, quam detur no-
bis inebriari calice dulcedinis, quietis ac vitæ. Nam cū Petrus
voluit a bibendo amaræ passionis calice dominum auertere
dicens, Absit domine, non erit tibi hoc: iussit eum ille retroce-
dere, quod nondum sciret que dei sunt, & se imitari qui ap-
prime nosset quid facto opus esset ad æternam illam, quæ ex-
petimus salutem obtinendam. Et cum iterum Petrus comprehendentibus iam missi-
tibus Iesum, habens zelum dei, sed non secundum scientiam, eduxisset gladium, &
percuisset seruum pōtifficis, & abscidisset auriculam eius dexteram, repressit impe-
torem eius dñs, præcepitque ei gladium in vaginam recondere, cōuestione quadã incre-
patiora, illi admonens non esse defensionis eiusmodi tempus. Dixit ei, Calicem quẽ
dedit mihi pater, non vis vt bibam illum: quomodo ergo implebuntur scripturæ: qui
bus scilicet traditum est, oportere Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. In-
super cum illi duo fratres properantius expetuerunt a domino, vt eis donaret sedere
alteri a dextris, alteri a sinistris eius in regno suo, interrogatone cōgruentissima
Mott. 20, docuit illos, toleranda esse prius tristitia, quam veniatur ad iucunda, Potestis, ait, bibere
calicem

calicem quem ego bibiturus sum: sic nempe respondit, vt omnes sciamus neminem
posse cū Christo regnare, nisi qui passionẽ Christi fuerit imitatus, res enim valde pre-
ciosa vili precio non comparatur, sed maximo. Videturq; dominus pia quadam con-
tentiõẽ cum suis discipulis egisse, vos mihi de coronis & honore loquimini, Ego au-
tem de agonibus & sudoribus respondeo, non enim est hoc premiorum tempus, sed
laborum. Mirum autem est qualiter ex modo interrogationis eos attrahat, non enim
ait, potestis sanguinem vestri effundere: ne quid graue nimis & horredum putarent,
sed potestis bibere calicem, vt rem faciliorem & leniorem toleratu insinuet, his qui ta-
lem ducem sequuntur, & quos maus, quam excogitari possit, præmium sequatur, vt
ergo ex cõmunionẽ ad ipsum auidiores bibendi calicis fierent, addidit, quem ego bi-
biturus sum, scilicet vt per me discant mortales nullatenus posse peruenire se ad opta-
tissimam æternæ quietis patriam, nisi exhaustis arctæ viæ salebrosissimis sudoribus, nec ad
gloriæ culmen nisi per crucis ignominiam, nec ad regni libertatem nisi per plam fer-
uitutem, nec ad vitam perpetuam, nisi per temporalem mortem nocentium vi,
vel naturæ corruptione susceptam patienter pro Christo. Quid ad hæc illi per Mat. 20,
beati discipuli: possumus, inquit, vt pote, vel qui tam martyrii votum libertatem,
constantiamq; retinebant, vel certe ex magno obtinendæ tantam celestium desira-
derio responderunt, possumus bibere calicem, quem tu bibiturus es. O vtmã contin-
gat nobis per meritum illius amari calicis, quem Christus noster bibit, ne potemur
vnuquam calice babilonio, quo ex cruciantur iniqui in æternum perituri, sed vel la-
chrymarum poculo, quo perfunduntur vere poenitentium corda, & irrigantur ora, vel
tribulationum vase, quo exercentur gaudentes iusti: has enim tristes calicis domini
differentias in sacris literis reperimus, quas in præfenti pluribus explicare non erit a-
re alienum, nec leuori in com modũ. In primis igitur de reprobõrum vasculo, psalmo
decimo legimus, Pluet super peccatores laqueos, ignis, sulphur & spiritus procellarũ
pars calicis eorum. Pluit nempe super inipios dominus fallacium captioũ laqueos,
cum propter merita flagitiosæ sceleratæq; plæbis varios de fide, moribusq; errores per
fallos prophetas passim disseminari permittit. Qui dat, inquit, Regem hypochritam Job. 34,
propter delicta populi. Non enim solet quispiã in hos inextricabilis erroris laqueos
incidere, nisi is qui eo malitiæ peruenit, vt tam libidine sua in aliud atq; aliud dissi-
batur peccatũ, præferatq; iustitiæ inuictissimam, & lumini tenebras, inxta illud. Palpa-
bunt tanquam cœci in meridie, quia dominio peccauerunt. Et hæc est utiq; pestilentis
veneni amaritudo pessima, qua præstristi nequam homines ita errant, vt tunc sint ma-
xime cœci, cum se videre maxime putant. Malum a deo perniciosum, vt tali peste ina-
fectos reddat pene incurabiles, & bonis monitis imperuasibiles. Nam temere aut
nunquam persuadebis ei, qui te insipientem, se vero sapientem putet. Authorem
enim simul & eius præcepta contemnet: tales illi erant, quos dominus apud Ioan. 10. 9,
nem suggillat dicens. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident
videant, & qui vident cœci fiant. Et audierunt quidam ex Phariseis, qui cum ipso
erant, & dixerunt ei. Nunquid & nos cœci sumus? Dixit eis Iesus. Si cœci esse-
tis, non haberetis peccatum, nunc autem quia dicitis. Videmus, peccatum vestrum
manet. Est & alia pars calicis impiorum, ignis anima namque reprobõrum incensa
amore male inflammanate, & suffosa timore male deprimente, variis & contrariis sibi
perturbationibus exagitur, & discruciat, nunc enim inepta latitia exultat, nunc
grauit merore deficitur modo spe inaniter igitur, modo vano timore contrahitur, sem-
perque aliis atque aliis succedentibus sibi curis vitur, & veluti irrequietis tortoribus
dissipatur. Cor autem impiorum tanquam mare feruens, quod nunquam quiescit,
hoc de calice Hieremias loquitur. Calix aureus Babylon in manu domini, de vino Esa. 57,
eius biberunt omnes gentes. Calix est Babel confusiois plenus, & amaræ sects, sed Hierc. 51,
describitur aureus, quia cernentibus exteriora eius, nec interiora penetrantibus, po-
H ii

Vbi sub ple-
dore, lege
sub splen-
dore.

tabilis videtur, dum esro specie allicit, mundus concupiscentia trahit, diabolus am-
bitione impellit, & deniq; adulatione decipit, voluptate praesringit, inuidia excoccat,
vt sub splendore humanae sapientie in fufum venenum bibas. Et addidit recte quidam:
inebriās omnem terrā. Est enim videre omnes homines ebrios, sed terrenos, inebria-
mur ira & tristitia, inebriamur superbia & auaricia, inebriamur amore & ingluuie, in-
ebriamur inani gloria & iactantia, inuidia, desidia, omniūq; vitorum venenis in-
ebriamur, Et quia de vino eorum, nempe Babyloniorum gentes biberūt, ideo mente
cōmotā sunt, & ea dicunt, & faciunt, quae non sani hominis esse, non sanus iuret. Ore
stes. Nec mirum sic turpiter & ferino more furere Babylonio calice inebriatos, siquit
dem venenum Babylonium Sodomeo immixtum est. De vinea ait, Sodomorum vi-
nea eorū, & de suburbanis Gomorre, vna eorum vna fellis & horus amarissimus fel-
draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Nonne haec condita sunt
apud me & signata in thesauris meis, mea est vitio: et ego retribuam eis in tempore,
vt labatur pes eorum, iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Quin &
Hierusalem, id est animam quae fide deum viderat, tamen vitis ebria, scelorum cogna-
tione incredulis gentibus appropinquat, apud Ezechielem his exprobrat, q; imitata
sit corruptissimos perditarū ciuitatum mores, nec clarissimo absumptionis horren-
dae qua ille perierit exemplo cautior ad non peccandum fuerit reddita. Haec ait, fuis-
itiquitas fororis tuae Sodome superbia, saturitas pants, & abundantia cibi, & oculum
ipsius & silarum eius, manum egeno & pauperi non porrigebant, & eleuatae sunt &
fecerunt abominaciones coram me, Ac si dicat, adeo pudorem timoremq; depofue-
runt, vt quamuis cernerent me in eos oculos intendere, eorumq; flagitia, scelera &
sacrilegia notare, nec ideo erubuerunt, nec timuerunt ea perpetrare, sed ausi sunt me
vidente & sentiente scelerate debachari, & imple nituis insanite. Quare iure optimo
abstulit eas, vt igne sulphureo exustē, tam non amplius instarentur. Sic enim legis
in Genesi, pluit dñs a domino sulphur & ignem & absumpsit illas ciuitates. Ergo
sulphur pars calicis reproborū est. Quāto enim magis calent ardentē sulphureo vo-
luptatū igne, tanto grauius latiusq; foetent. InCREMENTO ENIM. quodā foetidi vini effun-
ditur pestilens odor illorū qui sese eo ingurgitat, prima enim peccandi cratera veluti
cogitationis cōsensu inebriantur, secunda turpisloquō impudicis gestibus pleno, ter-
tia vario facinore repleta, quarta, demū inolitē cōsuetudinis improbitate cūndāte.
Cum itaq; huc malorū peruentum est, absq; pudoris timorisq; repagulis in omnia
irruunt vitia, & infrenes vagantur sicut equus & mulus in quibus non est intellectus,
Deniq; neq; deum timēt, nec homines verentur. Peccator enim cū ad profundū ma-
lorū venerit, contemnet, immo & quod amplius malū est, letantur cum malefecerint
& exultant in rebus pessimis. Haec est enim peruersitatis summa in hac vita. Et vt quī-
dam dixit: malum velle & in ipso delectari, ea summa est miseria. Quid miser faciet
vbi dira libido feruenti tincta veneno mouerit ingenium, virtutem vt videant, in ta-
bescantque relicta. Quid vbi ascendent in caelum, & descendunt vsq; ad abyssum?
Nonne anima eorum in malis tabescet? Quod si per ignorantiam quid erraret, aut in
firmitate laborentur, forsitan aliqua digni essent venia, at cū data opera peiora eligant,
nullam habent excusationem, quin pleno dominici furoris calice potentur atq; pu-
nitantur. Idcirco enim quod pene preterierā, vt est in psalmo, turbati sunt sicut ebrius
& omni sapientia eorū deuorata est, sicut enim in his qui vinū corporale bibūt super
mensuram, videmus ebrii corporis motū vacillantes pedes, caput & tempora graua-
ta, faciem tymentem, vultum distortum, os dissolutum, & herētibus labiis verba praē-
cassae qui de calice aureo Babylonis biberunt, instabiles sensu, debilitati mente, flua-
tuantes conatu, nihil firrum tenēt, sed semper in turbatione aguntur incerti, bonis
desistunt, malorumque pelago adeo immerfi, vt desperantes meliora se posse consequi,
totos seipsos impictati, & iniquitati, & immundiciae tradant, hoc est peccatum in

Deu. 32.

Vbi una co-
ruū una, le-
ge una co-
rum una.

Ezech. 16

Vbi animā,
lege ani-
mae.

Gen. 19.

Prover. 18

Prover. 21

Tullius.

Psal. 106.

Psal. 106.

Vbi omni,
lege ois.

spiritum sanctum, quod nec in hoc seculo nec in futuro remittitur, nec enim habent
qui eiusmodi malo sunt infecti, aliquid in se quo diuinam maiestatem ad miserendū
ipsorum inuitet, hinc frequenter accidit vt peccatrix anima peccatis suis obstinata,
quo tempore minus sibi cauet, mortemq; timet, tollatur de medio, secundum illud,
dies domini sicut fur veniet, ac perfide maximo molestissimarum amaritudinum. The. 3.
Oceano immetsanda tradatur tortoribus illis, quibus in Apocalypsi praecipitur, Ba-
bylon: magna venit in memoriam ante deum, date calicem vini indignationis Irē
eius. At nos si malo alieno sapimus, praeniamus opportuna poenitentia domini iu-
dictum, atq; precibus assiduīs ab illo petamus, vt nostri misertus a nobis furoris sui
calicem auertat, dicētes cum Psalmista, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in
ira tua corripas me. Quod si quis ex parte coepit gustare hoc felleum furoris domini
poculum, bonum est ei sua sentire flagella & necessarium respiscere, & ad percutien-
tem se conuerti, & audientem esse deo per prophetam misericorditer admomenti, vt e
seculo amarissimi vasis fundo festinanter assurgat ad excipiendum, potandumque
caelitus porrectum sibi calicem, quo dei hominumq; corda laetificantur. Exurge, ait, Esai. 54.
exurge Hierusalem, quae bibisti de manu domini calicem furoris eius, & vt addat me-
liorem spem, continuo infert. Cum tranferit ira furoris mei, ego curabo. O ample-
ctenda pollicitatio, qua promittitur pharumacum, potens omnes vitorū pestes, quam
uis graues, quamuis lactiferas humanis de pectoribus excludere, Profecto haec potto
quamuis videatur agrotanti non nihil amara, non tamen iam est irascentis, sed dilige-
tis. O extremam insaniam, tot sunt qui percipiunt bibere calicem furoris: & nō erit
qui velit bibere calicem amoris: tantus perditorum numerus potest bibere letale po-
culum, & tam raris reperitur, qui expetat vitalem: Nec mihi causeris, quod dominus
tanquam rem nimis arduam, aut factu impossibilem quiescit ab illis beatis discipulis,
am possent bibere calicem, quem ipse bibiturus esset. Neutiquam id eis pro-
posuit, vt ipsos deterreret, sed potius vt inuitaret. Nam obsecro, quid est cur non bi-
bat calicem poenitentiae pro se peccator, pro quo crucis calicem innocens ebibit: cur
pro se non bibet homo calicem tribulationis: pro quo redimendo Deus bibit cali-
cem amarissimae passionis. Dixit amarum est calix, sed hauriendus, quia salutaris. Bi-
bitae o mortales, calicem humilitatis, vt ad caelum ascendatis, potate poculum tribu-
lationum, vt perueniatis ad quietem gaudiorū, haurite vas certaminū quibus abun-
dat haec vita, vt consequamini coronas triumphorum, quibus altera gloriatur, excipit
te toto ore pax idem angustiarum plenam, vt aliquando euagimini per amplissimā
mencia caelestium habitaculorum, combibite fel tormentorum, vt nanciscamini re-
gna caelorum: gustate tantulam amaritudinem mortis temporariae, vt satiemini sua-
uissima aeternae vitae dulcedine. Nolo vos afferre falsas aut inceptas excusationes, ne di-
cite, non possumus ferre tantam amaritudinem, nequimus tātum fellicis gustare, & cur
non potestis? vbi prius bibit medicus sanus, vt bibere non dubitet agrotus quid enim
est amarum in tali poculo, quod ille non biberit? Si contumelia, prior audiuist, cum
dæmones eiceret, dæmonium habet, & quod in Beelzebub esset dæmonia, Vnde & Mat. 23.
ipse vt consolaretur agros, si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis Mat. 16.
domesticos eius? Si dolores amari sunt, ligatus & flagellatus, & crucifixus est, si mors
amara est, etiam mortuus est, si genus mortis exhorrescit in firmitas, nihil illo tempo-
re fuit ignominiosus quam mors crucis. Non enim frustra eius obedientiam com-
mendans Apostolus addidit, factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem
crucis: Quid denique amaroris in poenitentiae vasculo propinari, potest, quod ille Pl. 124.
prius non exhausit: orationis labor: & ille laborauit orando ad sanguinis vsque
sudorem. Ieiuniorum afflictio: & ille ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta
noctibus, satisfactiois poena: ille acerbissimas pro nobis redimendis poenas de-
dit. Quod si est homini molesta peccatorum flagitiorumque suorum memoria, &

difficilis eorum quæ male placuerant detestatio, difficultioris lachrymæ, difficilissima omnitium turpissimorum factinorum coram sacerdote manifestatio, sed præter id quod hæc omnia plenus multo nobis dominus, quatenus ei congruebat exhibuit, quid iustius agere possumus, aut commodius pro obtinenda criminum nostrorum venia agere quimus, quam acerbis poenitentia poculis inebriari, ut quod fuit dulce cogitatione delinquendi, fiat amarum consideratione puniendi, & quod actu fuit delectabile, fiat abstinentia tristabile, & denique in quocumque fraudem fecisti perperam agent do illud refectas ad integrum satisfaciendo: habemus & allos poenitendi duces, præter Christum sed per Christum. Præcedit Ezechias rex Iuda memoria peccatorum suorū amaricatus, Recogitabo, inquit, tibi annos meos in amaritudine animæ meæ; id quod didicerat a præcessore suo David, cuius est illud, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo, & illud, quia cinerem tanquam panem manducabam & potum meum cum fletu miscebam. Beatus quoque Petrus in specu domini, peccati sui admonitus exiit foras, & flevit amare: lachrymatus est Iesus cum vidisset flentes, Lazarium resuscitaturus, ut nos qui sumus a mortuis suscitandi, pias lachrymas cum illius piensissimis misceamus. Et cui non erit dulce pro se flere pro quo Christus amarissime flevit? Misit Moses, ut superius diximus, lignum in amaras aquas & dulces factæ sunt, & misit Christus in humanum pelagus atque amarum, & lachrymæ poenitentium peccatorum redditæ sunt hominibus dulces & potabiles, quia exoptatam veniam facile eis promerentur, hinc & ille rex eo profecit, ut ex peteret a deo pane lachrymarū cibari, & potū sibi dari inmensuram, ut quantum quisque exaltauit se, & in deliciis fuit, tantum detur ei & tormentum, felix poenitēs qui huc lachrymarum peruenit, iam enim transitus est a peccatorum grege ad ecclesiam iustorum, iam bona spe de fletibus spiritualibus concepta fretus dicit. Dominus pars hereditatis meæ & calicis mei. Iam sum auiditate bibendi calicis dñi, dicit illi, O bone Iesu vehementer appeto bibere calicem, quem tu bibisti, iam dulcem, iam potabilem, & desyderabilem, Quia tu es qui restitues, quam peccando amiserā, hereditatem meam mihi, nempe legitime poenitenti, quia impinguasti in oleo caput meū; caput suum vocat mētem, quæ impinguatur & nitet oleo diuinæ gratiæ. Est enim gratia diuina nitor quidā animæ sanctum cōcilians amorem, quo quidē amore qui calet, obscuris reiectis voluptatibus, honestis clarisque tantū gaudeat, ut ebrius spiritali potione exultabundus cōsequenter clamet, & cōfidenter dicat. Et calix meus inebrians quā præclarus est. Quid autem in hoc loco per calicem cōuenientius, quam mēsurā diuinæ gratiæ intelligit? Ex vasis. n. sunt mensuræ, & iuxta apostolū, unicuique nostrū data est gratia secundū mēsuram donationis Christi. Ebrietas autē non obscure significat ardorem spiritus obliuiscētis ea quæ carnis sunt, ut tantū spiritualibus incrementis intendat, ac perinde tanto huius præclari calicis fulgore illustreretur, ut cœlestis sapientiæ fulgore sic fulgeat, ut pulcherrimos quosdam radios veræ pietatis a se procul effundat, & igneo crucifixi amore sit incensus, ut veluti furenti similis passim queat, & ardētis quid tantis beneficiis a deo sibi collatis reddere possit. Atque illud gratissimi pphete regis identidē mēte voluit, Quid retribuam dño pro omnibus quæ retribuit mihi? Ego terra sum & cinis, ille deus & vnuerforū dominus est, quod cūque illi dederō ipseus est, quia omnū est creator ac perinde magis illi reddo, quā dono, veluti dōtis creditoris vsus, vti nam nō abusus. Quid retribuā dño pro omnibus quæ retribuit mihi, O quam multū, quā variis, quam magnis me beneficiis affecti, primū ex non ente conditus sum ab illo: dein de homo & nō brutū, quia rationis particeps, & ideo ad illius imaginē prouectus. Ad hæc pro culpa retribuit mihi amorē pro offensa gratiam, pro poena veniam, pro rapina redemptionem, pro damnatione retribuit mihi vitā æternam. Quid retribuā domino? magna enim & preciosa promissa donauit nobis, ut diuinæ naturæ cōsortes essemus, quæ manus donū excogitari potest, quā quod

quod dicamur & sumus fuisse dei. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? inueniam tandem, quid illi referam. Calicem salutaris accipiam, est enim mihi promptissimus animus pro asserenda illius crucis gloria, conuitia pati, labo res subire, adire pericula, cruciatus ferre grauissimos. Quod si persecutor, aut absciderit, aut egomet mihi ero tortor grauissimus, nam memet præteritarum turpitudinum memoria confundam, ieiunij affligam, verbis macerabo, doloribus contabescam, Immo & mutatis affectibus consolationibus diuinis letificabitur anima mea, & gaudens gaudebo in domino, & exultabo in Deo Iesu meo, & letabitur dñs crucem eius subibo, & pro eo sanguinem fundam, hæc sola compensatio inter cunctas, quas humana humilitas redemptori suo referre potest, maxima est & dignissima sanguinem pro sanguine fundere, quoties crucis dominicæ expectabilis triumphus id exegerit. Cauendum tamen ne hinc inuolascamus, quasi maximum aliquid Christo rependamus: nam pro illo mortem oppetere non est in se maximum, nec beneficiis susceptis æquale, sed est nobis maximum, quia nihil maius habemus, quod ipsi retribuamus. Alioquin quid magnum hominē pro deo mori, cui necessum est quando mori ex quo fit, ut non tam mortem, quam mortis pietatem, qui pro eo moritur, eidem reddere sit existimandus. Sed maximæ ab imo pectore gratiæ sunt liberatori nostro agendæ, quod non exigit a nobis aliquid amplius, quam ei reddere possumus. Et quemadmodum si quando vtr magus & studiosus exceptus fuerit a paupere intra tenue domicilium exili mensa, voto tamen opipara contentus agit, quod inops ille hospes splendidiorem parare nequeat, sic maximus ac optimus dominus noster Iesus Christus eo sibi de nobis satisfact, quod nostra infirmitas praestare valeat, modo id quantum luncunque sit, pia de mente proferatur, & quod magnificentia summæ & admirabilis est interdum non tam epotum re ipsa illius calicem, quam benedicti ipsius votum in nobis coronat.

Caput. I.

Mysterium crucis, quo noua vita mundo superuenit, fuisse interis hyeraticis apud gentiles adumbratum.



Quod omne animal quantum

potest, corpus suum vitamque tuatur, mori vero perniciemque deuitet, nemo est qui ignoret. Illud autem hominis inter cetera animata proprium, ut non tantum appetat viuere, sed & beatē viuere. At vita beata quæ circumdatis mille calamitatibus in hoc exilio mortalibus cōtingere potest, per quam ad veram perfectamque felicitatem perueniendum est, ea tantum est, quæ probis moribus & recte factis prædita Deo sit grata, & naturæ ratione vigenti cōsentanea iucundaque. Gaudium, inquit, sapiēs, est iusto facere iustitiā, nam quæ vita vitis sit deprauata, turpis est, deo ingrata, & quantum est a ratione aliena tantū est homini prouo inuicūda, & tristitia plena. Arguet, inquit te malitia tua, & auersio tua increpabit te, hinc euenit ut iam probi, quā improbi occulta quadam naturæ vi compulsi vitam appetant sanctiosam, beatamque veluti conditioni suæ maxime congruentem, sed ad illam consequendam alij spiritui sancto ducti recta contendunt, alij variis erroribus acti, in contraria sunt prolapsi. At summus rerum pater utrosque miseratus, & eos qui quāuis per legem diuinam intenderēt, sine gratia tamen euangelica ad perfectam peruenire non poterant, & eos qui a superstitiosis erroribus reuocati ad veram religionem essent transferendi, ad perfectam veramque pietatem vitamque beatam perduci

ceret filium suum sibi dilectissimum ad extrema terræ demisit, Idque sane decemissime, ut is qui vita esset & lux hominum, factus homo diuina quadam & admirabili arte transferret vtroque ab errore ad veritatem, a carne ad spiritum, a vitio ad virtutem, ab imperfecto ad perfectum, ab impietate ad pietatem, a morte, ad vitam, ab extrema tandem miseria ad summam felicitatem. Porro præstitit hæc omnia filius ex patris sententia, quæ non modo diuinis moribus conspicuus, mirabilibus gestis pollens, celesti doctrina clarus mortalium mentes in terram graues & rerum celestium ignaras diuina sapientia insituit, sed mille quoque susceptis laboribus, mille exanclatis sudoribus, mille aditis periculis, mille perpeffus tribulationes, supplicio demum condemnatus extremo crucem subijt, vt pro vita nostra mortẽ exciperet, Egregium itaq; doctorem egit, potens in opere & sermone, probatusq; coram Deo. & hominibus no-
Mat. 5. uam & vere diuinam mundo philosophiam cõstitus attulit, & veteri antiqua lege Euangelicæ gratiæ nouitatem introduxit summasq; illas virtutes quæ homines beatos facere possunt, ratione ab humano sensu longe diuersa præscripsit. Non enim beatificauit pecuniosos & animo elatos, sed pauperes spiritu, atq; modestos, non feroces animo, viribusq; potentes; sed corde mites, mansuetos & pios, nõ inani lætitia ineptoq; gaudio gestientes, sed cum propria, tum aliena mala lugentes, non seros & immiseria cordes, sed humanos & misericordes, non aliena rapientes, iusti ve contemptores, sed esurientes sitientesque iustitiam, non dixit esse beatos corpore mente ve contaminatos, sed mundo corde ac spiritu, non litigiosos discordiasq; nutrientes, sed concordatos atque pacificos, non denique æqui iusti q; desertores, sed eos qui persecutionem patiffur propter fidel iustitiam, hos cunctos ille magister celestis beatos pronunciauit, quoniam ipsorum esset regnum cœlorum, quod essent hæredituri videntium terrã, quod essent consolandi, quod consecuturi essent misericordiam, atq; saturandi, quod essent Deum visuri, & vocandi filii Dei. Et quia hæc omnia per fidem quæ est in Christo Iesu perficiuntur, vt summam manum imponeret, continuo ad præsentis sermos
Mat. 5. nem dirigens adiecit. Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me, gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in cœlis, hæc est proculdubio desideranda verum, & quem misisti filium tuum. Talibus humanas mētes ad summos beatarum virtutum gradus capeffendos, diuinus præceptor formabat, vitamque nouam, beatam, & nunquam desituram mortalium animis ingerebat. Quare merito suspebant omnes qui eum audiebant in verbis gratiæ quæ procedebant de ore eius. Verbum Dei loquebatur, per quod facta sunt omnia, vni que distis addebat occultam, ille qui est via veritas & vita. Profecto quia via est, qui sequuntur illum errare nequeunt, quia veritas est venientes ad se in veram libertatem vendicat, si veritas, inquit, nos liberauit, vere libereritis, quia vita est liberatos a morte crispit, de
Ioan. 17. niq; id circo in cruce vita pependit, vt ad veram perfectamque vitam miseris mortales traduceret. Et reuera sicut factus est sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, quos enim antequam esset homo ex ægypto emerat factus homo redemit sic cum
Luc. 4. *αὐτοῦ*, id est his qui sine lege erant, deputatus est, vt eos proprio sanguine emeret, & carnis lege depressa legi spiritus subiugaret, ac perinde vtrosque in vnam ecclesiam coactos æterna vita bearet, Cæterum fuerunt insipientes, & infelices haud quidem omnes, sed plerique Iudæorum qui inuidioso furore perciti Barabam hominem sediciosum, & homicidio insignem authori pacis atque vite prætulērunt, & veluti in meridie tenebras palpantes intolerando facinore vita contempta mortem sempiternam sibi delegerunt. Id quod illorum legislator Moses in execrationibus iuxta mysticos intellectus eis exprobat, quum eorundem ina
Gal. 4. credulitatem his verbis taxat. Et erit vita tua quasi pendens ante te, timebis
Deu. 28. nocte &

nocte & die. Et non credes vitæ tuæ. Nihil petus inter maledicta quæ Iudæis merito superbia acciderunt, quam videre filium dei pendentem & non credere ei. At prudentiores & longe feliciores plurimi Gentilium: qui cum cernerent ad crucis designationem Apostolos & apostolicos vtros cœcos illuminare, dirigere claudos, curpos erigere, mundare leprofos, mortuos suscitare, domitos damones, ac de corporibus humanis exclusos, suorumque deorum cultum in dies magis ac magis diminui. Quinque simul audirent doctrinam nouam, pietate plenam, maiestatem diuinam, ad meliorem in præsentivitam mortales reducentem, æternam in futuro promittentem, eadẽque viderent in auditis & mirabilibus signis & argumentis confirmatam: non potuerunt tantis incitamentis non moueri ad repetendam, euoluendamque mysteria quadam a maioribus suis literis, quas Hieraticas, id est, sacerdotales dixerunt, si forte in illis inueniretur aliquid, quod faceret ad tantam rerum gestarum nouitatem, quo diligenter quæsto, inuento que feliciter, crucis mysterium vni que admirati facile Christianum dogma susceperunt. Quia de re commo-
Mat. 5. dum esse reor, adscribere ea quæ Socrates ecclesiasticus quidam, scriptor historicus tradidit. Cum templum, ad serapis Alexandria nudaretur, inuenite sunt literæ in lapidibus scriptæ, quæ apud Aegyptios vocantur sacræ. Habebantque ipsi characteres figuram crucis, hoc Christiani videntes atque pagani singuli eorum religioni propriæ deputabant. Christiani dicebant signum esse saluiferæ passionis Christi, Pagani vero aliquam esse communionem Christo & serapidi per hoc signum asseriebant: interpretes autem signum crucis insinuare dicebant vitam superuenturam. Quam ob causam Christiani ad summum fastigium sunt eueffi, Cunctq; per alias literas, quæ apud eos sacræ dicuntur, indicaretur terminum habiturum serapidis templum, quando character crucis apparuisset: qui vitam superuenturam si ne dubio declararet, multo plurimi ad Christianitatem festinabant, & peccata confiteitis baptizabantur, hæc ille, baptizabantur itaque, & a peccatis mundabantur, quoniam ex aqua & spiritu sancto denuo nascebantur, vt deposita tandem veteri vita nouamque per Christum induti ius haberent ad vitam venturam consequendam, quæ per crucem tam apud Ethnicos, quam apud Hebræos diuinitus præfigurabatur, quia pro vtroque viuificandis author ipse vitæ in simili patibulo morturus portendebatur. Quare non incredibile videri debet alicui si in sacerdotibus quoq; Aegyptiorum operatus sit deus hoc sacramentum ipsis reuelando: sicut in Balaam filio Beor & Caïpha pontifice, qui quanquam impij in sacris tamen legis & euangelij literis prophetasse referuntur. Vnde & illud merito accidit, vt in primis magis hi qui erant ex sacerdotibus & ministris templorum ad fidem conuerterentur, quam illi quos errorum præstigiæ & deceptionum machinæ delectabāt. Denique quid restabat fallacis demonum detectis, & clarissima veri dei luce percepta, nisi vt vniuersa falsæ religionis vestigia penitus abolerentur atque vere pietatis insignia pro illis suffecta passim micarent, Id quod & apud Alexandriam gestum esse Ruffinus tradit dicens, Thoraces etiam serapis, qui per singulas quasque domos in parietibus in ingressibus, & postibus etiam, ac fenestris erant, ita abscissi sunt, & abrafi, vt ne vestigium quidem eorum vel nominis appellatio aut ipsius, aut alicuius alterius demonis remaneret, sed pro his crucis dominicæ signum vnusquisque in postibus, in ingressibus, in fenestris, in parietibus columinisq; deingeret. Sed hæc hætenus repetita sunt tanquam homini Christiano plurimum obseruanda, atq; memoratu iucunda.

Caput. li.

Quod tribus de causis dominus noster Iesus Christus est honore summo colendus.



Quod si in tanta admiratione

crucis signum habuerunt Alexandrini recens ad fidē Christianam inuati, consequens erat statim tractare quanta religione sit nobis, qui fidem cum lacte suximus idem obseruandum, nisi oporteret prius declarare summo honore deum & dominum nostrum Iesum Christum esse colendum, quoniam ab honore crucifixi, crucis honore dependet. Primum igitur tanta est sum-

mi vertiq; dei maiestas, vt proculdubio suapte natura sit digna, cui supremus honor exhibeatur. Hoc enim rerum ordo exigit, vt quanto præstantius aliquid est, tanto fiat plurius, atq; ampliori colatur honore. Dignus ergo erat summus atq; optimus deus ante mundi quoq; constitutionem primo summoq; honore, quam nondum aliquis esset, qui tantam excellentiam suspiceret atq; coleret. Par igitur est, vt tam conditus siue homo, siue angelus agnoscat illam supremi numinis maiestatem, qua infansito quidē in terditio antecellit. quicquid est, aut esse potest, quod deus non sit, ac sub inde ex hac modestissima consideratione sapienter assurgat in illius admirationem, sic vt ipsu in cæteris omnibus præferat cum voto, tum cultu. At vero postquam tantam celsitudinem mentis oculo fuerit, quantum creaturæ circa creatorem patitur infirmitas, contempletur, rursus inde resiliat, & propriè inbecillitatis conscientis proressus illi sese demittat, atque subternat, seque indignum censat, qui coram tali tantaq; excellentia compareat. At eide pulchrum paradoxon quod bñc emanat: sic nempe fiet, vt quanto magis pia mens in sese reducta. diuinam summitatem veretur, tanto longius modesto quodam timore sic recedat ab illa, vt tamen salutari quodā suaditio nunquam ab illa recedat. Profecto multum hæc pietas confert naturæ ratione intellectuque vigenti. Nam quanto humilior coram diuino conspectu sese gerit, tanto magis apud deum altius ascendit: & quanto semotus illum reuerendo abscedere videtur, tanto prescius illi bono optando adhæret. Sic e contrario quanto quis peruerse celsitudinis appetitu sublimius effertur, tanto profundius pessundatur: & quanto magis improbe quod diuinum est, vsurpare sibi conatur, tanto foedius ab il-

Psal. 137. Ius consortio procul ablegatur. Deniq; aliquid dum subijciuntur, extolluntur, alij des-

Luce. 10. cellus dominus & humilia respicit, & alta longe cognoscit. Nonne & dominus, vt est in euangelio, videbat Sathanam quasi fulgur de celo cadentem? Nec aliam potius ob causam in profundum ruit ille malorum, quam qd proprio decore captus, & amore sui perstritus non contulit, quantum esset scelus, creaturâ quoquo modo paria creatori sentire. Inde namq; appetiuit se ipsum diuinis honoribus a cõsortibus suis col-

Esai. 14. Quem Esaias sub typo regis Babyloniæ his verbis merito fugillat. Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes. Qui dicebas in corde tuo, in caelis ascendam, super astra dei exaltabo solum meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem, similis ero altissimi. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum lacu sic iuste humilantur, qui perperam exaltantur. At nõ sic intumuit, quamuis magnus patriarches ille Abraham, quin potius quanto magis meritorum

Gen. 18. incrementis appropinquabat deo, tãto summissius semet gerebat: tanto se illo inferiore agnoscebat. Nonne fuit admirabilis cuiusdam modestiæ? qd post frequenter habita cum domino colloquia, post tot mysteria sibi reuelata, post tãtas promissiones, post hospitalem cõsuetudinem sese cinerem coram domino reputabat, puluerem ap-

Matt. 3. pellabat. Dignus nempe tali tantaq; animi summissione, qui pater multarum gentium constitueret. Sed transeamus ad Euangelium, in quo statim nobis occurrit magnus ille Baptista, qui veritus dominum Iesum magno quidem mysterio exigente a se baptisimum, reuerenter admodum prohibebat eum dicens, Ego a te debeo baptizari cu-

lus san-

ius sanguine si lotus non fuero non ptebit mihi tanua regni celorum quod tuo nomine iam appropinquasse prædico. Et tu venis ad me deus ad hominē, dñs ad seruū, rex ad militem, lux ad lucernam, & quo decore potero ego tñ te agnum dei innocētissimum, qui tollis peccatum mundi, baptizandi munus exercere? Placuit quidem dño Baptiste modestia. At auctoritate sua pro tēpore vsus, respondens ei Iesus præcepit. *Matt. 3.* Sine modo, sic em̄ decet nos oēm implere iustitiã, scilicet, vt præcedentibus factis, præcipienda præmuntiamus, & hoc exemplo discant a nobis superbi modestiam, nec dedignent ab inferioribus vitæ sacramētum accipere, cuius præludium nouerint a seruo dñm accepisse. Ceterū qm̄ illa est vera animi summissio quã comes sequit̄ obediētia, tunc Iohānes dñi parens imperio dñm̄ eū, mundi q; totius ablutorem, vt a quas tactu suæ mundissimæ carnis sanctificaret, summa reuerentiã baptizauit.

Quid Petrus? Sane non videtur hac virtute inferior Iohāne: quispe qui capta ad *Luce. 24.* mini verbum copiosa & imperata piscium multitudine, considerans insolitū capturæ genus obtulit, & miratus dñm cum præsentiam, tum potestatem, procidit ad genua Iesu dicens. Exi a me dñe, quia homo peccator sum. Hęc vitq; dicens haud auersa habatur dñm, sed maxime verebat: studebat em̄ pientissimo timore illū a se demittere indignū se iudicās, qui simul cum tanto dño in eodē esset nauigio. Verūtamen quanto reuerentius dñm eiusmodi precibus ablegabat, tãto magis pietatis merito illū secum retinebat, tanto maiora gratiarū munera promerebat, tãdem iubet illi dñs bono esse animo, & aliud lōge mirabili? matuq; illa mirifica pisciū, sed irrationabilū captura pollicitus. Noli, ait, timere, ex hoc iam homines eris captiens. Non est quod

Ex Eras. formides Simon, agnoscis tuam inbecillitatem, & expertus es virtutē diuinā. Hęc amāda est, nõ formidāda. Quod enim potest, nõ expromit ad opprimēdā inbecillitatem peccatorū, sed ad erigēdā, tãtum vt iussis meis obtemperes, nec expēdas, quid tuæ possint vires, sed quid ego velim fieri: nihil non succedet, si mihi fidas. Admiraris, qd ita successerit res in captura piscium, leue quidē hoc est: mirabili? succedet, vbi piscari cõperis hoies. Ad hoc piscandi genus te delegi cū tuis sociis. In presentia satis istis piscatiõis posthac dabis operā, nõ vt nauim impleas piscib; sed vt eccliam meā impleas euāgelicę doctrinæ professorib;. Quod dñs locur? est Petro, id oēs intellexerunt & sibi dñm esse, Mox itaq; subductis in terrā nauib; atq; inibi relictis oib;, secuti sunt Iesum vacui sollicitudine rerū corporalū, ac totis animis in hoc inuēti, vt fierent piscatores hoim, sic deniq; q reuēter corā diuina maiestate se humiliat, in cõspectu hoim & angelorū adeo sublimiter exaltat. Iã vero accessit altera, mūdo cõditio, ratio, qd creatura mēte p̄dita sui creatorē tenetur peculiari sumoq; cultu psequi. Quod sit ille sol? rerū oim principiu & autor, vt sint, seruent, augeant, p̄ficiant, & ita gubernet, vt optato fine potiātur. Nã qd obsecro iusti? qd qd homo sui cõditore agnoscat, tanq; filius patrem? a quo accepit egregiū esse, quo ceteris animatibus præstat, idq; adeo pulchrū, vt ad imaginē & similitudinē dei sit factus, adeoq; amplum vt queat p̄t me veritatis esse intellectu capax, summę bonitatis volūtatē particeps, atq; immortalitatis cõmunionē cõfors cternitatis. Quid equius qd illum timere, qui vniuersis rebus a se cõditis presentissimus adest? qui cternitatis oculo cūcta perspicit, cuius manu tenentur & gubernantur omnia, cuius sapientia disponuntur vniuersa, sine cuius volūtatē nec arboris foliū cadit in terram, cuius deniq; nutu atq; renutu quælibet oritur & occidit. Hanc in se pietatem nimirum exigit a nobis ille, quando per prophetam nos inculcat dicens. Si ego pater, vbi est honor meus? si ego sum do-

Malac. 1. minus, vbi est timor meus? Quid ergo magis necessarium homini, quam illi vera religione astrictum esse, a quo si recesserit in calamitates incidat extremas, & in quem si inflexo tramite contendat, ad ipsum verē perpetuæq; felicitatis fontē perueniat: hauriturus inde perennes incessabilis incunditatis latices. Id quod futurum cecinit pulchro carmine Plaltes: Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente

Psal. 35

voluptatis tuæ potabis eos: quæ apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbitur lumen. Quare ex his manifeste constat oportere regi seculorum immortalis & inuisibili soli deo facturam suam perhibere honorem & gloriam ea seruitute, quam Greci latriam vocant, qui cultus est illi soli debitus, qui suæ deitatis nullum habet naturæ consortem, quicquid cum sit essentia deus vnus, est tamen personis trinus. Tam late patet diuinæ naturæ amplitudo, vt in essentia vna eademque numero tres in se distinctas inuicem hypostasales contineat. Hic talis ac tantus deus fide spe & charitate est colendus: quoniam ei indubitata fides est adhibenda, quicquid fuerit locutus, quia veracissimus est, imo est ipsa veritas, a qua nullatenus potest mendacium proferri, profecto non magis quam ab igne frigus. In eundem humanæ expectationis conatus pergere, in eundem iustum aliquid piumque petentis tota intentio ascendere debet, quia misericordiam & veritatem diligit dominus: siquidem quantum est ille in bonis, quæ non debet promittendis misericors, tantum est in eisdem promissis fideliter reddendis verax. Hunc ipsum denique summa charitate a nobis amplecti decet, qui suapte natura est optimus, voto benignissimus, facto magnificentissimus, quique maxime omnium liber est & liberalis, liberrimus enim est, quoniam cogi nequit, qui aliis omnibus est potentior, liberalissimus est, quoniam nihil indiget, & vniuersis indigentibus prospicit. Quis autem narrando percurrat, quam varia quamve magna creaturis suis bona præbuerit & vt de cæteris taceam, quanta sunt quæ homini præstitit: siquidem fecit deus rationalem creaturam, vt ait magister ille sententiarum, quæ summum bonum intelligeret: & intelligendo amaret, & amando possideret, ac possidendo frueretur.

Psal. 33.

1. Ioan. 4.

Philip. 2.

Matt. 26.

Quare si optimus miserum parens hominem condidit, vt illum beatitudinis participem faceret, magna illum colendi necessitudine constringitur, idque minime tantam eisdem dilectionem præferens, verum rependens: et vt ait egregius ille diuine ita nos charitatis commendator. In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum vniuersum misit deus in mundum, vt vtuamus per eum: in hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quia ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Ita ne, haud satis fuit diuinæ bonitatis hominem creando tot tantisque bonis affectisse, nisi perditum quoque reparasset, ingratum gratia superasset, beasset miserum, in gloriam glorificasset: Nec erret quisquam arbitrata minus æstimandam esse humani generis reparationem, quæ sine vilo diuinæ naturæ detrimento fuerit effecta, siquidem ille dilectus patris æterni, qui cū in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo, ex inantuit semetipsum formam serui accipiens, vt in hac pateretur, quæ in illa non poterat, quod plane nullatenus imminuit, sed auget maxime benefactoris gratiam. Nam quis obsecro mente capere, necdum verbis explicare poterit, quantæ fuerit potentia deum ipsum humanam induisse naturam: quantæ dignationis assumpsisse passibilem, quantæ sapientis crucem subisse, quantæ charitatis mortem gustasse, vt hominem quem mirabiliter creauerat, mirabilis redimeret, defectum altius erigeret, & secū faceret in cælestibus ad patris dexteram confedere. Quod si propter illa creationis beneficia tenetur homo summum cultum conditoris reddere, multo magis ob gratiam redemptionis eundem illum cultum, siquidem nequit habere maiorem, redemptori rependere fuerit obligatus, si quidem vt ait Gregorius, nihil nasci profuit nisi redimti profuisset, & quod de desperato Iuda dominus dixit, bonum enim erat ei si natus non fuisset homo terrenus, si non per hominem cælestem misericordie dei consilio fuisset redemptus, & ita redemptus, vt in gratiam priori longe potterem cum deo fuerit restitutus, ac subinde in gloriam multo sublimiorem crucifixi humeris subuectus. Ad summam merito Christiani, quos ueteres dixere *uoluptates*, id est, cultores, quod erga dei cultum pura & integra conscientia perdurarent, non tantum diuinam maiestatem in domino nostro Iesu Christo agnoscere & confiteri, sed etiam tam creationis, quam reformationis beneficia

ab eo

ab eo nobis collata gratis animis recolentes, in illum credimus, ab ipso totum pendemus, eundem summa dilectione complectimur. Denique verbum carnem factum summo cultu veneramur, illud passim deuotissime replicantes, Adoramus te Christe & benedicimus tibi, quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

Caput. liij.

Quod Christus deus & homo pietissime vna colitur adoratione.



Aleteriū a doratur nobis Chri

stus deus homo non gemina, sed vnica adoratione, ne videamur in duas hypostasales diuidere Christum, quæ fuit impietas Nestoriana. Religiose itaque vnā Christi personā vnā summāque adoratione veneramur, eademque in duabus existentem naturis diuinā, & humanā, quarū alteram colimus propter se, alterā vero propter alterā, vt pote in vna eademque diuina persona cum illa maiestatem. Pulchre Damascenus & exacte hac de re inquit, Duæ sunt naturæ Christi, ratione & modo differentes, vnitæ vero secundum hypostasim, vnus igitur Christus est deus perfectus, & homo perfectus, quem adoramus cum patre & spiritu sancto vna adoratione eū in cōtaminatā eius carne, non in adorabile carnē dicentes. Adoratur enim in vna verbi hypostasi, quæ hypostasis generata est, non creaturæ venerationem præbentes, non enim vt nudam carnem adoramus, sed vt vnitam deitati in vnā hypostasim reductis duabus naturis. Timeo car bonē tāgere propter ligno copulatā ignē: adoro Christi dei me simul vtrāque naturā propter carni vnitam diuinitatē, hæc ille. Quibus manifeste declarat, humanitatē Christi, si vel cogitatione a verbo separet, non esse adorabile summō illo cultu qui soli deo debet, quæ Greci proprio vocabulo dicunt, latriā. Sed eo quæ vocat yperdulia, qui excellentiori creaturæ iuxta alios atque alios excellētæ gradus exhibet. At dei verbo cōiunctā aut esse adorandam eadē venēratione, qua vebū ipsum colit, sicut enim regis purpura non vtique procul seposita, sed vestita simul cum rege honorat, sic & caro Christi non per se seorsumque accepta, sed a verbo induta simul cū eo veneratur, hoc est, sicut regali honore regē purpuratū simpliciter veneramus, ita diuino cultu verbū incarnatū simpliciter adoramus, sic nepe veri adoratores adorāt dñm Iesum, verū perfectumque deū & hominem in spū & veritate. Sic adorauit illū Abrahā quā vidit diē ei⁹, vidit, & gauisus est. Sic & Esaiās quā vidit gloriā eius, sic et reliqui patres veteris testamēti, qui legē spūaliter intelligētes, cuncta desideria in saluatore deum et hominem portigebāt. Quorū personas procul dubio gessere Moyses et Elias quando visū in gloria cum dño trasfigurato, ipsum tāquam singularem legis et prophetarum completorem, admodum reuerenter adorauerunt. Verum tamen longe ante trasfigurationem mox natum adorauerat ipsum beatissima eius mater. Illi quoque beati pastores angelico credentes oraculo, in præsepio inuentum adorauerunt, factique verbi diuini predicatorum, quotquot eos audiebant narrantes omnia quæ audierant, et viderant, in admirationem conuertebant. Quid magis nonne momentē stella atque ducente paucis diebus longum iter emens, et Hierosolymam regis urbem ingressi in tresp̄ de profitentē seque nouū regē sibi adorādū, indeque profecti Bethleē et intrantes domū inuenerūt puerū cum Maria matre eius, et proci dentes adorauerūt eū, et apertis thesauris obtulerūt ei munera aurū thus et Myrrhā. Aurū quippe ab eis dño soluitur, quasi regi magno, thus immolatur vt deo, myrrhā præbet, quasi pro salute hominū morturo. O absolutissimū magorū cultū, quod tribus munitibus oblati vere religionis summā cōplex⁹ est. Accessit et ad Iesum mater filiorū Zebedei adorās et petens aliquid ab eo, sed quid mirum si ab ambrosia mater tera

*vbi copula
ra, lege copulatum.*

*1. Ioan. 8.
10. 12.*

Matt. 17.

Luc. 2.

Matt. 22.

*vbi sequere
re, lege se
querere.*

Matt. 26.

adoraretur dominus sa doctrina clarus, iam miraculis fulgens, iam demum celeste regnum pollicitus: Consentaneum & illud quod facta ad eius imperium in mari tranquillitate magna. Homines qui in nauicula ferebantur eadem, admirati tantam potentiam dixerunt. Quis est hic quia venti & mare obediunt eis? Illud tamen multo plentius, quod cum noctu per mare deambulasset, secumque Petrum super aquas in cedentem in nauiculam reduxisset, qui in nauicula erant, venerunt & adorauerunt eum dicentes. Vere filius dei es. Sed superat & hos centurio, qui videns quod Iesus voce magna spiritum in manus patris commendasset, dedit gloriam deo, eodem cum nauigantibus preconio dicens. Vere filius dei erat iste. Quid mirabilis ille latro? nonne fide, spe, atque charitate praestantior videri potest? Inter ipsa tormenta in dominum credit. Ab eo regnum petit, pro domino patronum agit. Quid igitur mirum si beatae mulieres, quem latro atque Centurio in ipso crucis articulo adorauerant, eundem a mortuis regressum adorauerunt, sicut de ipsis narrat Mattheus. Illae autem acceperunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Nec nimis mirabor Apostolos adorasse dominum, quum viderent illum mirabiliter sese inferentem in coelum, sic enim narrat Lucas. Cum benediceret illis recessit ab eis, & ferebatur in coelum, & ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo laudantes & benedicentes deum. Paulus quoque & Syllas cum essent in carcere cathenis costricti, nihil turbati, sed gaudentes magis pro Christo affligent, adorantes, laudabant deum. Quid denique mirum homines adorasse crucifixum, adorauerunt & eundem spiritus coelestes adhuc in humanis agentem. Siquidem mox, ut Christum nuper natum pastoribus angelus annunciat, subito facta est cum illo multitudo militum coelestium laudantium deum & dicentium. Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Quin et angelus, qui magos per stellam ad dominum adorandum duxerat, matrem & filium cum sancto Ioseph deduxit in Aegyptum & reduxit in Nazareth passim Christo tanquam domino inferiens, nonne & consummata tentatione, ubi diabolus visus victorem reliquit, euestigio acceperunt angeli & ministrabant eis? Quid grandius eo quod discipulis de se ipso professus est. Amen, amen dico vobis, videbitis coelum apertum, & angelos dei ascendentis & descendentes super filium hominis. Apparuit autem illi oranti angelus de coelo confortans eum. Non quod creator creaturae suae egeret presidio, sed homo factus sicut propter nos tristis est, ita propter nos confortatur, imo quem angelus pro carnis infirmitate ad passionem animabat, pro divina maiestate reuerenter adorabat. Denique angeli conspicui in vestibus albis adorauerunt resurgentem & ad coelos ascendentem, & perpetuo cultu adorant ad dexteram patris sedentem summa alacritate adimplentes illud: & adorant eum omnes angeli eius. Quid beatissimi hominum spiritus, qui hac vita defuncti cum domino regnant, aliud agunt, quam illum colere, per quem tantam felicitatem consecuti sunt? Testatur hoc Iohannes Euangelista in Apocalypsi dicens. Et vidi & audivi vocem angelorum multorum in circuitu throni & animalium & seniorum, & erat numerus illorum mille millia dicentium voce magna: dignus est agnus, qui occisus est accipere virtutem & divinitatem, & sapientiam & fortitudinem & honorem, & gloriam & benedictionem, & omnem creaturam, quae est in coelo & super terram & sub terra & mare & quae in eo sunt, & omnes audiu dicentes, sedenti in throno & agno. Benedictio et honor et gloria et potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, et adoraverunt viventem in secula seculorum. Nos quoque qui hanc vitam degentes videmus adhuc per speculum in aenigmatibus, de quibus quoque scriptum est, Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes servient ei, eadem cultura illum adoramus, latentem tamen sub fidei mysterio. Haec est rectissima Christianorum pietas, qui firmiter credunt, et bene cognoverunt eundem Christum deum et hominem, modo quodam mirabilis atque ineffabilis

ineffabilis sub Eucharistiae sacramento contineri qui in cruce pependit, & resurrexit, ad coelos ascendit, ad dexteram patris sedet.

Caput. liiiij.

Quod tam imago Crucifixi, quam eius crux, eodem quo Christus cultu, sunt honorandae.



Etiam tempus est ostenden-

di saluatoris imaginem, crucemque non tantum nobis esse colendas, sed eadem quoque latra, qua ipse colitur Christus: profecto liberatoris imaginem crucemque esse adorandas. Ex eo primo constat, quod id habet in usu catholica ecclesia ex apostolorum traditione, iam olim receptum, & ad haec usque tempora perpetuo tenore servatum, sicut & eiusdem tradentibus, adorare orientem versus usurpaverit, Secundo constat idem, quod synodus Constantinopolitana exaceratur eos, qui imaginem Christi non adoraverint in haec verba. Si quis non adoraverit, id est, imaginem saluatoris Christi, non videat formam eius quando veniet in gloria paterna glorificari, & glorificare sanctos suos, sed alienus sit a communione ipsius & claritate. Ioannes quoque Damascenus huius sanctissimi ritus exactissimam affert rationem, dicens, Postquam deus per viscera misericordiae suae secundum veritatem factus est homo propter nostram salutem, non ut Abrahae visus est in specie hominis, non ut prophetis, sed secundum substantiam veraciter homo factus est, dixerat in terra, & cum hominibus conuersatus est, miracula operatus est, passus est, crucifixus est, sepultus est, resurrexit, assumpsit. Et haec omnia secundum veritatem gesta sunt, & visa sunt ab hominibus, & scripta nobis ob memoriam, & doctrinam sunt cum praesentes non essemus, ut cum non viderimus audientes & credentes ad ipsamur beatitudinem dei. Et quia non omnes literas norunt neque lectioni incumbunt patres nostri consenserunt, veluti quaedam trophaea haec in imaginibus representare ad promptam memoriam. Siquidem ob negligentiam frequenter cogitatione non tenentes passionem Christi, imaginem transfusionis Christi vedentes, in passionis memoriam redimus, & proidentes adoramus, non materiam, sed imaginem representatam, ut neque materiam ex qua scriptum est euangelium: sic neque crucis materiam adoramus, sed quod typo figuraque exprimitur. Nam quid differt crux a materia, si non habet Christi representationem? Et alibi idem author, Prius de ligno in quo Christus pependit, ita tradit, lignum vitae aeternae ipsum mirum preciosum et perquam vere venerandum in quo semetipsum in hostiam pro nobis Christus obtulit ut sanctificatum tactu sancti corporis & sanguinis est deceter adorandum clauis & lancea & indumenta, et sacra ipsius tabernacula, quae sunt praesepa, spelunca Golgotha salutaris, vituificum sepulchrum Syon propugnaculum ecclesiarum, et similia, ut desparis ait David. Introibimus in tabernacula eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius: Quod autem cruce dicat ostendit quod sequitur, Resurge dominus in requiem tuam sequitur, n. cruce resurrexisti. Si, n. amicorum desiderabilis domus & lectus et amicus, multo magis domini saluatoris nostri, per quem & saluati sumus. Iam vero quem subdit, ad illius crucis cultum in qua passus non est pertinent. Adoramus etiam figuram preciosam & vituificam crucis, tamen ex alia materia facta est, non tamen materia veneranda. Absit, sed figuram tanquam Christi signum. Dixit, n. discipulis suis contestans, tunc apparebit signum filii hominis in coelo cruce dicens: et idcirco mulieribus dixit resurrexisti angelus. Iesum quaeritis nazarenum crucifixum. Et Apostolus. Nos autem per radicamus Iesum Christum & ipsum crucifixum: multi, n. Christi & saluatores, sed vnus crucifixus: non dixit, lancea perossum, sed crucifixum, Quod si quis quaerit quare nos omnes fideles cruces quidem conformes cruci Christi

Psal. 137
Matt. 24.
Mar. 16.
1. Co. 2.

facimus, sacre autem lancee vel arundini vel spongie conformia non ita adoranda fabricamus: sunt enim ita sancta sicut crux. Respondet dicitur Athanasius in hec verba. Crucis certe figuram ex duobus lignis componentes adoramus. At si quis infidelium nos accuset, quod lignum adoremus facile possumus ea duo ligna separare formam crucis destruentes, quasi inania, hanc ligna reputando, eidem insidi persuadere, quod non lignum colimus, sed crucis figuram. De lancea autem, arundine ac spongia non hoc ita facere aut ostendere possumus. Adorandum igitur est ut signum Christi; ubi enim fuerit signum eius, illic & ipse erit. Iam vero ex adductis constare poterit aliud quod propositi imaginem Christi, siue eius crucem eadem cum illo esse adoratione colendas, siquidem nullatenus est honoranda illius imago siue crux, eo quod sit lignea, argentea, aurea vel gemmea, nec eo quod figura sit pulchre depicta, id enim stultum esset & impium, & creatoris honorem gloriamque creaturę accommodare, sed eo quod per eam & in ea Christus deus & homo actu representatur, mente agnoscitur, voluntate diligitur, voto ceteris omnibus prefertur. Imaginē ergo saluatoris adoramus propter Christum, vel potius Christum in suę crucis signaculo. Et quemadmodum dominum sub formis panis & vini contentum in mysterio fidei adoramus, ita & in victoriarum suarum signo representatum ritu religioso colimus. Esto quod alio modo sit in sacramento, alio sub crucis signo. Nam illic vera totus Christus continetur, hic vero tantum imaginarię: utrobique tamen adoratio qua colitur a fidelibus, ad ipsum crucifixum verum deum & hominem penetrat atque pertingit, iuxta illud magnum Basilii dictum passim celebratum, honor imaginis refertur ad prototypum, hoc est, quando honoratur alicuius imago, honor quo illa honoratur, non adhibetur ei quatenus res quaedam est, sed quatenus per eam actu representatur, & in ea honoratur exemplar ipsum, cuius imago est. In hunc quoque sensum pie sancta ecclesia credentium mater crucē salutem, crucem adorat, a cruce maxima petit, cum cantat. O crux aue spes unica, hoc passionis tempore, auge pietatis iustitiam, resque dona venia. Non dubium quin mulier sapientissima nequaquam a nudo ligno, sed ab eo qui pependit in illo, tanta munera poscat. Ut quid maiores nostri curauerunt mox a nobilibus christiane religionis primordialis cum in alitis locis, tum in ædibus deo sacratis. conspicuam extare crucifixi figuram; nisi ut viuissimum salutis nostre signum in prospectu habentes semper mente renouuerimus, quę grauius tormenta, quas irrisiones & ludibria, quantam contumeliam & ignominiam, qualem demum mortem ille dei filius homo factus pertulerit, ut nos ad suauem quietem, ad veram gloriam, ad solidos honores, ad perpetuam denique vitam adduceret. Voluerunt quoque nos admonitos ut talibus meditationibus compuncti atque incensi, naturam nostram conditorem, glorię reformatorem, vitę reparatorem, in crucis insigni tantum clarissimo dominici triumphati memoraculo, summo cultu passim veneratemur, ac perinde coram illo nobis adgeniculatis, prostratisque ipsi corporis habitu ostenderetur aperte, quanto in honore mysterium crucis sit semper habendum,

Caput. liiij.

Quod Eucharistiam adorantes representamus fere cuncta que passionis tempore in dominum gesta sunt,



Quoniam superius crucis

adorationem cum ea qua Eucharistiam adoramus, commo dum breuib; contulimus, oportet nunc longioribus ostendere, quantum sint hec duo inter se connexa. Namque sicut crucis signaculum est quoddam memoriale, quo in perpetuam crucifixi memoria reuocamur, et in quo assidua cultura illi veneramur sic & altaris sacrificium est memoriale quoddam illius, quod in crucis

in crucis patibulo consummatum est: imo illud idem quamuis alio ritu celebratum est. Id quod ex eo manifeste constat, quod cum primum dominus hoc sacramentum instituens dixisset. Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, statim intulit, Mat. 26. hoc facite in meam commemorationem. Quę autem alia commemoratio est hoc in loco potius intelligenda, quam comonestatio illius nimis atque inestimabilis charitatis, per quam Christus factus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis tradidit seipsum pro nobis; Paulus quoque id ipsum apertius explicat dicens, Quotiescumque enim panem hunc comedetis & calicem bibetis, mortem domini annuntia bitis. Demum memoriam fecit dominus mirabilium suorum, aescam dedit timen tibus se, per quod representaretur futuris temporibus, iam illud opus stupendum fuisse perfectum, quod multis retro annis & pluribus & variis figuris fuerat adumbratum. Quare sapienter atque concinne dominus, ut apud fideles suos iugis ac immortalis passionis sue sacratissime memoria vigeret, hoc ineffabile sacramentum instituit, ut non deesset exhibitę redemptionis signum salubre, nec non efficax, quo salus tot laboribus acquiriti influeret redemptis, cuius tot figurę mysticę datae sunt redimentis. Ergo tam pulchrum & salutare monumentum admiratus Urbanus papa, merito exclamauit. O digna & aequam terminanda memoria, qua mortem nostram recolimus mortuam, nostrumque interitum vitę obitu interisse. Lignum viuificum cruci affixum, fructum nobis salutis & gratię attulisse, hac est commemoratio gloriosa, quę fidelium mentes replet gaudio salutari, & cum infusione iustitię deuotionis lacrymas subministrat. Merito nos igitur christiani tanti beneficii memores, fructum ligni vitalis alii semper expectamus. At quia nullus potest vitę panem iure manducare nisi prius illum adorauerit, summa deuotione illum adoramus, & ita adoramus ut ipsum crucifixum intus sub sacramento latentem totius corporis habitu, membrorumque fere omnium honestis actionibus exterius representemus; dum enim sub latam ostendamque supra sacerdotum capita, sacram hostiam adoramus fere cuncta que in dominum tempore passionis eius ab impiis gesta sunt, ea nos ex aduerso ad eius dem honorem cum corporis, tum animi motibus effingimus plenissime. Et ut singula comparatorius sermo percurrat. In primis itaque captus est a satellitibus sceleratorum sacerdotum iussu dominus Iesus. Et nos ab apostolis edocti sanctissimis, abditissimo sacramento adhibemus fidem, captiuantes intellectum nostrum in obsequium Christi. Stetit & Iesus coram præside modo loquens, modo tacens, & nos Eucharistię, crucisque mysterium adorantes modo loquimur proferentes sacramenti veritatem, quia corde creditur ad iustitiam; ore autem fit confessio ad salutem, modo tacemus silentio venerantes tanta maiestatis arcanum, secū dum id quod scriptum est. Et erit cultus iustitię silentium. Pro eo item quod sacrum domini caput fuit spiritus coronatum, nos capita nostra pileis veluti coronis depositis, in illius conspectu denudamus. Et pro eo quod idem venerandum liberatoris nostri caput arundine molesti littores pulsabant, nos regali carmine veneramur, illud cōtinētes ei. Iheronimus tuus deus insęculum seculi, sceptrum directionis, sceptrum regni tui. Ad hæc ab illis illusoribus, contumeliosis & ludibris dominus onerabatur, a nobis laudatur & glorificatur, tanquam summus rerum omnium artifex, & locupletissimus honorum omnium largitor. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Fletentes quoque genua ludicra salutatione insultabant ei tanquam regni affectati reo, nos vero coram illo genua reuerenter flectimus, proferentes ipsum esse regem regum & dominum dominantium. Præterea canes illi impudentissimi spuebant in faciem eius, nos autem modesto pudore dominum suspicientes in humum etiam ad illius presentiam vultum dimittimus. Quod si alapis faciem eius ceciderunt, & nos tunc dimus pectora nostra illi compatiētes, ut cum illo regnemus. Nam quod capillos eius vellebant, eisdem nescientes honestarunt capita nostra, quorum capilli omnes

Ro. 10. Eja. 22.

Psal. 44.

Ioan. ii

Mat. 10.

apud deum numerati sunt. Ceterum quod exutus propriis in damentis hic purpura, illic veste in datur alba: rursusque alienis depositis, iterum suis vestitur: hec omnia nos in redemptoris nostri honorem vertimus, scientes quod per hominis primiti peccatum exuti sumus originali iustitia veste quidem pulcherrima, & pro ea miserabili per mutatione sumus in diti homine veteri, qui vel inani letitia vel simulata religione se cunctum desideria carnis corrumpitur, quo tamen per gratiam divinam deposito rursus induimur in vitam hominem qui in iustitia & sanctitate veritatis secundum deum creatus est. Quid quod flagellis celsus est & quis est credentium Christo, qui ad memoriale sacramentum accessurus crudelis piam copulationem flagellis cordis sui dorsum duceret, simul & corporis tergis adorando non incurrit. Orientavit & flagellatum furem populo in iustitia quus preses, dicens, Ecce homo. Et iterum. Ecce rex vester. Nobis autem eleuatur & ostenditur magnificandus, & perfecte commendandus verbis ex ore infantium & lactentium a rebus. Benedictus qui venit in nomine domini, Rex Israel. Osanna in excelsis. Quare rursus & Iesus, datus fuisse in escam suam fel, & in siti sua potatum se fuisse aceto. At nobis sacerdotis manu panis vite porrigit, & vinum illud propinat, quo dei & hominum corda significatur. Nempe quemadmodum et ab sceleratis & impiis cruci affixus sublatu est in aera a pretereuntibus contumandus & execratus, ita a piis & castis in altari consecratus eleuatur in altum ab spiritualibus Hebraeis laudatus & benedicendus. Et quidem sequus miles mortuatus lancea inhumaniter aperuit, sed incredulis exclusis, credentes Christo per illud ostium in ecclesia sanctorum ingredimur, quam ille sanguine et aqua inde mirabiliter effluentibus redemit atque mundauit. Extremas ite habuit ille manus, sic enim ut non nihil in caelum surgeret, & nos extremas manus purasque ab iniquarum operationum inquinamentis erigimus in deum. Denique dominus inclinato capite in manus patris tradidit spiritum, et nos inclinantes coram illo capita nostra, bona spe eisdem animas nostras commedamus. Ad summa sepultus est & resurrexit, & nos prosternimur adorantes illum, ut resurrectionis eius participes efficiamur. Vides quae apte plenaeque deum Eucharistia veneramur, ipso adoranda voto ritusque utriusque dominice passionis monumentum simul coniungit: sacramentum dico corporis & sanguinis Christi, et nobis crucis eius signaculum, quoniam per utrumque in salutiferum mortis illius memoriam reducimur, et in utroque verissima pietate liberatore nostrum praesente colimus.

Ephef. 4.
Ioan. 19.
Ioan. 12.
Phil. 2.
Iud. 9.

Caput. lv.

Quam iuste Crucifixo non credentes vltimo supplicio damnantur, & credentes ei ad summam felicitatem promoueantur.

Oratio infelices nimium per-



duces Indaei, infelices infideles, vel stultes gentes, vel spurci Sarraceni, infelices & Christiani malis moribus deprauati, qui tantis beneficiis non allati ciuntur, qui tam congruis purisque ritibus non trahuntur ad cognoscendum eremorem suum, ad rependendam saluatoris dilectionem, ad exhibendum domino gloriae debitum honorem, magna quidem gentium miseria, quae vel vere pietatis, quae soli vero deo cultum ceremoniarumque affectu, cognitionem non habuerunt, vel oblatam receperunt, & veluti lippites oculis solis subar fugiunt sic corruptis animis crucis fulgorem ubique micantis sunt auersati. Hoc est, in peccatum mundum, quod lux venit in mundum, quod dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Sed maior lege Iudaeorum miseria, qui crucis mysterium patriarchis promissum a legislatore descriptum, a prophetis decantatum, a piis regibus cunctisque prioribus iustis expectatum, praesens non agnouerunt, oblatum non receperunt,

Ioan. 5.

perant, sed potius abominati sunt illud, & abolere conati. Quare nullam peccato suo excusationem praetexere possunt, sicut eos redarguit dominus, prius quidem a doctrina. Si non venissem & locutus fuissim eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. At ne putarent se confugium habere penes deum addidit. Qui me odit, & patrem meum odit, Euestigio autem iterum a rebus grauis bus urget eosdem dicens: si opera non fecissem in eis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem & viderunt, & oderunt me, & patrem meum, sed ut impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Maxima denique fidelium miseria, qui cum ad crucis mysteria instituti sint, nullis christianis moribus et respondent, sed contrariis crucifixo aguntur affectibus, nullum diuitis cogitandum finem imponunt, imbecilliores se opprimunt, afflictorum non misentur, dolentes non solantur, iura violant, pacem turbant, seditiones nutriunt, bonos insectantur, impuris cogitationibus fluctuantes, contaminatis operibus sordentes, delictis affluentes, phana denique atque prophana peruerentes alienissimam a christiana professione vitam agunt. Hoc desiet apostolus & crucis aduersarios esse testatur in haec verba. Multi ambulat, quod sepe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, scilicet quia eorum vice doleo, inimicos crucis Christi. Erant enim nonnulli qui christianos se simularent, per otiumque & quietem & luxum ducerent vitam, nihil euangelio infundantes, hos utique Paulus crucis christi inimicos appellat, quippe qui animam quaerant pacem, modestam, benignam, mundam, clementem, in bonos mores pronam, iustitiam culticem, & eam quae sit ad mortem intetior, & ad obeunda pericula pro crucis honore propagando sitibunda, hi vero solutores cum essent, vitam agebant a sua lege aliena. Si enim crucis desiderio tenerentur, studerent quidem & ipsi vitam ducere cruci haerentem, tormenti & amaritudinis plenam. Nihil itaque adfici admiratione debemus, si hi qui dediti delictis sunt & vite praesentis ocio quietiori additi, crucis sint hostes & Christo infensi, quorum deus veter est, hunc enim, ut Deum colunt, huic perpetuo obsequuntur: & faciunt satis, affatim ingerunt, quod ille exposcit, hoc inurgitato prorumpunt in venem facti tamquam mulus & equus, quibus non est intellectus, & hi quidem gloriantur in delictis suis & letantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, sed gloria eorum est in confusione nem eorum qui terrena sapiunt. Nam cum esset necesse, vi confusione & verecundia adficerentur, qui prauis adstricti sunt factioribus, e contrario gloria ducunt peccata, quae foedissima sunt & ignominia plena. Miserrimi quidem, quippe qui pro deo ventrem sunt nacti qui spirituale nihil aut caeleste meditantur, tantoque sunt caeteris hominibus misertiores, quanto crucis praesidio praediti poterant esse praestantiores, sacris christianis imbuti, obtinendae felicitati fuerunt propiores. Tanto enim amplius cuique dolet elapsum de manibus bonum quanto magis fuit in habentis potestate, ut ab eo perpetuo possideretur. Quid tandem sentier Aethiopes? quid proterus Iudaei? quid prauis christianis apparuerit signum filii hominis in caelo? Signum enim crucis apparebit in caelo, cum dominus ad iudicandum venerit, & quantum in ea quida sunt sententia, ut putent signum crucis qua mortuus est, tunc non appariturum, sed tantum: atquod eius signum. Plerisque tamen doctores concordia consensu tradunt, vera illam Christi crucem diuina vi reformanda, angelorumque ministerio esse iudicii tempore circumferenda. Recte Chrysostomus. Qui, n. cadavera hominum in pulueres iam & cineres mutata redintegrat, idem instaurare totamque plane restituere potest crucem in plures etiam scissam partes. Videbitur ergo tunc temporis crux astris clarior, luna splendidiore, sole fulgentior, immo ad crucis praesentiam obscurabitur sol, quod ut arbitratus est Chrysostomus fieri non posset, nisi solares illa radios splendore superaret. Quid itaque illi miseri, nec tam miserabiles facient, cum viderint filium hominis venientem in nube cum potestate magna? nimirum plangent se tunc omnes tribus terrae. Sicut enim per fidem in crucifixum ex omni natione quae sub caelo est, nonnulli seruabuntur, ita ob incredulitate

Ioan. 15.

Philip. 3.

Ex Theo.

Matt. 24.

Matt. 24.

Mat. 20. tatem multi dānabuntur, multi enim sunt vocati, pauci vero electi, plangent itaq; qui
 Philip. 3. cunq; municipatum non habuerint in celo, qui nō possunt dicere nostra cōuersatio
 in celis est, sed scripti sunt in terra, cum his qui terrena sapiunt. Ve habitatibus terrā,
 lamentabuntur itaq; ethiēt. insipientiam suam cum claruerit Crucifixi triumphus,
 Sap. 5. & dicent. Ergo errauimus, quia veritatis & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol in-
 telligentiae non est ortus nobis, lassati sumus in via iniquitatis & perditiois, & ambu-
 lauimus vias difficiles: viā autem dñi ignorauimus, Lugebant & Iudei impiū facti-
 nus, cum videbunt tanta potestate & gloria pollētem illum, quem cōpunerunt. Nā
 ob id quoq; apparebit signum crucis splēdidissimū, vt Iudeorū inuerecundia confu-
 tet, aduentet enim Christus in iudicio nō vulnera solum, sed mortem etiā exprobra-
 tissimam ostendēs. Augebitur & Iudeis lamentū, q̄ visa crucis gloria considerabunt.
 q̄ mortuo dño nihil profecerunt, & quoniam crucifixerunt eum, quē adorari oportea-
 bat. Ergo impiū Iudē fecundū ea, quē cogitauerunt, accipient & dignā correctionē
 Esai. 2. habebunt, qui neglexerunt iustum & a dño recesserunt, & lamentantes dicent monti-
 Luc. 23. bus: cadite super nos, & collibus, cooperite nos a facie formidinis dñi & a gloria mate-
 statis eius, quia qui olim fuit in iustis iudicatus, tandem surrexit, vt iudicet & venit per-
 2. Petri. 2. cedere terrā. Quid iniqui christianis in dñe in cōsolabiliter plorabūt: quippe qui cum
 refugissent conuincationes mundi in cognitione dñi & saluatoris Iesu Christi, his
 rursus impliciti superati sunt, factaq; eis fuerunt, posteriora deteriora prioribus. Me-
 litus. n. fuerat illis nō cognoscere viā iustitię, quā post agnitōnē retrorsum cōuertī ab
 Luc. 13. eo, q̄ illis traditū est, sancto mādato. Quid faciet: cū abiecerit illos a se Christus, dicēs.
 Hier. 6. Discedite a me operari iniquitatis, amē dico vobis nescio vos: quos singultus edēt
 quos fundēt quęstus: Ve nobis quia declinauit dies, iōgiores factę sunt vmbre iunipe-
 ri, Ve nobis quia peccauimus, p̄pterea mōrtū factū est cor n̄m, ideo cōtenebrati sunt
 oculi n̄rī. Ve nobis quia vastati sumus, sic deniq; gētes insipientes, pernicaces Iudei, &
 scelesti christiani peribūt, nullū tunc eis effugū patebit, quā ad infernos sempiter-
 nosq; cruciatū deturbētur, quia noluerūt per Christū acquirere sibi grām, per quā vi-
 tā promerereūt eternā. Sed maluerūt sub impietatis & iniquitatis regno diabolo ser-
 Ro. 6. uire, vt eternū interitū cōmererentur. Stipētia, n. peccati mors. At vero p̄t sapientes &
 inūi qui nunc dñm Iesum in suis signis agnoscunt, diligūt & verentur, quā sp̄ualibus
 inspectiōibus agētur: quā sanctis affectibus monebūtur, q̄ puris votis deū colētes
 viderint dñicam crucem lucifero pulchriorē, sole mirabiliorē. Agnoscent, n. egregiū
 Imperatoris sui signum, diligēt victoriarū insignē, amplectētur salutare vexillū, sub
 quo strenue deo militauerunt, Agnoscent liberatoris gratiā per quā deo reconciliati
 sunt, diligēt iustitiā, per quā sanctificati sunt, admirabūtur veritatis sacramentū per
 quā beatificati sunt. Tunc perfecte intelligēt crucis stultitiā mirabilem fuisse sapientiā,
 infirmitatē, inuictā fortitudinē, ignominia, clarissimā gloriā, tunc videntes tā omnia
 tuta, gaudebit v̄arios mortis effugisse casus, tot euasisse pericula rerū, tunc letabūtur
 imposita suis humeris cruce, crucifixum fuisse secutos & tali baculo flucta Iordanis
 pertransisse, vt duabus turmis honorū sp̄ritualiu & corporis & animę locupletati pa-
 triam cōlestem repeterent. Deniq; gratias agētes ei, qui eos ab vniuersis malis eripuit,
 & omnibus bonis repleuit, perpetuo cum duce suo exultabunt, perpetuū cantabunt
 alleluia, q̄ gratia dei vitam eternam consecuti sunt, idq; per Christū dñm nostrū. Per-
 petuo deniq; verebuntur cum quē deus supra omne illud quod deus nō est, exaltauit,
 in eternum seruiēt ei, cui pater dedit nomen, quod est super omne nomen, perpetuo
 contestabuntur dignū esse vt in nomine Iesu omne genu flectatur cōlestiū, terrestriū,
 & infernorum, sine fine confitebuntur, q̄ dñs Iesus ille crucifixus in gloria est Dei
 patris, hac tandem fide imbuti, tuam crucem adoramus domine, tuam gloriosam re-
 colimus passionem. Qui passus es pro nobis domine miserere nostri.

Ταύρος.

Libri Tertij. Capita.
 Caput primum.

Digestio miraculorum quæ facta sunt Christo patiente, atq; resurgente.
 Folio. lxxvij.
 Caput. ij. De linguarum dono & miraculis Petri gestis. folio eodem.
 Caput. iij. De Anania & Saphira, solo nutu Petri interemptis. ibidem.
 Caput. iij. De Simone mago a Petro deuicto. ibidem.
 Caput. v. De Hierosoly ma propter crucem euersa. fo. lxxix.
 Caput. vj. Commodus Imperator aqua & victoria potitur. ibidem.
 Caput. vij. De signo crucis Constantino ostenso. ibidem.
 Caput. viij. De increuenta de Maxentio victoria. ibidem.
 Caput. ix. Quod Christus apparuit Constantino, & de signo crucis in vexillum in-
 stituto. ibidem.
 Caput. x. Quod maximo studio ecclesiam promouendam & crucem venerandam cu-
 rauit Constantinus. fo. lxxx.
 Caput. xj. De Cruce ab Helena inuenta, & in duas partes dissecta. ibidem.
 Caput. xij. Quod Atrii conatus scuto crucis munitus eluserit Athanasius. fo. lxxxj.
 Caput. xij. Quod Iulianus Athanasium tanquam crucis antesignanum sit persecu-
 tus. ibidem.
 Caput. xij. Quod prodigio quodā declaratum est imperium crucis eternū. ibidem.
 Caput. xv. Quod Iuliano protegente se signo crucis demones fugerunt. ibidem.
 Caput. xvj. Quod in Cælo & Iudeortim reedificantium vestibus Crux apparuit.
 Folio. lxxxij.
 Caput. xvij. Quod Iulianus ex sententiā Domini fuerit extinctus. ibidem.
 Caput. xvij. De Iouiniano, & victoria Theodosii per crucem. ibidem.
 Caput. xix. De Theodosio iuniorē & Theodosia vrbe liberata. fo. lxxxij.
 Caput. xx. Quod paludis aqua in duas partes diuisa Theodosio iuniorē. ibidem.
 Caput. xxj. De miracula eiusdem hostium deuastatione. ibidem.
 Caput. xxij. Quod Christianis ad ecclesias confugientibus parcutim est Romæ.
 Folio. lxxxij.
 Caput. xxij. De victoria Heraclij, & de festo exaltationis Crucis. fo. lxxxij.
 Caput. xxij. In quæ loca lignum crucis fuerit translatum. ibidem.
 Caput. xxv. De victoria Leonis pontificis contra Saracenos. ibidem.
 Caput. xxvj. De institutione militum cruce signatorum. fo. lxxxv.
 Caput. xxvij. De ordine Templariorum, & eis succedentibus. fo. lxxxv.
 Caput. xxvij. De propugnata Rhodo ne caperetur a Turcis. ibidem.
 Caput. xxix. De insigni regis Alfonso contra Miramamolimum victoria. ibidem.
 Caput. xxx. De insigni clade Turcio illata apud Belogradum. fo. lxxxvj.
 Caput. xxxj. De duplici commendatariorum ordine, & de Illiberorum expugna-
 tione. ibidem.
 Caput. xxxij. De fulgore qui Andream in cruce circumfulsit pendentem. ibidem.
 Caput. xxxij. De Iosia per Iacobum ad crucis mysteria inuitato. ibidem.
 Caput. xxxij. De Syris curatis & suscitatis a Philippo virtute crucis. ibidem.
 Caput. xxxv. De dracone disrupto & Tauris edomitis signo crucis. fo. lxxxvij.
 Caput. xxxvj. De Probiano podagra laborante visa cruce curato. ibidem.
 Caput. xxxvij. Quod per crucem Blasius super aquas sedit & ambulauit. ibidem.
 Caput. xxxvij. De mirabilibus Iuliani operibus, crucis virtute editis. ibidem.
 I ij

Apophias.

- Caput. xxxix. Quod Antonius portenta feraſq; excepit intrepidus. ibidem.
 Caput. xl. Quod Hilarion demonum terriculamenta ſuperavit. fo. lxxxvij.
 Caput. xli. Quod aqua in qua erat aſpis bibenti non nocuerit. ibidem.
 Caput. xlii. De ſera ſigno crucis aperta. ibidem.
 Caput. xliii. Quod Benedictus vas veneno plenu ſigno crucis contregit. ibidem.
 Caput. xliiii. De cæco per crucem illuminato. ibidem.
 Caput. xlv. De equo furibundo ſigno crucis manſucto. ibidem.
 Caput. xlvi. Quod amantius ſerpentes ſigno crucis extrahebat & extinguebat. ibidem.
 Caput. xlvii. Quod ubi crux eſt demon nocere non poteſt. fo. lxxxix.
 Caput. xlviii. Crux dominica virginittis eſt cuſtos. ibidem.
 Caput. xlix. De Chriſtina & Martha per crucem viſtricius. ibidem.
 Caput. l. Quod ſigno crucis Laurentius Chriacæ curavit & cæcū illuminavit. ibidem.
 Caput. li. Per crucem detecti theſauri. ibidem.
 Caput. lii. Quod crucis ſignum fuerit per angelos fabricatum. ibidem.
 Caput. liii. De duplici ſanguinis effuſione, ab altera atque altera crucifixi imagine. ibidem.
 Folio. lxxx.
 Caput. liii. Quod ſigna crucis iterum viſa ſunt in Iudæorum veſtibus. ibidem.
 Caput. lv. Quod fideli non nocuerit venenum & infidelem aqua epota interemerit. ibidem.
 Caput. lvi. De alia atque alia dominicæ crucis efficacia. fo. lxxxj.
 Caput. lvii. De iuventtione crucis Caruaccq; & de Saraccenorum ob ingens miraculū ad fidem catholicam conuerſione. fo. lxxxj.
 Caput. lviii. Quomodo apud Illiberos Abulenſis quidam Iuuenis detentus, crucis dominicæ præſidio munitus ſe inuifibilem Saraccenis reddidit. fo. lxxxj.
 Caput. lix. Epilogus huiusque operis coronis. fo. lxxxij.

Apophias.

fo. lxxvii.


APPENDIX

QVORVNDAM MIRACVLO RV M.

Quæ expreſſo crucis dominicæ ſignaculo poſt ſalutarem Ieſu Chriſti. Domini noſtri paſſionem hucusq; ſunt ædita.

Caput primum.

Digeſtio miraculorum, quæ facta fuerunt Chriſto patiente, atque reſurgente.



Nemo eſt vtiq; qui rerum chriſtianarum nouerit hiftoriam, quin habeat compertum, multo plura maioraq; mirabilia opera crucis dominicæ potētia fuiſſe geſta a Chriſti paſſione ad hanc vſq; noſtram ætatem quæ fuerint illa priora, quæ ante illius aduentum facta diuinitus memorantur. Ea namq; tot ſunt, tātaq; vt nec calculis ſupputare, nec ſtilo comprehendī queant. Quare ex his, quæ ad notitiam noſtram venerunt, (ne eentim cuncta nouimus, quæ tot retro ſæculis cōtigere vtiq; gentium) per pauca ſed illuſtiora referre conabimur. Idq; faciemus non tam authoris, quam lectoris ſtudium preferentes. Nec multa, quæ per priorem tractatum paſſim ſunt ſparſa, narrando repetemus, qualia ſunt, cum quædam alia, tum illa apud Euangelistas celebratiſſima. Quis enim Chriſto credentium ignoret? Chriſto Ieſu domini noſtri patiente terram fuiſſe tremefactam, contraſta laxa, aperta monumenta, vberumq; templi in duas partes diuiſum, deſeciſſe ſolem, tenebraſq; ſuper omnem terram effuſas, referatā latroni paradifum ab æuo condito ſummis ſanctitate vitis clauſam, De mortui latere ſanguinem pariter & aquam fluxiſſe, in ipſo mortis articulo, Centū turionis fidem, qua filiū Dei gloriſicauit, cunctoſq; fere expectatores in Deum per petratum ſenſiſſe ſcelus, Quam lateū ad magnam illam exptantis vocem tartara cōcuſſa fuiſſe, Demonēſq; victos debilitatos, deturbatos, & infernis conſtrictos cathe nis. Quid memorem i vniuerſos iuſtos, iam oſm in Abrahæ ſinu reſpoſitos a mundi liberatore viſitatos illinc erutos fuiſſe, & in extimum cœlum fuiſſe glorianter inueſtos. Quid i ipſum dominū crucifixum vi propria ſeſe a mortuis ſuſcitari, tum antea, tum copore glorioſum, idq; firmatum non ſolum angelico teſtimonio, ſed eandem quoq; maniſeſtiſſimis & ſignis & argumentis cōmonſtraſſe reſuſcitentē ſeipſum, atq; probaſſe apertiſſime, ſemet eundem eſſe qui fuerat in patibulo ſuſpenſus.

Mat. 27.
 & 28.
 Marc. 5.
 & 16.
 Luc. 23.
 & 24.
 Ioan. 20.
 & 21.

Caput. ii.

De mirabili lingitatum dono & de miraculis petri geſtis in erigendis claudis & ſuſcitata mortua &c.



Nam vero quis nesciat: illum

eundem ſuis vitibus nitentem ad cœlos aſcendiſſe cōſpiciunt multam mortalium turba euntem proſpectante, donec lucida nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum? Quis enim nesciat illum de miſſiſſe cœlitus ſpīritum ſanctū ſuper diſcipulos ſuos, illius aduentum pariter expectantes, eodemq; per beatos diſcipulos

guis igneis afflatus fuisse, atq; spiritu sancto repletos. Quate vero facultatis fuit? Cruci
 cifixi pfectores mox ab spiritu sancto recepto variis linguis esse locutos, & sic locuta
 tos, vt nullus esset in illa maxima turba Hierosolymis collecta ex oi natione, q̄ sub cœ
 Actū. 7. lo est, qui loquētes audīēs, non intelligeret. Quā vere cœlestis sapiētia atq; virtutis: q̄
 nullus aduersariorū poterat eis contradicere, quē a christigeris dicebātur, nec resistere
 Actū. 3. re spiritui qui per illos loquebatur? Quam vero noua fuit potestatis: nobilem illum
 claudum in speciosa templi porta ad stipem quondam sedentem ad vnicam Petri vī
 Actū. 9. carū Christivocem erectum fuisse, necnon ad gressum constabilitum? Quid referam
 Actū. 9. Aeneam et ipsum claudum eiusdem Apostoli voce līde mirabiliter erectum pedibꝫ
 constituisse? Quid Tabitam scēminam illam per beatam Christi discipulam elemosini
 nis insignem eiusdem quoq; ap̄li voce Ioppe ad vltimam fuisse reuocatam. Deniq; ad
 nullum alium quam ad dominum crucifixum est referendū quod multa prodigia &
 Actū. 5. signa per Apostolos in Hierusalem fiebant, virtutes etiam & sanitates: ita vt in plateas
 eicerent infirmos & ponerent in lectulis & grabatis, vt veniēte Petro saltem vmbra
 illius obumbraret quenquam illorum & liberarentur. Quis vidit simile? quis audiit
 tale? Sed mirabilis est quod subnectam.

Caput. iij.

De Ananias & Saphyra solo nutu a Petro interemptis.



Petrus ille egregius schole

Actū. 5.

Christi successor, qui a modestissimo atq; mitissimo magis
 itro per benignā animi māfuetudinē & per humanam cordis
 humilitatē didicerat, Ananiā eiusq; coniugē Saphyrā hoies in
 ortū ecclesiā fraudulentos sola voce prostravit meritaq; nece
 lanauit. Nec id actum est improbe, sed valde probe, videlicet,
 vt cōstaret vniuerso mortalitū generi eā crucis dñicæ vim esse,
 q̄ possit facile quoslibet hostes suos, nō tātū apertos, sed occultos quoq; amicosq; si
 mulatos vltimo afficere supplicio. Enimvero quā filius hoīs nō venit animas p̄dere,
 sed saluare: cunctis mortalibus ostensum est eo exemplo, quantum possent in vtrāq;
 partem crucis antesignantē: sed rarissime repetitum est vltius simile nocentum,
 vt Christiana religio ex bonitate ac beneficentiā reciperet incrementum.

Caput. iij.

De Simone Mago a dño Petro deuicto.



St nihilominus exēplo priō

ri fere simile, quod euestigio subiungam. Ausus est em̄ Simon
 ille magus, ad quem expugnandum Petrus igne sancti spiritus
 irdentissimus Romā concesserat insignem miraculis apostolū
 super suscitando puero recēter mortuo, corā Romano populo
 lacessere. Ad quem impius ille Magus carminibꝫ suis mouere
 tantū potuit, prepotens Christi miles antesignanus crucis p̄
 fido hūc vitæ restituit ac subinde viso tāto prodigio acclamatum est Petro, vel po
 tius Christo, in quē solū totā illius facti potestate autor ipse referebat. Quid putas tū
 Magus ille: nempe victus, ac pudens factus alis artibꝫ amissam apud Romanos auctori
 tatē recuperare tentat. Indixit itaq; se a capitolino in montē Auētinum palā trāsnoia
 turū: cōcurrē ad nouū spectaculū. Iamq; demōnū alis mediū per aerē p̄cristigatōr il
 le ferebat sublimis. Tunc Petrus Christi filiū dei omnipotētē precatus est vehemen
 ter, ne p̄cristigatissimū toto terrarū orbe populū talibus impiū nebulonis p̄cristigis
 deludat

deludi pateretur, statimq; edito, vt credere dignum est, triumphali Christi signaculo
 volentem repente deiecit, in terramq; cadentem crurifragio damnauit. Deniq; pau
 cis post diebus Aretii, in quā urbē a suis discipulis fuerat deportatus, miserimus im
 postor p̄cristigiosam atq; scelestissimā egit animam tartareis supplicis perpetuo tor
 quendam,

Caput. v.

De Hierosolyma propter crucem euerfa.



Domine et occulta quadam crucis

dominica vi Vespasianus Titusque Romanorum imperatores instincti
 Hierosolymā instructo exercitu petiere, atq; firmissimo p̄cristidio obse
 san acriter expugnatam funditus euerterunt? Quod idcirco factum esse putauerim,
 vt sublato de medio, figurarum illo & vmbraum templo deinceps vbique terras
 rum veri adoratores adorarent patrem in spiritu & veritate. Id quod nō modo do
 minus Samatūdi testatus est. Sed etiā per Malachā prophetā tam olim p̄dixerat. Malac. 1.
 Non est mihi voluntas in vobis dicit dominus exercituum, & munus non suscipiā
 de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in
 gentibus, & in omni loco sacrificat & offertur nomini meo oblatio munda, quā ma
 gnum est nomen meum in gentibus, dicit dominus exercituum.

Caput. vi.

Commodus Christianis secum merentibus & victoria & aqua diuinitus potitur.



Mam Ahytarches Petri ecclesie chri

stianæ sedem Romæ collocauerat, iam Romanis ipsiis quanquam nesciētibꝫ
 propicia seruatoris nostri crux aderat, quando Commodus Imperator acie
 in Germanos educta, Christianis militibus optulantibus feliciter pugna
 uit. Presentis autem Christiani numinis illud indicio fuit manifestissimo, quod exer
 citu illius aquæ penuria laborante fertur Christianorum militum precibus & obse
 cratiōibus vberē, desideratā pluuia copā fuisse diuinitus effusam. Nec hoc solū, sed
 insuper pleraque fulmina in Germanos atque Sarmatas irruisse cœlitus deiecta. Id
 quod Christianorum meritis & interuentu cuenisse sibi Imperator ipse suis literis
 testatus est.

Caput. vii.

De signo crucis Constantino diuinitus ostenso.



Meteru commode nunc trans

ire nobis dat a Comodo pertinace oibus, vt ferē incōmodo,
 ad Constantinū Imperatorē humano generi cōmodissimum.
 sub quo crucis signū ap̄tū multo q̄ antea vires suas exeruit,
 ac p̄inde illa, lōgꝫ latiusq; rerū potita cūctis mortalibꝫ illuxit.
 Qua de re p̄ iustitō nro Eusebii Cēsariēsis narrationē sup̄io
 ribꝫ attexere iuuat. Et enim cū religiosissimus Imperator Cōstantinū Cōstanti
 moderatissimi & egregii p̄ncipis filius aduersus Maxentium vrbis Romæ tyrana
 num bellum pararet, atque exercitum duceret. Erat quidem iam Christianæ reli
 gionis fautor verique dei venerator, nondum tamen (vt est solenne nostris initari)
 signum dñicę passiōis acceperat. Cū igitur anxius & multa secū de imminētis belli

necessitate reputans iter ageret, atque ad coelum sepius oculos leuaret, et inde sibi diuinum precaretur auxilium, videt per soporem ad orientis partem in celo signum crucis igneo fulgore rutilare: cumque tanto visu fuisset exterritus, ac nouo perturbaretur aspectu, astare sibi angelos videt, dicentes, Constantine. *et ταυτα υιε*, quod est in hoc vince, tunc vero laetus redditus et de victoria securus, signum crucis, quod in celo viderat, in sua fronte designat. Et ita coelitus inuitatus ad fidem non mihi videtur ea in re inferior illo cui similiter de coelo dictum est: *Saule, Saule, quid me persequeris? Ego sum Iesus Nazarenus: nisi quod hic non adhuc Christum persequeris, sed iam consequens inuitatur.* Ex hinc signum quod in celo fuerat sibi demonstratum in militaria signa transformat: ac labarum quod dicitur in speciem dominice crucis exornat, et ita armis vexillisque religionis nostrae instructus aduersus impiorum arma proficiscitur.

Caput. viii.

De mirabili incruentaque de Maxentio victoria.

Verum non puto ab refactum



videri, si paulum excedentes, etiam quid religiosus dux in hoc bello gesserit, proferam? Igitur ubi diuinis virtutibus auxilio certus de victoria effectus est: alio nihilominus a se religiosi principis animus fluctuabat. Quod scilicet Imperator Romanus et pater patrie nominatus, et qui omnes si posset, qui ante se principatum gesserant: pietate et religione cuperet superare, non solum patrie, sed ipsi urbi Romae, quae imperii caput esset, bellum cogeretur inferre, nec sine oppugnatione patrie quam tyrannus obsederat, reddere poterat patriam libertatem. Angebatur hinc animus et die noctuque deum cui se iam familiarem senserat, precabatur: ne dexteram suam, quam signo munierat salutari, cruore Romani sanguinis macularet. Hoc die noctuque poscenti praesentit diuina prouidentia: et cum iam non procul a ponte Miluio castra posuisset, Ecce subito velut diuina vi correptus Maxentius agitur, in occursum, et proruens urbis Romae portis sequi se reliquum exercitum iubet, priorque ipse obuius occurrit armatus, Iusserat autem nauibus ad decipulam compositis fluvium sterni, et superpositis pontibus exequari. Ut ergo ipse eques et praecursor oblitus operis sui cum paucis aggressus est pontem subfodere naues, & in profundum demersus totius belli, futuras caedes vnius nefandi capitis sui diremit interitu, atque impollutam a cruore ciuili religiosi principis dextram seruauit. Quare post tunc temporis Constantinus Imperator haud minori ratione quam olim Moyses magnificare deum dicendo. Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare. Ingressus denique urbem summaque totius populi Romani gratulatione susceptus, non tam sibi quam Christo triumphum egit, in illum tam inopinatum victoriam referens, cuius vexillum secutus, hostem non tam vicit, quam victum offendit, non enim illum armis, sed fide prostrauit.

Caput. ix.

Quod Christus apparuit Constantino, & quod signum crucis fuit institutum in vexillum imperatorium, et de interitu militum ante signant, qui illud deseruit.



Lacet item in re lectori Christiano luculentissima diuinitus immorari, et ea quae Socrates historicus eiusdem de rebus tradidit, supra scriptis ad dera, aut enim, fertur autem et ipsum Christum

sum Constantino apparuisse, et quod signum monstrasse crucis, & praecipisse, ut figuram similem faceret, & in praesens auxilium hoc haberet, quo victoriae iura consequeretur. Asserebat pius Imperator hoc aperto coelo, declinante ad occasum Sole, cernentibus quoque illud suis militibus fuisse sibi ostensum, idem dormienti sibi per Christum replicatum. Consultis igitur catholicis sacerdotibus atque passionis diuinae mysteriis perceptis fuisse viros eruditos ex auro & lapidibus preciosis in vexillum sanctae crucis transformare, signum quod Labarum vocatur. Hoc enim signum bellicum, inter alia preciosus erat, eo quod Imperatorem praecederet & adorari a militibus moris esset. Vnde praecipue Constantinum. Reor nobilissimum decus imperii Romani in signum mutasse crucis, ut frequentis visione atque cultura desuescerent a priore more, & eum solum arbitrareretur deum, quem coleret Imperator, vel quo duce atque auxiliatore vteretur aduersus hostes, semper enim hoc signum proponebatur ante ordines vniuersos quos maxime laborantibus actibus in praesens adesse praecipiebat. Constituit itaque quod signiferos, qui in eo laborarent, ut ipsum vicibus veherent humeris, & omnes actus ita lustrarent, fertur quod miles eo quod aliquando ferens hoc signum repente hostibus inuadentibus expauescit, dedissetque illud alteri deueniendum cumque se bello subtraxisset & iacula declinaret, subito percussus interiit, ille vero qui sacrum suscepit trophaeum, multis in saecula in tribus comectis permanit illi. Mirabiliter enim diuina regente virtute sagittae hostium figebatur in signo, a signifero autem inter pericula protinus euolabant, dicitur autem neque alium unquam huius signi in ministerium, ut solet in bello, vulnere mortuum, aut cladem captiuitatis perpeffum. Adeo tunc temporis credentium Christo fides vigeat, adeo crucigerorum pietas pollebat.

Caput. xi.

Quod maximo studio ecclesiam promouendam, & crucem venerandam Constantinus curauit.



Opererat autem Licinius in

peris cofors, at infestissimus Christiano non hostis, hunc quoque veluti deo rebellem, & in hoies iniquum, crucis diuinae praesidio victum captumque de medio sustulit. Talibus demum successibus Constantinus utroque imperio, scilicet Orientis & Occidentis potius deo gratus & hoibus charus curauit Christianam religionem maxime tutari, fouere, atque promouere, commodum laus legibus, ut non tantum impune Christianum agere liceret, sed propositis etiam praemiis vniuersis ad catholicam fidem, Ecclesias autem destruktas restituebat, erigebat nouas, seruatias exornabat, cunctisque commodis locupletabat vestigalibus, honorabat autem diuinitatem, quia in eo Christus surrexisset a mortuis, alium vero neque passiois, quia in eo fuerat crucifixus. Maximam namque culturam diuinae crucis habebat, tam pro his, quae ei prospere prouenerant eius auxilio in praesens contra aduersarios institutis, quam pro iudicio, quod ei diuinitus videbatur ostensum. Denique supplicium crucis, quod primitus apud Romanos erat in usu, lege prohibuit. In figuratibus autem numerum morum solidorum & in imaginibus hoc signum iussit inscribi semper & figurari, ut testantur haec tenus eius imagines hoc schemate decoratae. Quo minus uenia digni sunt, qui nisi liberatoris insigne vilius in locis ponunt & lapidibus super quos decambulat in decemissime imprimunt, quod impietatis genus, ut diligenter vitare Theodosius & Valentinus imperatores pierrissimi huiusmodi legem tulere. Cum sit nobis cura diligere per oia superni numinis religionem tuam, signum saluatoris Christi nemini licere vel in solo vel in illice Cod. c. me vel in marmoribus humi positus isculpere, vel pigere, & quocumque reperit tolli grauissima mini lib. ccat.

pœna multando eos qui contrarium statutis nostris tentauerint, specialiter Imperamus. Nec illud tandem omiserim mutata fuisse dterum Saturni & Solis nomina in sabbatum & dominicum, quæ nunc a nobis Christianis pro illis pie usurpantur, aurore Constantino principe sicut in illius Græca laudatione meminit Nicephorus.

Caput. ij.

Quod ab Helena mirabiliter crux sit inuenta & in duas partes dissecta.



Primum uero rerum series exigitur

ut, ut crux dominica, quæ de celo Imperatori diuinitus illustrata, & in fronte regia honoris iam erat insigne, de terra ubi rudibus sepulta latebat mirifico pietatis officio diligenter eruta, ad humanos proferretur aspectus. Hic autem poteramus inuenta crucis memoriam de luculentissima illa repetere oratione, quam super Theodosio Imperatoris obitu diuus Ambrosius edidit, sed breuitati consulentes malimus ex Eusebio rei gesta narrationem referre. Igitur Helena Constantinæ mater, mulier & religione & pietate insignis diuinarum rerum studio ardens, nocturno que visu impulsâ. Hierosolymam petiit, ut dominicam quaereret crucem, unde humana salus peperidisset. In quo autem loco erat illa defossa in eo ex industria fuerat ueneris, simulachrum constitutum ab impiis orthodoxæ fidei persecutoribus, ut omne dominicæ passionis monumentum aboleretur, & si quis Christianus eo loco Christum adoraret, Venrem videretur adorare. Ceterum turpitudinis simulachro inde detecto atque loco rudibus purgato, crux reperta est, & cum ea duæ alie, quibus affixi fuerat duo latrones, sed obturbabat reperti muneris legitima uitas cuiusque crucis indiscreta proprietas. Aderat quidem & titulus ille, qui Hebraice, Græce ac Latine fuerat conscriptus, sed nec ipse satis euidenter dicitur prædabat signa patibuli. Diuino autem miraculo mox cõscuto, ois prorsus ambiguitas sublata est. Cum enim Mecharius Hierosolymitanus episcopus fuis ad deum precibus, ut id retelleret, frustra quædam nobili cuidam foeminae longa ægritudine cõfessâ & iam prope defunctæ admonisset, admodum tertia repente ad apertis oculis mulier cõsurrexit, & stabilitate uirium recepta alacrior multo, quam cum sana fuerat, tota domo discurrere, & magnificare dei potentiam cepit, Helena igitur voti compos facta euidentis iudicio, templum ubi crucem repererat magnifice cõstruxit, itaque partem crucis sibi reliquit, thecis argenteis conclusam, partem filio detulit. Cuius pars postea reposita fuit Romæ in ecclia sessoriana, quæ sanctæ crucis in Hierusalem nuncupata est. Attulit & clauos tres, quibus Christi corpus fuerat affixum: quorum uno Constantinus pro amuleto in cono galeæ usus est, alterum detexit in mare ad fœdam tempestatem cõpescendam, reliquum inseruit bellatoris equi freno, veterem prophetiam adimplens. Olim enim sic Zacharias clamauerat. Erit quod super frenum equi est sanctum dñi. Hinc iure optimo Eusebius papa diem quo dominica crux fuit inuenta, celebrem perpetuis temporibus Christianis habendum in hæc uerba constituit, Crucis ergo dñi nostri Iesu Christi, quæ nuper nobis gubernacula sanctæ Romanæ ecclesiæ tenentibus quinto nonas Maii inuenta est, in prædicto Calendarum die inuentiois festum uobis solemniter celebrare mandamus. At putarim equidem hoc loco Nonarum potius quam Calendarum esse legendum, si quidem quinto Nonas Maias crucis inuentæ dies Christianis festus agitur.

Caput. iij.

Quod Artipessimos conatus crucis scuto munitus eluserit Athanasius.

Ceterum



Aeterum antiquus ille serpens

& uersutissimus humani generis hostis gloriosus ecclesiæ crucis geræ profectibus inuides, quæ nec tormentis impedire, nec armis euertere poterat; prauis dogmatis uenenis inficere tetauit. Et quæ præcipua imo tota crucis gloria eo maxime cõstat, quod deus erat, & deum esse mundo creditum est, eum qui fuit in illa passus. Hanc summam orthodoxæ fidei regulam in primis peruertere molitus, ac ueluti primam ueræ religionis colunnam demoliri conatus est, primum igitur cõmodum ritus explendæ malitiæ suæ ministrum quendam presbiterum, peccatus eius ambitioso impleuit lituore; dolebat enim hic uehementissime quod Alexandrinus episcopus non esset creatus, deinde hoc pessimum ab affecto absque multo negotio totum impietatis uirus infudit. Superbia enim est, quæ facit hereticum. Denique Sathanas callidissimus decipiens diartifex Artum falsis imaginibus deceptum eo perpulit, ut nouam ecclesiæ apostolicæ auriibus & inauditam sectam, præter omnium fidelium opinionem impudenter ingereret, scilicet, uerbum dei non esse eiusdem cum patre substantiæ. At dominus noster Iesus Christus, presentissimus in opportunitatibus adiutor euestigio Athanasium uirum pietate præstantem, & doctrina insignem spiritu sancto repleuit, & in strenuissimum pestilentissimo errori propulsando ducem erexit, qui alacriter ac fortiter pessimis Artum conatibus iret obuiam. Quod quidem munus ei diuinitus impositum, sponteque susceptum cum in ille summa diligentia obiret, longum esset utique perstringere, quas Ariano rum insidias effugerit, quas persecutiones sit passus, quæ ex illa ueræ fidei scuto protectus, patenter pertulerit, & quam uaria pericula crucis Christi auxilio fretus euaserit: semper enim de aduersariis uictoriam tulit. Cum ergo Athanasius firmissimis argumentis Arium uirgeret, atque certissimis sacrarum literarum testimonis ostenderet filium dei non esse, id est, consubstantialē esse, id est, eiusdem cum patre essentiæ, pestifer homo sanctum uirum, quem nec ueritate superare, nec uirtute refellere poterat, contumelias affecit, eiusque artes magicas falso obiecit, atque impiis suasionibus Constantinum Imperatorem concitauit, ut suberet Athanasium de medio tolli, cuius furorem uir pientissimus pro tempore fugiens, ut se fidei tuendæ seruaret, sex cõtinuis annis in lacu cuiusdam cisternæ carentis aqua ita delituit, ut solem nunquam uiderit, proditusque ab ancilla quadam, in proximo fuit ut caperetur. At crucis ope liberatus se uestigates elusit, deique montis fugit ad partes constantis, qui fratrem Constantium minus coegit, ut Athanasium reciperet. Arius interim dum Alexandrum Episcopum uis propulsaturus ad ecclesiam pergeret episcoporum & populorum frequentia constipatus humanæ necessitatis causa ad publicum locum declinauit. Ubi cum sederet, intestina eius in secessus cuniculum defluxere ac tali in loco dignam mortem blasphemicæ suæ & fœdæ mentis exoluit, sic igitur tam uacuum uentre, quam mente remansit; ingratusque deo & angelis & hominibus irridendus miserum efflauit animam. Denique Constantius impietatis fautor, & pietatis persecutor meritis dedidit pœnas, cõgressus, u. paulo post cum fratre Constante prælio uictus captus est & occisus. Sic demum per crucem de Ariani triumphatum est.

Caput. xij.

Quod Iulianus apostata diuum Athanasium tanquam crucis antesignanum sit persecutus.



Diabolus iterum nouis artibus tetauit

crucis mysterium labefactare quam cum illa iure suo imperium Romanum sub Constantino eiusque successoribus sibi perpetuo uendicasset, Iulianum

Alpophias.

diabolus inuenit hominem callidum, & explendæ versutiæ suæ commodum, qui res grandæ ambitione cæcus et promitteret se Christianam religionem demoliturū, si illius auxilio romanum obtineret imperium. Iulianus ergo dæmone plenus, ut Eusebius refert, postquam ad orientem Persas bello pulsaturus aduenit, & publica quæ prius occultauerat, ferri cœpit insania, callidior ceteris persecutor non vi, neque tormētis, sed præmitis, honoribus, blâdicis & persuasionibus maiorem pene populi partē, quam si atrociter pulsasset, illisit, studia authorum Gentilium Christianos adire prohibens, ludos literarum illis solis, qui deos deasque venerantur, patere decreuit. Procurattonem prouinciarum, iurisque dicendi Christianis statuit non debere cōmitti, utpote quibus etiam lex propria gladio uti vetuisset. Et profictebat quotidie in huiusmodi legibus exquirendis, quibus si quid versutum, tamen quod minus videretur crudele decerneretur. Nec hoc satis, Sed cum philosophi & aruspices & augures et si gnificassent, irritos fore conatus suos, nisi prius Athanasium, tanquam omnium quæ perficere nitentur, obstaculum sustulisset. Iterum mittitur exercitus, iterum duces, iterum oppugnatur ecclesia: cum que Athanasium mœsti & flentes populi circundarent, prophætico apud eos vsus sermone flere prohibet: nolite, inquit, o filii cōturbari quia nubecula est & cito pertransiet. Taceo quomodo persecutoris manus cōuerso in illum nauigio præ oculis præterlabens euaserit ignotus. Taceo quæ sacer dotes dæmonum facti sunt, nulla ab illis reddi responsa quod prope esset Babylæ martyr is se pulchrum. Taceo quod vnus adolescentis nomine Theodori alacritate Iuliani furor repressus est, illud silentio prætereundum non est, quod propius ad crucis mysterium attinet.

Caput. xiiii.

Quod prodigio quodam declaratum est imperium crucis fore æternum.



Vertur enim quod cum aliquā

do Iulianus sacrificaret, offensum sit in visceribus pecoris immolati signaculum crucis corona circumdatū. Quo viso alios quidē sacrificii ministros fuisse perterritos extimantes quippe huiusmodi religionis virtutem, & Christiani dogmatis æternitatem, eo quod corona, quæ circumdabat crucem, victoriæ esset indicium & quia ambitus, circuli a suo principio nunquam terminaretur: sed magis reuerteretur in semetipsum. Quod si magistrorum coniecturae princeps, ut impio Imperatori assentaretur, alio quam par erat ostentum detorsit, constat nihilominus illud Christo domino prorsus conuenire, cuius euangelium est æternum, & perennē regnum, & potestas perpetua, quæ iuxta Danielem non auferetur.

Caput. xv.

Quod Iuliano protegente se signaculo crucis dæmones fugerunt.



Uerat et antea miser: sed non mise

rabilis apostata a quodam alio mago deceptus, ut Theodorus refert. Nam cum per vniuersam Helladam discurrens vates quæreret quæ responsa redderent consulturus, si ad summum perueniret imperium, inuenit

Caput. xvi.

Fol. lxxii.

uenit virum qui se ei daturum desiderata polliceretur. Is igitur eū perducens ad quædam idolorum locum, & intromittens in aditū seductores dæmones euocauit. Quibus solemniter apparentibus terrore compellitur Iulianus in fronte sua crucis formæ signaculum, tunc dæmones trophæi dominici figuram respicientes, & suæ recordati deuotionis repente disparuerunt. Quod agnoscens magus cœpit culpæ Iulianum. At ille & terrorem significauit, & crucis se dixit obstupuisse virtutem, eo quod videntes hoc signum dæmones euauerint. Porro Magnus, non hoc suspicis, inquit, o bone vir, quod timerent sicut ais, sed abominati hoc signum potius abcesserunt. Et ista capiens miserum odio repleuit Christiani signaculi Iulianum. Neque intellexit in se felix, ut in sua sententia persisteret, odisse quidem dæmones Crucifixi signaculum, eo quod illum timerent, timuisse quod se ipsis potentiorum experirentur. Quippe qui omnia poetarum figmenta, omnemque dæmonum pompam, cunctas magorum præstigiis & gentiliū sapientiā virtute sua pressit, atque mirifica crucis suæ forma passim destruxit.

Caput. xvj.

Quod crux diuinitus apparuit in caelo, & in Iudæorum vestibus frustra conantium reedificare templum.



Iulianus igitur talibus demo

num præstigiis deceptus, omnemque lapidem contra ecclesiam catholicam mouens, Iudæos quoque aduersus christianos armavit, primumque illos conuocans requisit, cur eos præcipite lege sacrificare, nequaquam ipsi immolationibus vterentur? cuique respondissent, vno tantum modo loco sibi offerre sacrificium fuisse permissum, repente iussit deo odibilis destructum resuscitare templum: credidit infelix dominicum verbum se posse destruere, cuius per hoc magis virtutē ostēdit. Hæc itaque verba Iudæi libenter accipientes, cunctis ea per diuersum terrarum orbem mandauerunt Iudæis, qui vndique concurrentes, pecunias ad ædificium construendum alacriter offerebant, non largitatis gratia, sed ut veritati repugnarent. Misit quoque Iulianus præsidem impiorum executorem dignissimum præceptorum. Auunt, n. quod ad repurgium faciendum argenteas hamas, & cophanos & scaphas habuerunt. Cumque fodere iam cœpissent, statuto quidem die hoc multitudo plurima factebat. Nocte vero spontanea terra de valle crescebat. Solutis itaque prioris fundamenti reliquiis, noua omnia præparabant. Cuique gypsi & calcis multa modiorū millia congregassent, vis magna ventorum repente respirans, tempestate que ac procella subito facta, quicquid congregatū fuerat disperferunt. Adhuc autē vesantibus eis, & nequaquam deuincti loganimitate correptis, maximus primo terræ motus est factus, & quisquis non fuerat mysteriis diuinis imbutus, vehementer attritus est. Cui vero neque hoc terrentur indicio, ignis ex fundamentis, quæ suffocantibus egrediens, plurimos fodientium concretauit. aliorum membra distulit. Nocte quoque plurimos in vicina porticu dormientes cadens, subito cum tempe ipsa porticus oppressit. Alia vero die in caelo signum splendens crucis salutæ apparuit. Sed & Iudæorum vestes crucis signaculo sunt impletæ, non tamen splendens, sed nigro colore signatæ. Hæc itaque rebelles deo considerantes, & diuina flagella contremiscentes, ad propria sunt loca reuersi, confitentes esse deum, qui ab eorum progenitoribus ligno probatur appensus.

Caput. xvij.

Alpophias

Quod Iulianus ex sententia domini crucifixi fuerit extinctus.



Quod audiens Iulianus dum

vbique quod euenerat Iudæis, caneretur ab omnibus, tanquā Pharaō indurato corde non timent, sed pertinaci animo in Christum perstitit, & superbissima regnandi, glorięq; ambitione preceps, oblatam ab hostibus pacem etiam cum lucro admittere noluit. Urgebat enim iam pestilentem tyrannū & impium per fugam in extremam calamitatem vltio diuina. Denique Persis insistentibus Romani resistebant, ita vt frequenter hostes verterentur in fugam. Porro Iulianus erat presens in equo, & exercitum confortabat, inermis quidem spe felicitatis sue presumens contra quem saculum repente delatum discurrens per brachium in eius latus immersum est. Ex hoc demum vulnere suscepit terminum vitę. Qui vero iustissimum intulit vulnus ignoratur hastenus. Sed alii quendam inuisibilem spirituum hoc intulisse ferunt. Alii vero vnum pastorem Ismaelitarum; alii militem fame & itinere fatigatum, sed siue homo siue angelus fuerit palam est eum diuinis iussibus intulisse. Alii etiam quod dum fuisset vulneratus, mox manum sanguine suo compleuerit, & in aerem proiecerit dicens. Galileę vicisti, & sic in ipso mortis articulo confessus est cum blasphemia Christi victoriam. Sic deniq; impius ille exaltatus sicut cedrus libani inopinato perit, nec amplius inuentus est locus eius.

Caput. xviii.

De pietate Iouinianus, & victoria mirabilis Theodosii per crucem comparata.



Accessit autē ei Iouinianus:

qui ab exercitu Imperator electus non prius profiteri imperatoris nomen voluit, quam omnes milites conclamarent se christianos esse. Quibus collaudatis & imperium suscepit, & exercitum emanibus Barbarorum liberauit. At vero Iouiniano immatura morte sublato, tandem venit imperium in manus Theodosii, viri cum fortissimi, tum Christianissimi. Summa igitur pietate qua & Christum colebat, & eius ecclesiam tuebatur, & promouebat auxilium diuinum presens sibi adesse promeruit, ita vt oraculis diuinis per Ioannem Monachum, virum summa sanctitate præditum, & spiritu prophetiæ clarum multo ante finita certamina certior factus est de comparanda victoria incruenta de maximo tyranno: deinde etiam de victoria quoq; incruenta aduersus Eugenium partitidam, perfidiosum & truculentum & impium ab eodem viro dei certissimū accepit oraculum. Igitur vt Eusebius verbis utar, preparabatur ad bellum magnus Theodosius non tam armorum telorumq; præsidis q̄ seniorum orationūque subsidiis instructus, neque tam excubitarum vigilis, quam obsecrationum pernoctationibus premunitus. Circuibat enim cum sacerdotibus & populo omnia orationum loca ante martyrum & apostolorum thecas facebat, cilio prostratus, & auxilia sibi fida, sanctorum intercessione posebat. At Paganis qui nouis semper erroribus scatebant, animabant innouare sacrificia, & Romam funestis victimis cruentare, inspicere exta pecudum, & ex fibrarum præsentia Eugenio tyranno victoriam nunciare cū omni animositate Flauiano tunc præfecto, cuius assertionibus (magna enim erat eius in auspiciādi

Caput. xix.

So. lxxiiij.

auspicandi scientia prærogatiua) Eugenium fore victorem pro certo presumpserat. Sed vbi veræ religionis fretus auxilio Theodosius, Alpium fauces cepit urgere, primum illi quibus nequicquam litatæ, & frustra sacrificatæ tot victimę, de fallacę cori scientia trepidi omnes sunt in fugam conuersi: post eos etiam magistri eorum & doctores errorum, præcipue Flauianus plus vt putabat pudoris q̄ sceleris reus comi potuisset euadere eruditus scilicet admodum, mœreret se mortem pro errore iustus q̄ pro crimine iudicauit, ceteri vero instruunt aciem, & collatis in superiori iugo insidiis ipsi pugnam in descensu montis expectant. Verum vbi ad primos ventum est, illico legitimo principi se tradiderunt, cum ceteris imis in vallibus deprehensis consistus acerrimus geritur, stetit anceps aliquando victoria, mox Romana fundebatur auxilia, Barbarorum & terga iam hostibus dabant, sed fiebat, non vt Theodosius vinceretur, sed ne per Barbaros vincere videretur. Tum ille mox vt conuersas suorum acies vidit stans in edita rupe, vnde & conspiceret & conspici ab utroq; posse exercitu, proiecitis armis ad solita recurrit auxilia, & prostratus in conspectu dei, Onnipotēs, inquit, domine deus, tu nosti q̄ in nomine Christi filii tui vltiōis iustę prælia ista suscepi, si secus in me vindica, si vero cū causa probabili, & in te confisus huc veni, porrige dexteram tuam, ne forte dicant gentes, vbi est deus eorum. Quam supplicationem p̄i principis certis a deo esse susceptam: hi qui aderant duces animantur ad eundem, & præcipue Bacharius vir fide, pietate, virtute animi & corporis insignis, & qui comes esse & socius Theodosii mereretur; proximos quoq; conto, telis, gladio passim sternit, agminaq; hostium conferta & constipata prorumpit, iter ad ipsum tyrannum ruptis agminibus & acerrimius fufus stragibus agit. Vix fortasse ab impiis credantur quę gesta sunt, etenim compertum est quod post illam imperatoris precem, quam deo fuderat, ventus ita vehemens exortus est, vt tela hostium in eum qui secerat retorqueret, cumq; magna vi persistente vento, omne saculum missum ab hostibus frustraretur, fracto aduersariorum animo, seu potius diuinitus depulso, Arbogastæ duce nequaquam deo aduerso fortiter faciente. Eugenius ante Theodosii pedes vinctis post terga manibus adducitur, ibique vitę eius & certaminis finis fuit. Tunc vero religioso principi gloriosior victoria de frustratis Paganorum opinioñibus, quam de tyranni interitu fuit, quibus spes vana & falsa diuinitatis opinio minus in interitu, quantum ipsi putabant, contulit p̄cens, quam pudoris seruauit in vita. Denique non videtur tanta victoria diuinitus parta minus celebrandus Theodosius, quam Moses ille dux Hebræorum, utq; enim manibus in cœlum extensis, crucem formabat, & precando suis ductibus atque militibus a deo victoriam comparauit. Exod. ii. 7

Caput. xix.

De Theodosio iuniore, cuius meritis euenit, vt Theodosia vrbs ab obsidione liberaretur.



Quid Theodosius iunior non

imitatus illum magnum fide atq; pietate, nec non superstitiose religionis funditus euertendę, veręq; promouendę studio præditus, dominicę crucis auxilia præsentissima promeruit habere: promeruit proculdubito. Nam quando Roilus rex Scythię transmisit Istrum. Et cū in numero exercitu Thraciani populatus esset ipsamq; regiam ciuitatem obsidere se atq; euertere minaretur, supernis saculis atq; fulminibus eum maiestas diuina percussit, & ipsum & omnem simul concremauit exercitum. Deinde cum Persę pacis iura cum

Alpophias.

Romano Imperatore inite continentes finitimas vrbes milite desertas inuaderent, imbre vehementissimo & grandine superne deposita ulterius eos deus accedere non permisit, eorumque sic ligauit cursum, ut viginti diebus totidem perambulare stadia non valerent. Demum cum urbem Theodosiam hostes obsederent, & vnus quispiam partis hostilis in christianos more suo blasphemaret, & Rapsacis & Sennacherib verba profunderet, & cum vasa minaretur, sacrum se concrematurum templi, Episcopus vrbs vtr sanctissimus non ferens illius blasphemiam infantiam, iussit in arcu basilicam ponti iuxta propugnaculum quod apostoli Thomae videbatur habere vocabulum, & maximo in eo lapide coaptato, & signo crucis facto, in nomine, inquit, eius qui blasphematus est, lapidem tenso arcu dimitte. Tunc lapis dimissus veniens vsque ad faciem nequissimi blasphemantis, vultum eius valde corruptis, caput contriuit, & cerebrum in terram dispersit. Hoc cum dux exercitus cognouisset, qui se ciuitatem capturum minabatur, siluit, & rebus ipsis se victum esse professus est, & metu concussus a nostris pacem petiuit.

Caput.xx.

Quod Theodosii Iunioris meritis factum est, ut paludis ingentis aqua in geminum latus diuisa sit.

Exo. 14.



Mirabilius est illud quod sequitur. Namque vt olim sub Mose mare rubrum Hebraei pauidi, quo pedestres in aduersum litus per siccum transirent: sic sub hoc principe suis militibus contigit, vt ingentis paludis aqua in geminum reuoluta latus liberum eis preberet ingressum. Nam cum Aspar Ardaburii ducis filius nesciret quo vrbe aggrederetur Raneunam firmissimo militum Barbarorum praesidio munitam, in qua Ioannes tyrannus patrem eius in vinculis tenebat, principis piensissimi precibus ad deum fuis aditum inuenit. Angelus enim domini sub schemate pastoris educebat Asparem & omnes qui cum eo erant, quo duce per paludem adiacentem Raneunam, ad loca sperata peruenierunt. Tunc deus disculsa paludis aqua terram prius humanis pedibus inadibilem illico fecit adibilem, ac subinde transgressi per siccum nullas, apertasque inuidentes ciuitatis portas, & vrbe potiti sunt, & tyrannum comprehenderunt. Quod vt resciuit religiosus imperator relicto circo cum toto populo ad locum orationis festinanter conuenit, vt de tam admirabili victoria deo gratias ageret.

Caput.xxj.

De miracula item hostium eorundem deuastatione qua diuinitus sunt dissipati.



Nec illud pretereundum quod post interitum tyranni, Barbari quos ille contra Romanos in suum conuocarat auxiliu, parati erant Romanorum fines inuadere. Quod audies idem imperator more suo hac sollicitudine deo commisit, et obsecrationibus intensus, cito promeruit quod quaesierat. Dux enim Barbarorum nomine Rugas fulmine percussus interit, secutaque pestis maximam partem eorum hominum interemit, nec hoc solum suffecit, sed etiam ignis de caelo descendens plurimos quos videbatur remansisse consumpsit. Quae res Barbaros in formidine magna constituit, non solum quia contra gentem Romanorum fortissimam arma leuare praesumpserat, sed etiam quia sic a deo eos protegi percipiebant.

Caput

Caput.xxij. z.xxij. fo.lxxij.

Caput.xxij.

Quod christianis confugientibus ad ecclesias paritum sit Roma.



Iam vero ad Gothos transeo qua eferos tam perniciosos Imperio Romano hostes, qui quamuis occulto dei iudicio urbem Romam deuastarunt, tamen proculdubio Christi numine factum est, ut Gotthorum principes edito venissent, quemquam Romanorum percussit, qui ad aedes sacras confugisset. Praeterea Petrum & Paulum apostolorum principes & vrbs praesides Attilam regem nocturno visu deterruisse ne Romam, quo instructo exercitu furibundus properabat, accederet, illud maxime inferendum.

Caput.xxij.

De victoria Heraclii aduersus Cosdroam, & de festo exaltationis sanctae Crucis.



Iam extremis Phoce imperatoris temporibus Cosdroas Persarum rex Imperii Romani provincias inuasisset, & Hierosolyma capta, multisque ibi christianorum milibus occisis partem dominicae crucis in Caluarie loco ab Helena constitutam in Persidem traxisset, Aegyptus deinde atque Africa Persarum armis cessissent, Heraclius qui Phoce successit, magnis affectus cladibus pacem a Cosdroa petiuit, hanc magno Imperii Romani dedecore accepturus. Ceterum cum a Barbaro hoste victoribus insolente nullam impetraret, Christi numine ieiunatis & supplicationibus propitio exercitum coparauit, cum quo in hostem profectus tres Cosdroae duces cum magnis exercitibus tribus praesulis diuina ope superauit, his autem cladibus fractus Cosdroas dum fugam ultra Tygrin parat, Medarsen filium regni consortem deciarauit. Quam contumelia Syrochius maior natus filius non ferens patri fratricidam, quam paulo post ex fuga retractis intulit, molitur, pacemque & paternum regnum impetrat ab Heraclio, quibusdam acceptis conditionibus. Quarum ea fuit in primis, ut crucem dominicam restitueret. Heraclius igitur crucis lignum post annos quatuordecim quam venerat in potestatem Barbarorum receptum secum deferens Hierosolymam reuertitur. Quam urbem ingressus in solennissima pompa crucem ipsam circumtulit, & suis humeris ad Caluarie montem portauit sicut illam Christus per eandem viam portauerat. Miraculo autem datum est, quod vt erat auro gemisque cultus substituit ante portam quae in Caluarie locum ducebat, & quo magis exire conabatur eo immobilior permanebat: nam sibi videbatur diuinitus prohiberi. Cumque omnes stupor eius rei teneret, Zacharias Hierosolymitanus episcopus, qui eius lateri haerebat, Imperatorem ipsum admonuit, videret ne parum Christum imitaretur in ferenda cruce, tripudialis natus cultu, cum ille nudis pedibus atque humiliter tulisset. Tunc Heraclius relicto cultu quo erat ornatus, vestem plebeam sumpsit, calceosque detraxit, atque ita sine offensa confecti reliquum viae. Vbi vero ad Caluarie locum ventum est, ibi crucem statuit vnde fuerat a Persis sublata. Quam obrem statutum est, vt crucis exaltatio annua festiuitate celebraretur, Decimo octauo Kalendas octobris.

Caput.xxij.

A quibus in quae loca lignum crucis fuerit translatum.

K ii

Apophias.



Verumtamen idem Heraclius

Imperator audita Saracenorum licentia prosperoq; bellorum euentu Mahumeto falsę superstitionis authore, beliq; duce in Christianos sentente, captaq; Antiochia, verius ne Hierosolymam quoq; occuparent, crucem domini Constantinopolim deserendam curauit, ne iterum in hostium manus deueniret. Fertur & Sergium pontificem maximum cum beati Petri Basilicam a fundamentis instaurare intenderet, partem alteram dominicę crucis in arcula eburna conditam reperisse: fertur & illud, q; cum Carolus Magnus recuperata Hierosolyma Constantinopolim redisset, & a Constantino, magno & incredibili gaudio susceptus fuisset, illum ingentes thesauros sibi oblatos respuisse, accepisse tamen multas sacratissimas reliquias a Constantino sibi donatas, nempe quandam coronę domini nostri Iesu Christi partem, partemq; Dominicę crucis, necnon beatissimę virginis Marię interulam, quas rediens in Galliam secum detulit, & in Aquisgranı Basylıca reponendas mandauit, curauitq;. Hęc de locis in quibus lignum crucis positum seruatumq; fuerit alio atq; alio tempore in compendium reduxisse sufficiat.

Caput. xxv.

De victoria de Saracenis a Leone pontifice virtute crucis obtenta.



Vero Saracenorum re in dies

rescente, victorumq; licentia & regnandi cupiditate latius uelut quadam Gangrena serpente, Christianorum autem re decrecente, tum religionis male seruatae culpa, tum perpetua inter eorum principes discordia, qui intestinis bellis affixi & exhausti fides hostibus inuadendi rem christianam, atq; opprimentis occasione locumq; dederunt, eo malorum ventu est, ut improbi Saraceni Italiam usq; secundo victoriarum successu prouecti sint. Nam superato apud Tarentu nauali prelio Theodoxio Michaelis Imperatoris duce Italiam obstante nemine longe lateq; populati sunt, captaq; Ancona ac disrepta, vexatoq; item Dalmatico sinu, laeti atq; opulenti domum redeunt. Ultore autem domino & Leonis eius nominis quarti pontificis pientissimi precibus annuete Saraceni fluctibus obruti perierunt. Ceterum non multo post nunciatum est, Saracenos rursus cum ingenti classe diripiendę urbis causa aduētare. Quod ubi compertum habuit comparato exercitu & auxiliariis conuocatis, tam spiritalibus quam coporalibus armis instructus Hostiam proficiscitur cum hostibus dimicaturus, si copiam pugnandi fecissent: prius autem quam cū hoste manū confereret, suos milites, ut sanctissimum decebat pontificem, ad sacram communionem adhortatus est, quod ubi mente promptissima a christianis factum est his verbis opem diuinam sibi adesse promeruit. Deus cuius dextera beatum Petrum ambulante in fluctibus, ne mergretur erexit, & coapostolum eius Paulum tertio naufragante de profundo pelagi liberauit. Exaudi nos propitius & concede ut amborum meritis & precibus horum fidelium tuorum brachia contra inimicos ecclesię tuę sanctę dimicantia omnipotentis dextera tua corroboretur, & conualescant, ut de recepto triumpho nomen sanctum tuum in cunctis gentibus gloriosum appareat. His dictis statim facto signo crucis Christianis pugnandi copiam fecit, qui ita alacriter pugnam inire ac si victoriam certam sibi propositam speraret tandemq; post longum & acre certamen fidei hostes superati susque aliis fluctibus perierunt, alii celerı fuga sibi consuluerunt.

Caput

Cap. xxvi. xxvii. Fo. lxxv.

Caput. xxvi.

De prima institutione militum cruce signatorum.



Pro sicut proxima sub Leo

ne pontifice maximo eius nominis quarto gesta referuntur, sic & quę proxime sequuntur, sub Lucio papa eius nominis secundo facta fuisse narrantur. Igitur E desia in clyta urbe bis a Saracenis euersa, tanta populi christiani audita clade diuus Bernardus Abbas Clareuallensis vtrius generis nobilitate clarus, morum sanctitate prestant, doctrina insignis, patrociniū Christianę religionis assumens, cunctos christianorum principes alios vna voce, alios literis exhortatus conuocauit, ut crucem Christi vexillum contra Saracenos infestissimos christiani nominis hostes alacriter assumeret. Accessit & pius diui Bernardi votis summa Romani pontificis auctoritas cura perurgil, & magnificentia promptissima, qui & principes christianos inter se dissidentes ad concordiam pacemq; redexit, & ad eadem militiam pro christo concordia voto subeundam atq; mutuis auxiliis fouendam vehementer commouit. Insuper ut plures libentius eo munere fungerentur, vniuersis ac singulis Christi fidelibus, qui vel proficiscerentur in ea expeditione vel opibus ipsam pecunias armisq; iuuant, plenissimam peccatorum suorum condonationē de sacratissimo locupletissimoque preciosissimo sanguinis Iesu Christi thesauro consequendam pientissime proposuit. Est etiam suffragata pontificis pietati diuina reuelatio virtusq;, quam in hęc modū Iacobus Vtriacensis enarrat. Cum ego, inquit, semel coram vtro Deo deuoto Simone ordini Cistercensis ad dicto dominicę crucis insigne fidelibus suscipiendam predicarem, plurimosq; videret pius ille vtriusque pretermisissis negotiis ad hoc vnum conuolare, dominum Iesum Christum obtinere precatus est, ut ipsi manifestare dignaretur, quali premio cruce signatos esset donaturus. Qui quidem vtriusque pia precatone, & simpliciter mente profeta, statim obtinuit a deo: ut raptus in spiritu videret beatam virginem filium suum veluti manibus tenentem, tradentemq; illum omnibus cruce signatis, qui corde contrito peccata sua confitentes trophęi Christi signaculum induebant. Apud Britanniam quoq; maiorem muliercula quędam ausa est insecta manu adolescentem quem deperibat, tenere, ne crucis professionem obiret, at illa mox ultionē diuinā cōtracta manu, qua illum prehēderat manifeste sensit. Altera quoq; simili de causa fuit oculorum visu priuata. Deniq; neutra illarum prius salutem recuperauit, quam prius cultum, & singulare quoddam studium erga dominicam crucem se habituram promiserit.

Caput. xxvii.

De ordine militum templariorum, & de his qui templaris successerunt.



Inc sane preclarus ille templa

riorum militum ordo extitit, qui cruce signati pientissimam militiam pro christianarepublica protegēda, sancte fortiterq; obtinuerunt, extat & ad illos exhortatorius diui Bernardi sermo luculentissimus, quo describit probatq; eorum institutū qui nouo militię genere coporalibus pariter & spiritalibus armis Christo militarent. Et enim templarij quandiu commo distima arctioris vite instituta seruauerunt, viribus augebantur, & militari gloria clarebāt. At ubi variis victoris elati, & ingenti preda frequēter ex hostibus capta locupletati, rerūq; affluētia inertiq; luxu corrupti cōperunt, remisso regularis disciplinę rigore in varios errores

Apophtias

prolapsi, ad Saracenos tandē luxuriose vite cupiditate perfidiose defecerunt. Quibus ut æquum fuit de medio populi christiani sublati, auctoritate Clementis pontificis maximus eius nominis quinti milites alii cruce alba signati suffecti sunt, qui sub tutela dñi Ioannis illius Baptistæ christiana bella quam pie tam mirifice gerunt. Porro hi fidei constantia præstantes frequentissimas & spectatissimas de hostibus Christi victorias reportauerunt: sed eam vel præcipuam his narrationibus inseramus, quam de tructibus foedibus Turcis anno a Christi natali millesimo quadringentesimo octogesimo, exaltato dominicæ crucis vexillo consecuti fuerunt.

Caput. xxviii.

De propugnata mirifice Rhodo, ne a Turcis caperetur.



Bitur predicto tēpore ad abumē

tus O thomanus comparato centies mille militum exercitū, ingētūq; classe subet summo militiæ suæ imperatori Rhodum trañcere: fuit itaque Rhodiorū vrbs vndiq; obiecta & muri validis machinis cōcussa, impugnatq; tam numerofo fortissimorum militum impetu, diu non tēq; totis vndenonaginta diebus. Cūq; iam tam vrbs esset expugnāda Turcis vltimo impetu eius mœnia conscendentibus Christiani summo in discrimine cōstituti, imo de pectore ad omnipotentem dominum conclamauerunt, & cum lachrimis cœleste numen implorantes summaq; fiducia erecti, salutaria Iesu Christi atq; beatæ Mariæ matris eius, necnon sancti Baptistæ vexilla in hostes sustulerūt. Mirabile dictu illico virgo specie candidissima clypeum & hastam manibus gestans ipsi Turcis vr̄bem oppugnantis vr̄ba visa fuit. Visus & homo vlti obitus veste, sed splēdidissimo militum comitatu stipatus, qui laborantibus Christianis subsidium afferret. Quæ quidem tantū terroris inimicis, quāuis ferocissimis, & tā fere vr̄be potitis oculis incussit, vt animis conseruati statim retrocesserint; atq; naues prope repetētes re infecta matimiq; susceptis incōmodis turpiter abierint. Profecto multo feliciores illi fuerūt, quam posteriores qui vel eiusmodi auxilium aduersus eosdem inimicos a Deo minime promeruerunt, vel a Christianis principibus deserti vr̄bem munitissimam, & insulam rei Christianæ tuendæ commodissimam paucis ante annis Turcis admodum calamitose tradere coacti fuerunt.

Caput. xxix.

De insigni victoria quam aduersus Miramamolinum Rex Alphonsus obtinuit.



Minuero priusq; vltius pro

greddiar, illud repetendū, quod non sit absimile salutifero prodigio, qd modo retulimus. Victus fuisq; fuerat a Saracenis Miramamolino duce apud Alarcos Alfonso Castellæ rex eius nominis octauus, eum omnipotentis dei manu premēte. At postquam respuit, dominumq; vera pietate placauit, continuo de reparando contra famigeratum illum hostem exercitū cogitauit, obtinuitq; a summo religionis christianæ pōtifice, vt crucis negotium in toto christiano orbe prædicaretur. Cōuenere vndiq; ad Alfonso auxiliares milites strenuūq; duces & nobilissimū magnates, necnō reliqui Hispaniarū reges omnes cruce signati, deniq; paratissimi pro seruādo diuino cultu vel fortiter agendo gloriose vincere, vel cōstater repugnando laudabiliter occumbere. Talibus igitur præsidis Alfonso instructus reumq; summa Christo commissa alacer in hostem ferebatur. Quem & Miramamolinus apud

Cap. xxx. z. xxxi.

So. lxxvj.

nus apud Nauas Tolosanas expectabat innumera Arabū militūq; Barbarorū multitudinem munitis, steterē autem aliquandiu immotæ acies, at vbi signū pugnandi vtrinq; datum est, christianis in hostem irruentibus, ostensa est in acre crux pulcherrima variis, nitentibusq; coloribus distincta, qui agnito salutifero signo animosiores facti adeo intrepide fortiterq; cum hostibus manus conseruetunt, vt eos quālibet pertinaciter repugnantes loco mouerint, fuderint atq; ceciderint. Ceciderūt autē eo prelo præter innumerum peditem vulgūq; promiscuū ex equitibus Misraimamolinū ad triginta quinq; milia, reliquis fuga elapsis, nā octoginta equitum milia pœnus conduxerat, desiderati vero sunt ex nostris duntaxat centum quinquaginta milites, adeo præsens fuit sui cultoribus Christi numem Dentq; ob hanc insignem de hostibus fidei christianæ victoriam, decimo septimo Kalendas mensis Augusti triumphus crucis apud Hispanos celebratur, necnon ex eo tempore in Hispania sabbatis a carnibus abstinetur, in beatæ marie virginitatis honorem quæ christianis suis in eadem pugna fauere visa perhibetur.

Caput. xxx.

De ingenti cladē Thurcis illata ad Bellogradum,



Uitet Calixti summi pontificis

huius nominis tertii p̄i & opportunū votū, meridie aris sacri fontis Christo credētes excitari, vt p̄is precationibus, & assiduis obsecrationibus eos iuuarent Christianos milites, qui pro tuēda religione cōtra Turcos infestissimos christiani nominis hostes perpetuū bellū gererent. Deniq; importunis cūctorum christianorū precatibus cœlesti exorato numine apud Bellogradū feliciter a n̄ris cōtra Turcos pugnatū est. Nā duce Ioāne Valouada viro clarissimo, adfate etiā Ioāne Capistrano viro p̄tūssimo, cūcemq; victoria signū in hostes inferēte, crucis inimici Bellogradū acriter impugnātes, diuinitus propulsi, vlti, fuisq; sunt. Parua enim admodum christianorū manu pro hostiū multitudine, superati sunt, cœsq; referuntur ad ses, hominū milia, ceterisq; fugatis, captis item cōmeatibus, belliq; machinis, Castris & exutus tātaq; cladē suscepta Thurcorū præcipua appropinata fuga Constantinopolim se recepit. At cūq; erat de seuisissima bellua si christiani proceres, extinctis inuitis odiis, & sublati intestinis bellis, tāta victoria prouidenter vlti fuissent. Opportuit, n. infestis signis vrgere fugientē, penitusq; opprimere, priusquā aliquis maneret illi respirandi locus. At Calixtus vbi vidit se nihil proficere exhortationibus apud christianorū principes vt Thurcū cōmunem hostē vsq; ad interitum in se arētur, gratissimū in Christum seruatore m̄m, tantæq; victorie antheorem se se gerēs, in ipsius honore diem dñicę trāfiguratiōis, q̄ insignis in eo parta fuerit de hostibus victoria, perpetua religioe agi decreuit, ad dñis festo eiusdem peccatorum cōdonationibus, quibus sacratissimi corporis Christi celebritas preciosior habetur. Et quoniam vir erat iuxta eruditus ac p̄ius, idem elegans officium, quo tantum festum ageretur, sapienter edidit, ac feliciter.

Caput. xxxi.

De duplici Cōmentariorū ordine, & de Illiberrorū expugnatiōe.



Mam vero sitetarem stilo percurrere

re belli varios euentus, quibus Christiani, atq; Mahumetei secū pugnatres huc vsq; sunt inuicem afflicti, & quoties christianæ acies crucis p̄sidio seruare fuerint, longius multo quā instituiimus, hic noster cōmentus

Alpobias

tantolus procuraret. Quare colligedis pluribus super sedem, præsertim quod non pauca illorum nobis recensita sunt, in ea concione, quam super expugnatione Tuneti scriptimus, illud tamen unum addemus. Quod Hispani comendatari, & ipsi cruce signati, alii quidem rubra, qui sancti Iacobi cognomine gaudent, alii viridi, qui sub beati Benedicti regula militant aduersus Arabes, qui Bethicam provinciam occupauerant, prope semper felicissime belligerati sunt. Denique eosdem Arabes frequentibus præliis fractos perpetuoque bello exhaustos regnantibus Ferdinando atque Helisabela principibus summa virtute, summaque religione præstatis ad Illiberrorum urbem, quam Granatam vocant, dedittonem compulerunt, ex hoc demum tempore omnes Hispaniarum regiones, quas Saraceni dissiparant, atque contaminauerant, in unum corpus redactæ, superstitioque ruderibus purgatæ soli domino nostro Iesu Christo sub crucis eius vexillo militant.

Caput. xxxij.

De admirando fulgore qui diuum Andream apostolum pendente in cruce circumfulsit.

Quero consequens est ut a bellicis crucis dominicæ triumphis ad priuata quædam illius trophæa narranda stilum aduertamus. Crucis ergo dominicæ ut quiam diuus Andreas latibundus adit, antequam amplexus sustinuit, factum est, ut illo sic precante: domine Iesu Christe magister bone iube me hac de cruce non deponi, nisi meum spiritum ante susceperis: videntibus cum eis qui spectaculo aderant, splendor nimis sicut fulgur, de caelo veniens ita circumdiderit eum, ut omnino humani oculi non possent illum aspiciere. Cumque fulgor ille fere dimidiet horum spacio circa ipsum permansisset, tandem abcessit, quo abcedente beatus Apostolus emisit spiritum, qui cum diuino illo lumine caelum peteret.

Caput. xxxiij.

De Iosia per beatum Iacobum ad mysteria crucis initiato.

Iertur et Iacobus apostolus Joannis Euangelistæ frater, cum ad supplicium duceretur in crucifixi nomine paralitico curasse. Necnon Iosiam qui collo eius funem quo traheretur in seceat, viso miraculo Christo credidisse, hunc beatus apostolus de fide in Christum habenda obitum institutum impetrata a licitoribus aqua baptizauit. Cumque baptizato pacis christianæ osculum dedisset, posuit super illius caput manum suam & sacra benedictione utens in eius fronte crucis signaculum expressit. Denique talibus mysteriis initiatus Iosias in Christi fide adeo perfectus euasit, ut eadē hora cum apostolo simul martyr effectus ad deum perrexerit, sane hic non minus est laudandus, quam venerabilis ille laetor, qui cum domino pendens in cruce eadem hora credidit: confessus est, & meruit audire, hodie mecum eris in paradiso.

Caput. xxxiiii.

Quod virtute Crucis Syri quidam veneno infecti, sunt curati, & mortui suscitati.

Cum beatus Apostolus Philippus Syris Euangelium Christi prædicaret a gentilibus comprehensus fuit, & ad Martis statuam perductus, ut portento sub illa lætetur adoleret. Tunc oculi culta Dei virtute accidit, ut de subitus base cui statua innititur, draco quidam pestifer egressus afflatu venenosissimo, ethnicorum alios in fecerit, alios interfecerit. At illi rei nouitate permoti tantoque suscepto nocumento ad apostolum con-

fugerunt.

Caput. xxxv. xxxvi. xxxvii. Fo. lxxvij.

fugerunt: de quibus illata iniuria ventam ab illo exorauerunt. Quæretibusque illis salutis remedium respondit, oportere eos si vellet salutem recuperare, mortuosque suscitari conrito statim Martis simulacro, eodem in loco Christi cruce figere, in qua illi veluti pendentem oes adoraret, quo celeriter factis, vgebant enim eos grauissimi cruciatus, quot quot Christo credentes cruce illius adorauerunt, euestigio seruari sunt, idque multo facilius & felicitas, quam olim Hebrei illi qui in eremo a serpentibus ignitis percutti, aene serpente Num. 21. tibus aspectu sanabantur. Denique salutaris virtutis crucis virtute omnes qui mortui fuerant suscitati sunt, atque immanis ille draco in desertum fugatus locum, non amplius comparuit. Cõpletumque est illud, In nomine meo demonia eiciunt, serpentes tollent. Marc. 6.

Caput. xxxv.

De dracone disrupto, & tauris ferocissimis signo crucis edomitis.

Nec est dissimile proxime dicitis, quod mox subiungitur, nam petebant & quodam quidam sancti Iacobi illius Zebbedei discipuli apud Cõpostellam quendam motem, ut inde boues sibi promissos ad vnum condendū sepulchri magistro suo referrent: ecce autem ingens draco igne naribus spiras sinu ossibus voluminibus linguisque vibrantibus in eos crebatur: iam tamen videbatur ipsos absorpturus nisi apostoli ei viri furere bellæ fidei scuti gladiumque spiritus & munimentum crucis obiecerint. Quæ dñici signaculi signaculum ferre non valens illico medio ventre disrupta tacuit. Denique tauri illi dolo promissi, simpliciter autem quæsti, erant enim ferocissimi, qui in eosdem apostolicos viros magno impetu irruerant, ostenso illi eodē Christi signo, sic mansueti redditi fuerunt, ut fugum sponte subierint & currum onustum suis quibus opus eis erat, ad conficiendum monumentum commode traxerint. Demum hoc opus mirificum fuit in causa, ut gens Gallitica suaue, illud fugum Christi suscepit & onus leue portauerit.

Caput. xxxvi.

De Probianus podagra laborante crucis visione curato.

Rempe quantum morbis alioqui desperatis medicis crucis pharmacum cõferat sub Cõstantino Imperatore patuit. Tunc enim temporis Probianus vir aulicus crudelis podagra distinebat, nec aliquid opis ei fometa a medicis ad mota cõferabant, mirabili tamen sacrate crucis visione sanatus est: nam cum dudum Paganus esset, factus postea Christianus alienigenus Christianum dogma sequebatur, totius tamen salutis causam, id est, sacratissimam crucem non leuebat adorare: hanc habenti sententiam diuina virtus apparet signum monstrauit crucis, quod erat positum in altario eius ecclesie, eique palam fecit quod ex quo crucifixus est Christus, omnia quæ ad vtilitatem generis humani facta sunt, quolibet modo præter virtutem adorandæ crucis gesta non essent, neque ab angelis sanctis, neque a pijs hominibus.

Caput. xxxvii.

Quod per crucem sanctus Blasius super aquas sedit & ambulauit.

Minimerat et sanctus Blasius non modo Iesum dominum potestate sua, sed beatum quoque Petrum fidei fulcro super aquas ambulasse, inde concepta animi fiducia tyranno ei imitantem in aqua exitium, intrepide respondit, imo in aqua tibi

Alpophyas.

ostendam patenter inuictam dei veri potentiam, quem ego tantum veneror, solumque colendum esse prædico. Iussus ergo a tyranno propter tam liberam responsum in profundissimum lacum pedes introire, ingressurus seruatoris crucem super aquam depinxit, quæ mox ingredienti sese stabilem præbuit, cumque æquoreis fluctibus instaret, impios ministros laceffuit, ut si quid religioni sue fiderent, intrepidi per aquas ad se venirent. Quod cum facere quidam illorum temere tentassent, in altum repente demersi perierunt: subinde angelus domini descendit, sedentemque Blasium erexit, gradientemque pedibus super aquam e lacu in terram reduxit. Assulit autem viri sancti faciei diuina quædam lux, qua conspecta quicumque aderant, in magnam sunt conuersi admirationem.

Caput. xxxviii.

De mirabilibus sancti Iuliani operibus per virtutem crucis editis.

Iulianus autem Romana generositate clarus, lingua facundus, iustitia insignis meritoque fidei percelebris, crucis virtute instructus, & gladio spiritus accinctus, & ad destruendos ethnicorum errores, & ad conculcandas demonum vanitates ad Cenomanicam urbem primus omnium Christi prædicator accessit. Sed dum nouitas sanctæ prædicationis quibusdam incredulis in scandalum nonnullis verteretur in derisum, miraculorum potentia utrosque reddebat attonitos, quos alio qui ad audendam veritatis viam veteris & innatus error fecerat falsitiosos, per manus enim venerandi pontificis tot tantisque dominus ille crucifixus operabatur virtutes, ut verbo demones fugaret, leprosos mundaret, cunctisque languentibus opem crucis medicamine largiretur. Denique cum ad eum multi concurrerent pro adspicienda salute corporum, illum tuum verbo vitæ cum salute redibant animarum.

Caput. xxxix.

Quod Antonius signo crucis munitus portenta, ferasque intrepidus excepit.




Liam vocat me eremus: in qua constat tum cœnobitas, tum anacortas inuicta potentia dominici vexilli alias atque alias & de morbis & de demonibus victorias obtinuisse. Maximus enim ille institutor eremitarum Antonius multisque mirandis operibus clarus, cum oraculo diuino monitus insignem illum Paulum Thebeum eremitarum primum querens interiorum vastamque solitudinem penetraret, ut dicit Hieronymus narrat, conspexit hominem equo mixtum, cui opinio poetarum Centauro vocabulum indidit, quo conspecto statim salutaris impressione signi armavit frontem, & tali armatura munitus portentum illud intrepidus excepit & ab eo timoris extorsit indicium. Eodem quoque fidei scuto instructus satyrum ad colloquium fortiter admisit: ferasque furibundas non timuit, donec lupæ cuiusdam veluti ductu optatum ad locum peruenit, ingressusque specum quendam primo aditu tenebris horrendum, interius vero illustrem in eo Paulum latentem, imo deo soli vacantem feliciter inuenit.

Caput. xl.

Quod Hilarion cruce demonum terriculamenta superauit.

Accedat

Caput. xl. xli. xlii. Fo. lxxviii.



Accedat et Hilarion et vite sanctimoniam.

et vite sanctimoniam, & miraculorum copia Antonio non inferior. De quo ita tradit disertissimus Hieronymus, Quadam nocte coepit Hilarion infantum audire vagitus, balatus pecorum, mugitus bouum, planctum quasi mulierum, leonum rugitus, murmur exercitus, & rursus variarum portenta vocum, ut ante fontem, quæ aspectu territus cedere. Intellexit demonum ludibria, & protolutus genibus Christi, crucem signauit in fronte talique armatus casside, & lorica sibi circumdatus iacens fortius præliabatur, amodo videre desiderans, quos horrebat audire, & sollicitis oculis huc illucque circumspexit. Cum interim ex improviso splendete luna cernit rhedam feruentibus equis super se irruere. Cuius in clamasset lesim, ante oculos eius repetitino terræ hiatu pœpa ois absorpta est, tunc ille ait. Equum & ascensorem deus Exodi, 15. cecidit in mare, & hi in curribus, & hi in equis, nos in nomine dei nostri magnificabimur. Psal. 119.

Caput. xli.

Aqua in qua facebat aspides cruce signata bibentibus nihil nocuit.



Eracles autem eremita quodam

Palestinae episcopus in libro, qui paradisi inscribitur, talem de se ipso infert narrationem. Cum essem, inquit, in deserto Nitriae apud Dorotheum Thebanum Anacortam virum summa inedia laborumque tolerantia Christo degentem. Hic una die cum puteum suum me circa horam nonam transmisit, ut implerem eadum, tempore refectionis instante. Accidit autem ut cum venissem, & aspidem casu in imo putei visam perhorruissem, vas vacuum reportarem, causamque timoris exponere dicens. Abba mortuus sumus, aspidem enim in puteo, quo me miseris vidi. Subridens ille tantummodo diu me intuens aspexit, caputque coccidens dixit, si placuerit diabolo per oes se puteos, vel serpentem vel testudinem facere, reliquumque genus venenosarum bestiarum & in aqua fontium desilire, poteris tu esse sine potu? Moxque egressus per semetipsum, secutus aquam traxit de puteo, ac prior ipse cruce signatam degustans ait. Vbi crux adest, ibi nihil Sathanæ valet malignitas.

Caput. xlii.

De fera signo crucis aperta.



Ceterum sicut nature vis non

modo in magnis animantibus, sed etiam in minimis nonnumquam mirabilis agnoscitur, ita & crucis diuinae virtus non tantum in grandibus operibus, sed etiam in paruis maxime elucet, hoc ideo sum prælocutus, ne cuiquam contemnenda quædam tanquam exigua videantur, in quibus quamuis exiguis ex plurium virosententia crucifixi potestas vires suas mirifice exeruit. Quare est illud quod referam de Euzagro diacono viro apostolico, cuius eruditio vite sanctimoniam & mirabilia patranda facultas ubique celebratur. Is ergo vir quadam die cum ecclesie clauis perisissent, inuocato Christi nomine cruce signauit illam ostium pariter unde erat clauis, et aperuit manu pulsatis foribus. Sed quia habuit & occidentis ecclesia suos Anacortas, ac cœnobitas, qui vite sanctitate, nec non mirabilibus gestis floruerunt, par est, ut illorum quoque mentionem faciamus.

Caput. xliii.

Apophtias.

Quod dicitur Benedictus vas veneno plenum signo crucis fregit.



Ceterum a quo alio narratio-
nem illorum commodius exordiemur, quam a dno Benedi-
cto, qui fuit religiosi instituti apud Italos egregius admodum
promotor. Is ergo summus vir meritis & nomine benedictus
monstravit abunde, quanta sit sanctæ benedictionis vis saluta-
ri signo sociata. Nam cum illius pia quidem instituta sanctosq;
mores ferre ob ignauiam non possent Cœnobitę quidam, qui
eum sibi religiosę vitę ducem elegerant; semper enim pravis moribus grauis est vita
bonorum, tractare secum de necando viro iusto cœperunt; conuenitq; tandem inter
eos, vt venenum vino mixtum bibituro porrigerent. At vero cum vas vitreũ, in quo
pestifer ille potus habebat, recumbenti patri pro monastico more ad benedicendum
fuisse oblatum, Benedictus extensa manu signum crucis edidit, & vas illud lactife-
rum, quod longius tenebatur, tanquam vitę signo percussum repente fuit contritum;
effusumq; venenum perfidorum impiorumq; discipulorum facinus detexit.

Caput. xliiij.

De cœco per signum crucis illuminato.



Pro sicut mirabile proxime relatũ
ex dno Gregori dialogis non inepte decerpimus, ita congruenter factum
videmur, si ex eisdem dialogis quędam crucis alia miracula huc ad verbũ
pene transferimus. Dum igitur quidam oculorum lumẽ amississet, ad For-
tunatum Antistitem deductus intercessionis eius opem petit & impetrauit. Nam cũ
vir dei oratione facta signum crucis imprimeret, ab eo protinus luce reddita, nox cœ-
citatis abscellit.

Caput. xlv.

De equo furibundo per signum crucis mansueto.



Reterea equus cuiusdam militis
in rabiem fuerat versus, ita vt a multis teneri vix posset, sed quoscunq;
poterat furens inuaderet, eorumq; mēbra morsibus dilaniaret, tunc ille
equus vt cunq; a multis ligatus ad prædictum Fortunatum episcopum
ductus est. Vir autem dei mox extensa manu super caput equi signum crucis edidit,
cunq; eius rabiem in mansuetudinẽ vertit, ita vt postea multo mitior existeret
quam prius q; in illam incidisset insaniam. De Iudæo autem cruce signato ac perin-
de a dæmonibus seruato in priore tractatu retulimus capite, xlv.

Caput. xlvj.

Amantius signo crucis serpentes extrahebat & extinguebat.



Amantio autem presbitero preci-
pue simplicitatis viro sic accepisse Gregorius tradit, vt Apostolorum more
manum super ægros tanta fide imponeret, vt statim ad eius tactum bene ha-
berent. Quem hoc etiam habuisse miraculi adiunxit, quod in quocunq;
loco quamuis inmanissimi asperitatis serpẽtem reperisset, mox vt eum signo crucis
signasset, extingueret, abditosq; intra foramina serpentes crucis virtute extintos fo-
ras extraheret.

Capu.

Caput. xlvij, xlvij, xlix. l. Fo. lxxix.

Quod vbi crux est, dæmon nihil nocere potest.



Demones autem maiorem nocendi
vim habere, vbi dominici triumphus signum defuerit, his ostendit. Quadã
inquit, die vna dei famula ex virginum monasterio hortum ingressa est, quę
lactucam conspiciens concupiuit, eamque signo crucis benedicere oblita a-
uide momordit, sed arrepta a diabolo protinus cecidit. Accersitur Equitius vir iu-
stus, vt laboranti subueniret: quo hortum ingresso cepit ex facientis ore quasi satisfa-
ciens ipse, qui hanc arripuerat diabolus clamare dicens. Ego quid feci sedebam ego
super lactucam, venit illa & momordit me, tunc diabolo cum indignatione vir dei
precepit, vt ab ea discederet, & locum in omnipotentis dei famula non haberet, qui
protinus abscessit, nec eam vltra contingere præualuit. Hæc Gregorius.

Caput. xlvij.

Crucem dominicam sanctę virginittatis esse custodem.



Crucem quoque dominicã tu-
tamentum esse p̄e virginittati firmissimũ argumẽto est Beata
Iustina virgo & martyr: hæc em̄ sub Diocletiano Imperatore
dño seruans, Ecclesiam frequentabat. Quam cum quidã im-
probus adolescens deperiret, eius autem cõplexum desperaret,
libidine furens Cyprianum quendam nobilem magũ preci-
bus atq; precio exorat, vt dæmonum aciem ad expugnandam
virginem immitteret, qui ipsam adolescentis amore vehementer incenderent. Cõda-
tionem magus accepit, euocatosque dæmones ad impetendam virginem mittit, illi
mago parentes bis terq; illam sunt adorsi, signo tamen crucis ostenso ab illa repulsi,
tandem viti dæmones a virgine re infecta ad magum redierunt. Tunc Cyprianus ille
magus eos imbecillitatis & ignauiæ arguens dixit eorum principi: quomodo vi-
stestis a virgine Christiana: ille respondit. Vidi signum crucis & extimui. Ad quem
Cyprianus. Ergo crucifixus temet maior est. Cui respondit diabolus, etiam maior
omnibus. Tunc Cyprianus contemptis dæmonibus, idolisque contritis Christi tu-
gum subit, cuius fidem cõstanter professus, pro eo cum sancta Iustina mortis senten-
tiam libenter excepit.

Caput. xlix.

De beata Christina, & sancta Marthaper crucem vtricibus.



Cuid item pluribus referam beatã
Christinam crucis triumpho ab angelo dñi petito, eiq; diuinitus donato
munita pro tuenda virginittate sæuissimos constanter pertulisse cruciatus,
Apollinisq; simulachrum in puluerẽ redegeisse. Accedat & Martha nobilis illa Chri-
sti hospita, quę triumphali crucis signo horrendam immanemq; belluam, quam in a-
cole Tharsorum vocabant, edomuit, tenuit, sacroq; cingulo vincã illis interficiẽ-
dam tradidit. Illud mirabilis quod eadẽ in terra prostrata sic, vt totius corporis ha-
bitu dominicam crucem effigiet, mortuo vitam a dño obsecratione promeruit.

Caput. l.

Quod impresso crucis signo diuus Laurentius Ciriacam a do-
lore capitis liberauit, & cœcum illuminauit.

Has quoque manus et eleemo



synarum auctores virtus crucis comitatur: hinc euenit, vt cum Leuita Laurentius ecclesie thesauros pauperibus distribueret, Ciriacam vtduam grauissimo capitis morbo, atque dolore diuexatam impositis super eam manibus, impressioque crucis signo integre salutem restituerit. Cumque cecus quidam Crescensius nomine beatum Leuitam obnixius oraret, vt oculis eius manus imponeret, sanctus Laurentius illius precibus motus illachrimans dixit, Dominus noster Iesus Christus qui apperuit oculos caeci nati ipse te illuminet: & appositio signo crucis illico cecus ille visum recepit.

Caput. ij.


Per crucem detecti thesauri fuerunt.

Hec Benedictus summus pontifex

huius nominis primus inter altas virtutes quibus pollebat, benignus & liberalis in omnes homines potissimum vero erga inopes & pauperes habuit: & ob eam rem Christus largas opes viro munifico suffecit. Nam cum semel per cedes suas contentus inambularet, cerneretque in pavimento marmoream crucem, eam religionis causa, ne pedibus conculcetur auferri iussit, meliori que loco atque honestiori reponi curauit: post hanc vero vna atque altera est inuenta, sub qua tantam auri vim atque argenti reperit, quantam hominis beneficentia requiebat, cuius quidem thesauri pro more suo bonam partem pauperibus erogauit.

Caput. iij.

Quod crucis signum fuerit per angelos misro opere fabricatum.



Ec pretereundus est hoc loco

magnificentissimus ille Rex Legionensis Alfonso cognomento Castus, qui parua de Arabibus victoria occisusque vno proelio septuaginta millibus eorum grauissimus Christo, cuius praesidium inter pugnandum praesentissimum senserat, insignem templum Oueti condidit, cui Saluatoris indidit nomen. Cumque esset praecipuus Christi Iesu patris obsequator, decreuit signum crucis aureum gemmisque preciosissimis inscriptum regali magnificentia fieri. Iam quarebantur artifices idonei, qui regis pietati responderent, oblati sunt duo quidam habitu peregrini, qui assererent esse se satis eruditos aurifices, qui possent pietatissimo regi in opere expedito ex sententia illius satisfacere. Excepit eos rex mente letissima, continuo dicit eis basilica quaedam intra regiam domum, in qua a turba secreti manerent, & operi faciendo incumbere. Quos quidem vt ignotos prima nocte conclusos ob signatis feris regis aconomus reliquit. At vbi primo mane dicit proximi eos aditisset ianuas quidem clausas intus feris. Ingressus autem conclave neminem intus reperit, Sed aspexit crucem auream pulcherrimam mirifice fabricatam, & caelesti quodam splendore fulgentem, adeo vt intuentis oculos perstringeret. Quod vt rescituit pietatissimus rex, agnouit diuinum donum: cognouit caelestes fuisse ministros tanti operis auctores, summisque gratias domino crucifixi agens, conuocato clero omni que populo magna cum pompa pulcherrimum munus diuinitas sibi collatum in Saluatoris aede, quam ipse construxerat, reponendum curauit. Quam congrue angelica puritas ad pudicum regem a puritatis principe missa est, vt aurea cruce locupletaret eum qui carnem suam cum vitis & concupiscentiis crucifixerat.

ce locupletaret eum qui carnem suam cum vitis & concupiscentiis crucifixerat.

Caput. liij.

De duplici mirabili sanguinis effluxu ab altera atque altera imagine Christi impie percussa.



Et iterum vt piis fauet sic pro-

dit & impios imago Christi. Illud ad piorum stabilitum, hoc ad imptorum vel conuersionem vel damnationem: testimonio est manifestissimo id, quod narrat Lucas historicus, sub Aquila Gothorum rege in Hispania contigisse: scribit, n. Iudaicum quendam ecclesiam quamdam Christianis vacuam intrasse, via sanctorum crucifixi figuram, telo quod manu gerebat percussisse, percussamque secum sub pallio in domum suam attulisse. At cum domum illam extulisset, sinus vestrum suarum reperit sanguinolentos: quod vt vidit obstupfactus ac tremens saluatoris imaginem in abdissimo domus suae loco diligenter abscondit. Christiani autem paulo post ecclesiam ingressi, mox vt animaduertunt imaginem Christi deesse pariter ambigebant, quisnam esset ausus illam de loco suo dimouere: inter inquit reuolunt vident sanguinem effusum sub loco in quo crucifixi signum stabat, sanguinisque rubricam secuti, perueniunt ad impij Iudaei domum: quam ingressi, tandem inueniunt Christi imaginem totam sanguine conuersam. Afferunt ergo illam summa cum reuerentia ad aedem sacram, & in loco suo lacti reponunt. Scelerum denique fur & peruersi nec tactum sanguine sacro ad meliora conuersum, vt dignum erat lapidibus obruerunt. Et hic quidem ad sui perniciem proditus fuit. At vero Hebraei illi qui in Berito cuncta quae in ipsius Christi persona a maioribus suis perpetrata fuerunt in eiusdem imagine nouo ludibrio exercuerunt: hoc multo feliciores fuerunt. Quippe qui excepto sanguine ex imaginis Christi latere lancea percusso fluente, explorataque crucifixi potentia, eo quod quicumque eo sanguine vngentur, statim a quacunque tenentur infirmitate, sanabuntur, relicta erroris antiqui pertinacia, omnes Christo crediderunt. Necnon a Caesariensi metropolitano precibus obtinuerunt, vt sua ipsorum synagoga in ecclesia sacretur, cui esset saluatoris cognomen. Hinc demum ceptum est a Christianis aede Christi sacras seruatoris cognomento nuncupari. At si quis hoc plenius nosse cupit, legat elegantissimum librum, quem diuus Athanasius de passione imaginis inscripsit.

Caput. liij.

Quod signacula crucis iterum visa sunt velut impressa in Iudeorum vestibus.



Ec solum ex eo quod modo re-

tuli clementior in Iudaeos diuina bonitas elucet, sed etiam ex eo quod modo inferam aperissime constat, Christum semper illos alia atque alta ratione ad resarcendam secum amicitiam inuittasse. Fuerunt igitur olim duo Iudaei, idemque Hispani, Obilen sis alter, alter ex opido cui nomen Aillon, vni quidem apud suos in precio habiti, & quod honestis moribus probam vitam agere viderent, & quod futura quaedam, qualibet id fieret arte, interdum certo praediceret. Qui constantem asseruerit anno a mundi creatioe iuxta Hebraeorum supputationem .55. supra quatuordecim millia conspecturos esse Iudaeos certissimum redemptionis suae signum. Erat autem is annus

Alpobias

millesimus ducentessimus nonagesimus quintus a glorioso domino nostro Iesu Christi natali. Deceuerunt & illud videndum ultimo Iulii mensis die, Magna igitur expectatione cuncti Iudæi ad quos illius vaticinium rumor emanauit, deum sibi propitium reddere elemosinis, ieiuniis, satisfactionibus, aliisque probis operibus conati sunt, ne quid obstitere, quin deus ipsius expectatissimum liberationis suæ signum manifesta- ret. Cūq; anno, mense ac die prædictis Hebræi induti vestibus albis, lineis ac sericis, eo nempe habitu quo solent expiationis festum decimo septembris die celebrare synagogas suas introissent, repente in syndonibus quibus erant vestiti, passim veluti impressæ cruce apparuerunt, i. vera salutis humanæ signacula visa sunt: quas quidē cruce vbi primo conspexerūt, simul omnes turbati sunt & obstupescerunt: mox vero in varias sententias discesserunt. Alii enim eorum tam manifestum ac mirabile diuinae virtutis indicium maligna interpretatione in dæmonis artes retulerunt, nempe maiores suos imitati, qui in iusticiis Christi virtutibus detrahentes dicebāt. In Beelzebub principe dæmoniorum eicit dæmonia, Alii tam inspirato prodigio compūsi rem taciti considerabant. Alii deniq; quorum sanctorum erat mens dei potentiam admirati, signumq; salutis agnoscentes Iesum Nazarenū verum fuisse messiam constanter professi sunt, atq; salutarī lauacro regenerati, relicta Iudæica synagoga Ierusalē sitanam ad ecclesiā transferunt. Author est Alfonso Pinclianus ab Hebræis ad Christianissimum conuersus in eo libro, quem de bellis domini composuit, cui suffragatur Paulus episcopus Burgenis in eo libro quem scrutinium sacre scripturæ prænotauit, qui etiam Iudeorum tunc temporis apud principes potentium calumniis tribuit tantum miraculum annua crucis memoria a Christianis non celebrari.

Mat. 9.

Caput. lv.

Quod fidelis nihil nocuerit venenum epotum & infidelis
lem purę aque hausus interemerit.



L si ad metam properem: in-
uat recenere id quod Faber Stapulensis se audiuisse fatetur, hac
nempe tempestate impletum fuisse illud, Et si quid mortiferū
biberint, non eis nocebit, in quodam fidelis viro fidei dono
prodito, cui epotum in nomine Iesu venenum nihil nocuit. Is
enim fidelis diebus nostris coram magno quodam & potenti
alienę sectę tyranno, fidei Christi partes constanter a deo tuta-
batur, vt nihil veritus sit presentaneum venenum signo crucis super illud inducto in
nomine Iesu, & in fidei suę approbationem haurire. Mox vero cum nihil mali sen-
tiret, misante tyranno, & omnibus qui aderant stupentibus, rogauit idem qui hause-
rat illud, vt is qui secum de fide certabat, & venenum temperabat (erat enim arte me-
dicus) in approbatione oppositę fidei, q̄ proba veraq; esset, & in nomine Mahume-
ti sui prophete vel Iympidæ tantum aque fumeret (est, n. gentis illius familiaris & con-
fuetus aque potus) quantum sibi veneni fuerat porrectum: quod cum placuisset tyra-
no & iis qui aderant, qui rem facilem, & quæ nihil periculi haberet, postulasset, medi-
cus aquam e fonte recenter acceptam afferri iussit, qua epota haud secus q̄ si maxime
presentaneum venenum hausisset, inter crura tyranni repente collapsus expirauit.
Vnde & tyranno & genti eius, fides Christi admodum probata est, & si superstitio-
nem suam non deserant.


Caput. lvj.

De alia

Caput. lvj.

De alia atque alia dominicę
cruce efficacia.

So. lxxxj.



Nec item mihi quantumuis ad
finem properanti, prætermittendus est beatus Petrus Exorcista
ita martyrq; gloriosus, qui non modo dæmones humanis de
corporibus per crucis triumphum facile excludebat, sed etiã
ferreas manicas ingentes catenas & confictum seris firmis-
simis carcerem mirabiliter euasit. Nonne & sanctus Tyburtius
signo crucis facto super ardentissimos carbones nudis pedibus
illeesus incesse? Præter autem erga crucifixum votum iniustas animo addere vi-
res testimonia est beatus Simon apostolus domini, & Hierosolymitanus Episcopus,
qui cum esset centum & viginti annorum, summa tamē animi virtute præditus acer-
bissimū crucis supplicium constanter adeo tolerauit, vt et ipsi tortores in tā decrepita
etate tantam fortitudinem admiratione & laudibus sint persecuti. Quid referam bea-
tum Franciscum! qui cum lacrimosis oculis visum in dominicam crucem intendis-
set, vocem ab eadem cruce miro quodā modo ad se delapsam corporeis hausit auribus
ter sibi replicatē, Franciscę vade, repara domū meam, quæ vt cinis tota destruitur.
Quam mirabilis est habendus diuus Dominicus, qui spiritu sancto percitus, cor-
repto ardentem & eleuato triumphali dominicę crucis vexillo apostolicam prædica-
tionem iam pene desitā maxime opportune mundo restituit, eaq; apostolica vita apo-
stolicisq; miraculis firmavit.

Caput. lvij.



Mest & Larauacce celestis nē-
pe de vetusto miraculo cruce, quam opidani veram vocant, (ap-
paruit, n. christiano sacerdoti, cū sola deesset sacrificatio) His-
toriamq; referunt, Regnantibus Hispanis Mauris, eaq; loca te-
nentibus quæ sunt ad Castalonensē & Iloritanos, quæq;
hodie Myrtense regnum appellant, ob plurimarum myra-
torum exuberantiam, bella cum eis Christiani Hispani ge-
rebant, simbusque expellebant suis, tumultuantes animosus. Per id tempus reli-
giosus quidam noster sacerdos ad eos com meat Christi euangelium prædicaturus,
sacraque persuasurus: siue vitę siue neci paratus, summiq; auxilio fretus, sanctę rei
dat operam audacius, quo multas (si postulet) infidelium animas Christo vero deo lu-
crificeret. Imprimis sacrum missę officium apud illius loci regem interrogatus lau-
dat audacter, docet suadet. At rex audiens, quasi per opprobrium iubet rem diuinā
vt faceret more patrio, visurus quid id esset, quod tā opere Christiani magnifaces-
rent. Sed quoniam apparatus ad sacrum celebrandum deesset, misit euestigio pius
sacerdos urbem Concham, quam Christiani tenebant, famulos, vt per eos inde sibi
remitterentur ornamenta, quæq; ad missę sacrificium magno regi visuro necessa-
ria forent, remissa sunt omnia præter crucem. Incepit mystes celebrare, cumq; ani-
ma aduertisset crucem deesse sacrificio missę necessariam, constitit turbatus, multa vol-
uens (est enim summo Christianorum omnium consensu receptum, valdeque con-
sentaneum, non nisi præterente cruce ad aram celebrare) conspexit rex Maurus cessan-
tem, pallorem faciem vertere, rogat num quicquam deesset? Sacerdos crucem respon-
dit. Continuo rex, num illud est, ait, (videbat enim angelos duos crucem obtulis ma-
nibus afferentes ab altaris fastigio, quos digito commostrabat.) At sacerdos Deo

Vbi postu-
let, lege
posset.

Vbi pallorē,
lege in
pallorem.

L

Apophias.

speque certa plenus, eleuatis oculis, gratis deo actis, crucem coelestem ab angelis suscepit, sacrumque latibundus absoluit. Rex vero & plurimi qui cum eo aderant, conspecto miraculo, confestim in Christum crediderunt, verumque lumen accipientes religiosum mysterium muneribus multis affectum secuti sunt haud granate. Estque ea crux & in hodiernum vsque diem non incolis tantum, sed & Hispanis omnibus in magnis honoribus & veneratione semper habita: quam ita summo studio, summamque vigilantiam in edita fortissimamque arce repositam adseruant accolae, ut & perpetuo igne illuminetur, & non nisi tribus clauibus reclusam, venerentur religiosius vicini prouinciales. Tradunt etiam a pastore surreptam, & nimio quasi pondere futem diruptam, & ad arcem diuinitus reuerfam, vsque adeo diuina minime delicta latrociniaque patiuntur, nec sine poena facinora prauiora relinquunt. Tanti est ius suum cuique tribuere, Narrant & alia complura certissimaque miracula non aspernanda, sed quae ob breuitatem in praesentia non vacet recensere: inquit enim spatium exclusi, alio stylo tēdimus properantius. Sed illud non sinam interim, Celebrant Garauaccenses verae crucis festum solenne ad calend. Maias, conuentumque celebrem inibi peragunt mercatorum, quo mirum est quanta aduenarum frequentia, quanta confinium populorum, adiacentiumque prouinciarum turba audissimae confluat, aliud sanctius atque solennius miraculum visura non praeterendum. Etenim multi religiosi et vrbis & prouinciae sacerdotes cum tota plebe, incensis funalibus, celebris pompa, magnaque veneratione, non sine choreis & saltatoribus, inter maximas peregrinorum consistantium cateruas, apertam crucem ex arce depromptam, inauratamque leuatae impositionem, quorantibus ad vsque vrbis proximum lacum afferunt (Aequisam vocat) inibiq; ter vrbanus archiepiscopus eam lymphis mersam, extremam nempe eius partem intingens, terque eam coram frequenti populo conspiciendam adorandamque circumfert, qua quasi aquis sanctificatis & vocatis supernis, mirabile visum, confestim pluuiae apertis nubibus de caelo defluentes ingruunt. Saepe vix peracto fusto & celebritate per cotinuos quaternosque dies, saepius per octonos affluunt, quibus & desiccata arua mirifice irrigantur ad fecundiores fruges, & luxuriosis herbis crescentia pabula innumeris gregibus & armatis inuadunt, quod & nos rerum admoniti hisce oculis praesentes inspeximus, fidem scriptis factur: opidantque seniores affirmant, nunquam se sine opportunis optatisque pluuibus id festum celebratum meminisse. Qua vna re cum fructus colligunt vberiores, tum vrbis illa praecipue vicinis maxime abundat opibus. Sed & naturae locique vitio Deus Opt. Max. hoc muneris miseratus indulgit. Est enim ea Hispaniae pars & solis acerbitati exposita ad meridiem, atque ob hoc sitibunda, nisi deduciantur per riuulos aquis lenientibus agri iuuarentur, & quae vix de caelo pluuia agnoscat pro tempore, nisi vere crucis reclusae beneficio coelesti leuetur: cuius ut tempestiuam praesentaneumque suauamen admirandum experti cernimus, ita a deo bonorum omnium fonte summam virtutem attributam facile de fide cognoscimus, cui per infinita saecula laus, honor, & gloria. Amen.

Caput. lviij.



Hic et olim cum Illiberos Baerant occupabant, Abulensis quidam iuuenis, tum generis nobilitate, tum vera pietate insignis, Fraciscus Aluareus cognomēto Aquileus, qui ab hostibus fidei captus Almeriae tyranno seruebat. Nam cum nullis neque cruciatibus, neque blanditiis, ab orthodoxae fidei professione dimoueri posset, coquendo panis adductus fuit, quod officii quamlibet sordidi, cum ille & magno animo

Caput. lix. Fo. lxxij.

animo, & sedulo gereret, venit ei aliquando in mentem, cinerem quem plurimum singulis diebus de furno trahebat, in certum quandam locum arci conuictum dimittere, ut ingenti molle in altum erecta, crucis dominicae praesidio munitus, in eam ex arci summo sese tuto deticeret. Captata igitur oportunitate in ipso noctis conticinio in cinerem illam mollem semet demisit, nihilque fere laesus parumque turbatus quam primum ad se rediit, fidei deuotione, quam in Christi crucem habebat animatus, Castellam versus pergere coepit. Sed cadentis sonitu prodditum hostes insequerantur. Cumque iam tantum ipsum essent deprehensuri strenuus Christi miles signo crucis totum semetipsum communiuit, eisque inuisibilem reddidit: ita ut persecutores suos ipse videret, & ab illis non videretur. Quo miraculo audacior factus per diem latens noctisque iter faciens, tandem peruenit ad eam sacram Dei paracletum, quae Aqua lupi cognominatur vbi expectantes se duos fratres repperit, qui se contulerant quod oracula acceperant eodem die illuc eum incolumem perueniturum, Hunc denique virum, talia narrantem concives sui saepe audierunt: qui probam pietatemque vitam, & christiano dignam semper egit, deo nec iam senex viam vniuersae carnis ingressus, spiritum deo reddidit.

Caput. lix.



Indem receptui canamus ne

videamur breui pagella comprehendere voluisse innumeras domini crucifixi victorias, & mirabilia gesta, quae passim, expresso triumphus sui signaculo edere conuicti, ex his enim paucis quae retulimus, poterit pius & candidus lector, plura concipere, atque manifestissimam inuictissimamque crucis Christi potentiam intellegere. Quae si aliquando illius cultoribus vocata expressaque non optulatur, nobis immeritis tribuendum est, nullatenus principi nostro cuius omnipotentia tot signis & argumentis, tantis miraculis atque prodigiis vbiq; gentium per alias atque alias mundi aetates claruit, sed enim iudicium eius quo est mortalibus occultus, tanto est magis venerandum, nec impia nec temeraria disputatione discutendum. Hoc enim negotium de Domini auxilio laborantibus sui cultoribus vel praesidio vel negato, tam in scriptore, quam in lectore magna indiget modestia, quam quidem modestiam si nos in sequenti tractatulo, quo super Tunetis expugnatione crucifixum glorificauimus, apte tenuimus, optime nobiscum actum esse putantes incabiles summo bonorum largitori gratias agimus propensissimas.

Teles.

L. ij

Epinicion.

Breuis annotatio eorumque in Epinicio continentur.

- | | | |
|----|---|---|
| 1 | Brenis enarratio Tunetiae expugnationis. | A |
| 2 | Quae sit vis nominis tetragrammaton atque nominis, El. & quod ille diuinam maiestatem, hic vero fortitudinem denotet. | B |
| 3 | Quod sua ipsius des est summa maiestas atque suprema potestas, esto quod et angelos, & homines diuina appellatione nobilitari. | C |
| 4 | Quare dominus in lege sit nuncupatus deus deorum & in Apocalypsi rex regum. | D |
| 5 | Quod inuita dei potentia claruit deurbato de caelo lucifero, oppressisque aliis atque aliis sub caelo tyrannis. | E |
| 6 | Merito seditionis ciues exilio morteque puniri. | F |
| 7 | Imperator oleo facto inungitur, vt norit muneris sui esse ecclesiam Christi protegere. | G |
| 8 | Bifariam dicitur deus concordiam facere in angelis & hominibus. | H |
| 9 | Extrema incommoda christianis sunt oborta & improba contentione atque intestina discordia. | I |
| 10 | Exhortatio ad inuendum concilium generale pro reuocandis haereticis. | K |
| 11 | Magnificentiam eam tantum esse probandam quae sit sanctitati coniuncta. | L |
| 12 | Vlciscendi libido grauioribus susceptis interdum affert calamitates. | M |
| 13 | Non quidem hominum odio, sed peccatorum industum terris fuisse diluunt Hispaniasque annuente deo per Saracenos fuisse deletas. | N |
| 14 | Magnificentiam summam perhibuisse Christum in carne assumpta. | O |
| 15 | Recensentur plerique qui cum sanctitate fuerunt magnifici. | P |
| 16 | Recensentur & nonnulla Caroli Imperatoris huius nominis quae gesta praecleara. | Q |
| 17 | Plurimis exemplis commostratur deus & terribilis & horrendus. | R |
| 18 | Non esse perturbandos christianos quamuis ab hostibus fidei nonnunquam diuidentur. | S |
| 19 | Tunc deus est maxime laudandus, cum videtur maxime terribilis. | T |
| 20 | Collatio miraculorum tam manifestorum quam occultorum quae deus addidit & in tradenda Israelitis palestina & in Hispania Christianis restituenda. | V |
| 21 | Glorificandus est a christianis Christus atque sustinendus vituque bellicae res eis succedant. | X |
| 22 | Precatio ad deum pro reuocandis ad fidem cunctis gentibus sub Carolo Imperatore christianissimo & felicissimo. | Z |

EPINICION

ABVLAE AB HONCALA DICTVM PRO

victoria Carolo Imperatori semper Augusto
aduersus impium Barbaroxam
diuinitus collata.



Quis similis tui in fortibus domine?

Exoid. 15.
Quis similis tui magnificus in sanctitate, terribilis, laudabilis, faciens mirabilia? Haec verba ex carmine illo omnium antiquissimo, quod Pharaone cum exercitu suo, sub Erythreo mari diuinitus obruto, dux Israelitarum Moses Deo gratias agens cecinit, commodum nobis sunt repetita, quibus gratulemur, & nos eidem deo optimo ac maximo pro victoria diuinitus collata Carolo Romanorum Imperatori semper Augusto, ac vere catholico Hispaniarum Regi de infestissimo illo Christiano nomine, pyrata, necnon violento, contra suaes sectae homines tyranno, Barbaroxa, qui urbem Tunetum, prope praesentem illam Carthaginem sitam scelerate occuparat, proprio in de iniuria excluso Rege, & retinebat sceleratus; Erat autem tota spes tutandi Christianorum fines, pacandi maria, & subueniendi Peno, in vno Cesare collocata, nec defuit officio inclytus Imperator, qui comparato christiano exercitu, pugnaturus non minus fide, quam armis, ingenti classe in Africam traiecit, successuque felicissimo expugnata prius Arce, quam Goletam dicunt, caeso, fugatoque hoste, recuperatam urbem proprio restituit domino, tam insignis iustitia & fide, quam fortitudine, & pietate pollens. Cantemus itaque domino gloriose, quod qui olim equum & ascensorem proiecit in mare, nunc quoque per Carolum expoliavit classe praedonem, tyrannumque a Tuneto procul exclusit, & republicae christianae optatam contulit securitatem. Cantemus, inquam, domino gloriose dicentes, quis similis tui in fortibus domine? Quis similis tui? Tam vero ut aliquem dicendorum ordinem nobis praescriberemus, prius vnum quodque loci propositi verbum (seruata ordinis serie) explicabimus, deinde vnicuique illorum in xta singula diuinae maiestatis praeconia, singulas Caroli Imperatoris sapientissimi atque felicissimi laudandas virtutes, & gloriosas victorias (quantum ad rem praesentem attinet) accomodabimus.

Porro pro eo quod in latino legitur quis similis tui in fortibus domine, in Hebraeo est, **מי כמותך באליהוה ויהי כמותך במכה** mik umok, belim sehova, id est, Quis sicut tu in diis domine, estque diligenter aduertendum, nomen illud ineffabile tetragrammaton, pro quo septuaginta perperuo interpretantur Graece, κυριος kyrios: & Hieronymus latine, dominus, non quod illius nominis vim omnino exprimant, sed quia non aliud aptius inueniunt, significare diuinam illam naturam, ea ratione qua ipsa est in se, per se vita, & per se essentia, ac perinde omnium aliorum author, ut sint viuantque. At nomen, **יהוה** El, Deum ipsum quoque significat, sed ea ratione qua fortitudine pollet, hinc Christus in cruce pendens, iam tam patri spiritum traditurus, dum quereretur pro parte humanitatis se derelictum, non vitae patris appellatione, nec tetragrammaton, sed hoc nomine visus exclamauit dicens **יהוה אלהי אבותינו יהוה אחד** & El El lamahazabathani, quod est in Psal. 21. interpretatum, Deus meus, Deus meus quare dereliquisti me ac si distum sit, fortis meus, fortis meus, quare dereliquisti me eo praesertim tempore quod vel maxime fortitudinem tuam istam inuisitam ex petere videbatur: vt me filium tuum vnicum iniuste tam indigna patientem, de manibus assequentiū eriperes, nisi quoddam aliud maius & augustius admirabilis sapientia tua decreuisset, glorificans itaque summum Deum legislator apte compellat

Epinicion.

Epinicion. Sol xxxiii.

eum dominum, nomine illo ineffabili, quo manifestet *q̄* *stus* nature maiestatem, qua praestat infinito excellentiae intervallo rebus vniuersis a se creatis. Non enim fas est creaturam sentire paria creatori suo, vnde & Lucifer ille qui iam natura suae nobilitate, quam diuinae gratiae copia reliquos spiritus caelestes longe superabat, desingnate dictus est, non quidem similitudo, sed signaculum similitudinis dei. Homo item descriptus est fieri non iam similitudo; quam in similitudinem dei, quod docere mur non esse illos genuinas dei imagines, qualis est filius patris, sed facticias esse et extrarias, tanto diuina illa maiestate inferiores, quanto factura conditore suo iacet humilior. Quare merito Moses haec sapienter considerans exclamauit, quis sicut tu in diis fortibus domine? id est quis magnus potens, fortis, sanctus, magnificus, terribilis, laudabilis, faciens mirabilia sicut tu? Profecto nullus, nec angelus, nec homo, quia neuter horum est tibi aut natura germanus, aut potentia aequalis, esto quod & angelos & homines deorum nomenclatura illustratis. Nam admonens filios Israel dixit sibi, Ecce ego mittam angelum meum, qui praecedat te, & custodiat in via, & introducam in locum, quem praeparauit tibi. Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet, cum peccaueris, & est nomen meum in illo, quareas quod nomen? Certe deus, saepe namque in diuinis scripturis angelus dicitur deus, eo quod Dei legatione fungatur, & ad homines per quam magnifice loquitur in psalmo inquitens. Ego dixi Dicitis vos, & filii excelsi omnes. O pulchrum testimonium, quamuis non sit naturae eorum elogium, sed ingens dei bonitatis indicium, qui quos maiestatis suae, licet magno interstitio dissimiles, quodammodo condidit assimililes, sapientiae quoque & bonitatis suae participes facit, & omnipotentiae in plerisque ministris constituit & diuina nomenclatione nobilitat. Ceterum nemo est in diis, sicut dominus, inuisibilis, incorporeus, immensus, incommutabilis, sine initio, & sine fine, solus aeternus, solus omnipotens, nullus enim creator omnium nisi pater creans omnia per filium, & in spiritu sancto omnia sanctificans: ut tam inde pie exclamatum sit, quis similis tui in fortibus domine? qui similis tui? Nec ociose replicatum est illud, quis similis tui? nam & si sunt, ut ait Paulus gentium doctor, qui dicantur dii, sine in caelo, siue in terra, si quidem sint dii multi, & domini multi, nobis tamen vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo, & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia & nos per ipsam, quia tamen nullus deorum similis est ad aequalitatem Deo in caelo, & nullus dominorum est compar domino in terra, conuenienter eadem exclamatio est iterum repetita; hanc autem estimationem de vero deo praecipuam, necnon mortalibus saluberrimam, ut Israelitarum pectoribus insereret legislator, sic elocutus est. Dominus vnus deus vnus ipse est deus deorum & dominus dominantium, deus magnus & potens & terribilis, qui personam non accipit, nec munera. At vero, ut concinne legislator astipulatur diuus Ioannes Euangelista in Apocalypsi supremam illam verbi dei incarnationem excellentiam describens, & habet, inquit in vestimento & in femore iro scriptum, rex regum, & dominus dominantium. Est autem in his duobus testimoniis iam congruis intra quaedam varietas & consideratu digna, nam pro eo quod Moses posuerat, deus deorum, Ioannes supposit, Rex regum; praedicauit ille deum deorum, ut populum quem nouerat ad idololatriam prouum a demonum cultura, vel certe hac ratione deterreret, quod deus illorum cunctis diis esset absque villo modo praestantior stultum est autem superiori contempto domino, inferiori velle seruire, Ioannes vero professus est eundem, Regem regum, ut eundem populum admoneret, quam imprudenter & inique regem suum excessum praeter omnibus regibus terrae, coram ipse pilato, abnegauerint, dices. Non habemus regem nisi Caesarem. Praeterea in Deuteronomio est absoluta illius supremae maiestatis professio. At in Apocalypsi in vestimento, & fenore traditur inscripta, quoniam tunc temporis nondum erat deus in similitudinem hominum factus, nec habitu inuentus ut homo. At nunc iam olim verbum caro factum est. Et

est. Et habitauit in nobis. Et ideo iure suo tanquam patris aeterni vnicus natura filius abque vlla ambitione iactat, totus iam a carnis resurrectione gloriosus eandem se habere cum patre potestatem, dicens. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra, hoc est, in spiritibus caelestibus & humanis: quos paulo ante diuino quodam munere deos appellatos ostendimus: ut iam merito non minus filio quam patri exclametur quis similis tui in fortibus domine? quis similis tui? si quidem non minus est filii, quam patris absoluta illa fortitudo, qua fortissimus ille cunctis fortibus antefat. Et reuera, ut asserit in libro Iob Baldath iustus, potestas & terror apud eum est, qui facit coecos, diuina in sublimibus suis, sublimes autem dei appellasse arbitror fuisse, praesides quos huic mundo gubernando ille praeponebat, siue angelos siue homines: in vtrisque enim concordiam statuit. Et quidem in caelis pacem fecit, quando superbum illum luciferum ad inaccessam sibi Dei similitudinem aspirantem, aliosque spiritus ipsius partes insaniamque secutos tanquam seditiones atque rebelles & laesa maiestatis reos e caelorum cunctis protinus in tartara deturbauit; idque factum est subministrante Deo Michaeli Archangelo, iuxta id quod scriptum est Apocalypsi, factum est praedium magnum in caelo, Michael & angeli eius praestabantur cum dracone, & draco, & angeli eius pugnantibus, neque locus eorum inuentus est amplius in caelo. Et profectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Sathanas, qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est in terram, & angeli eius cum eo missi sunt, itaque certatum est acriter inter fortes illos spiritus, nempe caelestes, bonos & malos super omnium fortissimum, nam illius paritatem quodammodo ambiebat, sed improbe malorum dux, dicens, ut est apud Esaiam prophetam, in caelum conscendam, super astra dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem montium, similis ero altissimo. At reclamabat improbo pientissima Michael iam tunc referens illud Iob. ca. 36. Ecce deus excelsus in fortitudine sua, & non est ei similis in legislatoribus, vicit denique vi diuini verbi munita, pia pars impia, recta prauam, proba improbam partaque de hoste victoriam collaudans rerum principem fortissimum, coramque illo subilians insonuit. Quis similis tui in fortibus domine? Vnde contententer euenit, ut ab ea causa de qua copugnatum est, spiritus ille, qui per singularem dei potentiam stetit inuictus, sit dictus Michael: quod si latine interpretetur, sonat: quis sicut Deus fortis. Quam bene Moses in eodem cantico hoc quoque de summa dei potentia, praesentum conuincit. Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Quare cur eum dixerit non virum absolute, sed cum quodam temperamento quasi virum? Nimirum quia nondum dominus erat vir: quia nondum factus homo, sed illum viro assimilauit, quia futurus erat homo iuxta illud Hieremie cap. 31. quia creatus dominus nouum super terram, semina circumdabit virum. Videlicet Maria virgo habebit in utero Iesum Christum, iam inde sapientia diuina & virtute virum perfectum, & si iuxta corporis incrementa pusillum. Idcirco enim filius dei & sine patris in terram sese demisit, ut factus vir, id est homo pugnacissimus cum tenebrarum principe per necessarium nobis certamen intreret, victor proculdubio euasurus, & quem de caelo de secerat, de terra quoque extruderet, secundum quod ipse in terris adhuc agens pollicitus est dicens. Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et discipulis suis gaudens & praegloriantibus apud dominum, quod etiam demonum subicerentur eis, his inuitos addebat. Videbam Sathanam sicut fulgur de caelo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Vides ut inuictum dei verbum deponit potentes de sede, & exaltat humiles. Et eo usque exaltat humiles, ut etiam homunciones papae caelestibus ac refugis imperet spiritibus. Vides, inquam, ut potentissimum dei verbum fortes illos gloriantes in fortitudine sua armis, hoc est, virtutibus denudauerit, & e loco illo sublimi, & pulcherrimo talibusque creaturis decens

tiffimo præcipites dederit, & inferni rudentibus detractos & perpetuo carcere inclu-
 sos aeterna morte damnarit. Ex quo manifeste constat ea iusta esse plebi scita, qui-
 bus sancitum est, ciues improbos ac seditiosos statum reipublicæ turbantes & euer-
 tentes; modo facultatibus expoliari, modo intra carceris fordes cathenis compediti-
 busque constructis veluti furentes teneri, modo temporario aut perpetuo exilio dâ-
 riari, modo denique vltimo supplicio affici. Quid enim commodius quam ciues
 tumultuosos suisque infestos ac perniciosos ciuibus de medio tolli; vt talibus ho-
 minum pestibus ab vrbe pacis exclusis, liceat probis & mitibus honestam quietem
 vitam degere. Nec possunt iniqua esse iura, quæ ad exemplar diuini Iudicii sunt cõstituta; modo caueat iudex, vt propensior sit ad ventâ, peccantibus impertendam, quâ
 ad vindictam exigendam, nec quem exilio perpetuo, aut morte afficiat, nisi quem
 manifestatis argumentis censeat incorrigibilem. Censeat, inquam, incorrigibilem
 vel sceleris magnitudinæ vel frequentia, aut denique prauo maloque exemplo alios
 corruptentem. Tunc enim (vt ait poeta) immedicabile vulnus ens recidendum est,

Quidi.

G

ne pars sincera trahatur. Satis enim est vt debita poena plectatur nocens, quam vt in-
 iusta pereat innocens, nec clementia dicenda est, sed crudelitas qua sic ignoscitur son-
 tibus, ne sint secum tutique infantes. Ex quo & illud liquet, nus esse christiano Impera-
 tori arma mouere aduersus Turcam, Barbaroxam reliquosq; veræ religionis aduer-
 sarios, tum quia magno generis humani detrimento mundanos ciues (nam obsecro
 quid aliud est hæc mundus q̃ quædam amplissima ciuitas) assiduis bellis terra marisq;
 fatigant, diripiunt, capiunt, seruire cogunt, denique interficiunt, tum quia modo blâ-
 ditis modo supplicis a Christi fide, quæ sola vera est dei paræus agnitio cultusq; sum-
 musq; vitæbus procul auertere conantur, vt quid Imperator a primario orbis ponti-
 fice sacro vngitur oleo, nisi vt fidei lumine illustratus intelligat suas partes esse in ago-
 nie huius mundi tanquam inuictum athletam. Imper esse in procinctu, semper hoc
 vnum certamen certare, vt totus terrarum orbis communi tranquillitate finatur, vt
 Ecclesia catholica fideles palmites circumquaque porrigit, vt deniq; Christi nomē,
 idest oleum illud diuinum per totum mundum effusum magno fulgore nitent, mira-
 sua violentia redoleat, & vbique gentium vigeat regnetque. Id quod in primo Regū

Reg. 10.

H

libro præsignatum est, vbi memoriæ tradita est forma, qua Reges Israel ungebantur;
 sic enim legitur eiusdem libri, cap. 10. tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit
 super caput Saulis, & deosculatus est illum, & ait. Ecce vnixit te dominus super
 hereditatem suam in principem & liberabis populum suum de manibus inimico-
 rum eius, qui in circuitu eius sunt, & hoc tibi signum, quia vnixit te Dominus in prin-
 cipem. Adhuc alia quoque ratione deus omnipotens coelestes spiritus eosdemq; bo-
 nos inter se facit concordēs, nam prauis nullius probatæ concordia sunt capaces, scilicet
 licet, quoties inter probos lites dirimit, nam quandoq; aduersis inuicem rationibus
 ducti, de cuiuspiam causæ summa dissentiunt. Legimus enim Danielis. 10. cap. Persarum
 Principem, idest Angelum custodiendæ Persidi destinatum aliquot diebus diuo
 Michaeli populi Dei prædici restitisse. Alter enim censebat iam fere peracto mis-
 seræ atque miserabilis captiuitatis tempore statim esse Dei populum a tam graui
 seruitute liberandum, & in patriam sedem, hoc est Iudæam reuocandum. Alter ve-
 ro valde optabat Israelitas vnus Dei cultores multo diutius apud Persas immo-
 rari, eo quod videbat nonnullos horum ex illorum consortio respiscere, nec non
 reprobratis simulachris ad veri Dei cultum in dies magis ac magis conuerſi. Vterq;
 itaq; causam suâ agebat haud vtique in alterū inuidia tactus, aut odio adactus, sed pro
 quodâ affectu suâ quisq; partem fouebat. Erat itaq; illa inter vtrumq; pugna pro aliâ
 atq; aliis eiusdē causæ meritis quidâ sententiarū dissensus, non autē mutæ pacis diffi-
 dium, tandem demū huiusmodi inter illos spiritus, concors discordia durat quandiu
 summus rerū arbiter propriâ ipsius voluntatē differet aperire. Ceterū cū primū inno-

tescit

tescit eiusdem diuinum decretum, summa in idipsum concordia conueniunt, quicquid
 illud fuerit de quo paulo ante dissidebatur. Vsu venit & tale quidam inter dum viris
 probis, vt inter eos de qua re consulitur minus conueniat, dum alius alia ratione mo-
 tus aliud esse faciendum censeat, idque præiudicat pro sua quisq; viri portione sine vlla
 amarulenta penitus explere: nec enim obest probitati sententiæ varietas modo præ-
 ptus sit animus ad prouehendum bonum, quod intenditur. At mox vbi constitit,
 qua via res de qua fit consultatio commodius geratur: restigio a viris probis in ean-
 dem sententiam pedibus ac manibus itur, alioqui viri probi nō sunt, qui tam haud
 ignorantia veritatis; sed agnitæ bonitatis odio contendere pergunt. Hi sunt qui iuxta
 Paulum non acquiescunt veritati, sed obediunt iniquitati: nam quum sentiunt se nō
 posse recta progressos obtinere quod cupiunt, aperto Marte contra iustitiam pu-
 gnantes, impudenti adipsos conantur, quod nec vero, nec simulato iure nancisci
 queunt. Est enim vnus ex cæteris animi languoribus & quidem pessimus, intelligen-
 da contentio, per quam omne opus prauum geritur, per hanc hæreses nascuntur, per
 hanc schismata & omnia scandala in ecclesiis generantur, per hanc & domus & vrbes
 & regna penitus evertuntur, dum hi qui apud semetipsos prudentes sunt, & in cõspe-
 ctu suo sapientes, & qui gloriantur in fortitudine sua, quicquid ipsi libuerit, defen-
 dendum putant. Quod si non fiat: conuicio dissidentibus principibus scinditur in-
 certum studia in contraria vulgus. Concurritur vltro, pugnatur contrariis fectis,
 cëratur & armis. Completurq; heu nimis e vero illud euangelicum, Omne regnum
 in se ipsum diuisum desolatbitur: & domus supra domum cadet.

En iam olim desciuit ab orthodoxa fide maior pars orbis deceptore illo nebulone
 venefico & maleficientissimo Mahumeto, sed prius eidem constrauerant viam, qua se
 velut tortuosus coluber homo callidissimus in mortalium pectora latenter insinua-
 ret: homines peruersi & seditiosi, qui sub Christiano nomine latentes simplicem
 vnicâque, q̃ de Christo est veritatem; indomita & perniciosissima pertinacia inuicem
 cõtendentes impie disciderunt, Nicholaitas dico & Arianos Nestorianos & Do-
 natistas, ceteraque hæreticorum portenta, qui a Catholica ecclesia merito damnati &
 exclusi sectam Mahumeticam quantumuis stultam foedamque complexi eam prauis-
 tate & numero auxerunt. O ingentem calamitatem. Versantur & in tanto discrimine
 hac tempestate hæretici Luterani, atque alii, qui ab ecclesiæ vnitatis discedentes par-
 tim errores novos induxerunt, partim veteres reduxerunt: sapiunt enim eorum praua
 dogmata tyrannicam illam atque luxuriosam licentiam, quam captian dis homi-
 bus in carnem pronis Mahumetus adinuenit perniciosissime, ex quo factum est, vt
 autores ecclesiastici, qui contra eos stili aciem destrinxere, insani acta novos Sarace-
 nos ipsos appellitent, & vtinam respiscant & seposita pertinacia ecclesiam Christire-
 petant priusquam omnino fiant Saraceni. Ingens negotium, & quamuis aliquo-
 ties remedium quo tanto malo subueniretur tentatum est, infeliciter, tamen quan-
 diu non omnino insanabiles habentur, ominis lapsi ab vniverſo Christianorum cœ-
 tu mouendus esset: omnis via tentanda, si forte deus ignoscat illis eorumque corda il-
 luminet, & redeant ad saniores mentem. Ne tam bona populi Christiani pars
 penitus abscindatur a toto corpore, & prorsus intereat, in te cõcilium o Christianæ
 reipublicæ proceres: quorū sunt partes, ecclesiæ tanto periculo laboranti subuenite,
 domesticū hostē vtunq; opprimite, depascentē in traria ecclesiæ viscera, qua melius
 fieri poterit, cõpescite: seruate plebē Christi in demnē ab ea peste, quæ in sinu eius dor-
 mit. Tãtū ecclesiæ intrari nocēt aduersariis q̃ tâquã nō essent extrarari, prius Propheta
 deinde Christi sapiētē illud dixerit, Inimici hois domestici eius, iterū ad optimates
 ecclesiæ vociferor. In te conciliū, vt succidatis istos novos Saracenos, quorū sermo
 sicut cancer serpit, & tam late tamque nocenter per domos, per vrbes & regna va-
 gatur, forsitan hac ratione fiet, vt qui non cedunt vni pontifici, quem inuidiose

Rom. 2.

I

Mat. 2.

K

Mich. 7.

Mat. 10.

maledictis infestantur, sacro concilio cedant totius populi Christiani auctoritate oppressis Apostoli duo decim, ut est in actis eorum, murmur Græcorum aduersus Iudæos exortum, ut facilius reprimerent, discipulorum multitudinem conuocauerunt, quo plus haberet auctoritatis, quod omnium consensu decretum fuisset. Hinc laudatissimus inoleuit mos inter Christianos, ut quoties rei grauitas id exigeret optimates ecclesiastici, (accedente tamen Romani pontificis auctoritate) in vnu congregarentur, ut in commune decerneretur quod esset e re Christiana potissimum. Et nescio an aliquando heresis aliqua postquam coepisset adulescere; fuerit absque numero sacerdotum presulumque conuentu feliciter extincta. Quare inuigilate viri: insat manus periculum; damnum in dies crescit: iam non tantum necesse est venientem occurrere morbo: sed latius inuentem intercludere. Rumpite tandem moras: siquidem semper nouit differre paratis: heu quo discordia duxit inertes. Nec hoc satis, adduxit simul & aliud malum pugnatum est saepe pro religione tuenda a fidelibus contra infideles in sollicitudine plerunque successu, sed Christiani principes, ut plurimum in causa fuerunt. Raro enim inuenias (veteres si repetantur annales) pios ab impiis fuisse bello superatos: priusquam veri dei cultores inter se dissidentes inuicem compugnassent: maximisque hinc inde illatis in com modis vires suas extenuassent: & fere penitus exhaustissent & dentque mutuis vulneribus cecidissent. Ecce discessit Israel ab Iuda sub Roboam Solomonis filio: statimque Hebræorum regnum in duas partes disinctum patuit prædixit: Israel Moabitis, Iudas Assyriis. Diuisum fuit quoque Christianorum imperium: mox inde nata dissidia generauere inter illos perniciose bella: tandem magnis detrimentis vtrinque susceptis, inuasere discordes atque fractos oppressere: alios Arabes, alios Scythæ, alios denique Turci. Acciditque merito, ut Christiani, quibus autore deo præcipue demandata est mutua inter se beneuolentia: quicquid ea contempta, gladios in se, id est in Christi viscera imple conuerterint: ab hostibus Christi cædantur, vincantur, captantur, occidantur, & in miserissima præmaturæ seruitute, sicut scriptum est. Per quem quis peccat, per hęc & torquetur. At vero qui pacē totius corporis ecclesiastici amat, fouentque: nec nō dissecta illius membra dissipataque in vnum redigere conantur, auxilium proculdubio diuinum facile promerentur, mutuisque virtutibus aucti factique mutuo complexu firmiores: ita inuicem se tutantur: ut non modo sint inimicis suis inuicti, sed sint eisdem & magno terrori, ut vel concordēs lacessere non audeant, aut si impetāt, facile repulsi cædant, vincant, fundantur, captant, occidantur ab ea, quæ ob mutua suorum membrorum consonantiam: nempe ecclesia, terribilis est, ut castrorum acies ordinata. Hęc vna dentque fuit semper vel maxima cura summorum pontificum: (qui tanto nomine sunt digni,) quoties ab ecclesia laboratū est, summa opum vniuersi, ut cuncti principes Christiani depositis similitudinibus, cum ecclesiastico ordine secumque conuenerent. Hi namque duo ecclesie catholice ordines, pontificatus, & regni, sunt illi duo, qui si inuicem concordent, quicquid a deo petierunt pie & instanter iuxta magnificam Christi pollicitationem, fiet eis. Quod si bellum insit proculdubio promptam sperant paratamque habebunt de aduersariis & heresarchis & tyrannis victoriam, siue corporalibus, siue spiritalibus armis certandum sit. Concedite, ait, quia ego vici mundum. Quo magis improbanda est illorum imprudentia, qui temere, vti nam non inuidiose Carolo principi omnium sapientissimo detrahere sunt ausi, ac si parum quid aut nihil egisset, quando ab hinc septem annis ab Hispania in Italiam profectus, ut summum Christi vicarium agnoscens pie salutaret, ac imperialis corona de more exornaretur. Nec intelligunt, quantum rei Christiane attulit emolumentum, Romanorum Imperatorem cum pontifice cōuenisse, ac subinde cunctos Italice procures absque vlla vel ambitionis vel auaritie nota inter se reconciliasse, ut communis consilio mutuisque auxiliis ageretur, quo potēter resisteretur non modo aduersariis nominis Christiani, sed eis etiā, qui sub Christi nomine militantes affe-

tes affe: tamen ab illo longē alieni inter Christianos dissidiū quærunt: & quod maximum inde sequitur detrimentum. Attende candidè lector: quantum boni in illa Caroli profectioe comparatum est. Ea enim concordia factum est, ut Francorum rex in officio perstaret, nec intra Christianum orbem tumultum faceret. In consensu est aduersus pontificem Anglorum rex quod summa auctoritate iubet illi iura matrimonii seruare intaminata, & quomuis a vicario Christi imple descuerit, & in catholicos ceperit seuire, iam enim Ioannem Koffensem virum cum sapientia, tum morū sanctitate clarum pietatis satagentē impius interemit; tamen non dū ausus erat concordia Christiana deterritus extra proprium regnum arma mouere. Quid aliud compulit Turcarum tyrannum ab Hungariæ finibus ante armorum congressum retrocedere: nisi quod vidit contra se imperii vires barbaroxa Carolo in vnum coactas. Tunc denique cum inter Christianos conuenit Barbaroxa fuit victus, quam ob rem cantemus domino gloriose, qui facit concordia in sublimibus suis dicentes: nō est similis tui &c. Magnificus in sanctitate. Præclare Augustinus, deus omnipotens est, cum sit omnipotens, mori non potest, falli non potest, mentiri non potest, & quod ait Apostolus se ipsum negare non potest, nam si mori posset, omnipotens non esset, si mentiri, si falli, si fallere, si inique agere, non esset omnipotens, quia si hoc in ipso esset, non esset dignus quod esset omnipotens: magnificus itaque est in sanctitate, qui cum omnia magnifice agat, nihil male agere potest. At vero tentauit olim esse magnificus ille qui est Rex super omnes filios superbiæ, sed quia non in sanctitate, ingenti ruina concidit, traxitque secum tertiam partem stellarum, quæ eadem cum illo calamitate plectuntur, ut qui fuerunt in crimine similes, licet impares: simili quamuis impari cruciatu torqueantur, voluit & Nemo d. robustus ille venator esse magnificus, turrim vasta mole struendo: sed non in sanctitate, quia tantum molebatur opus: ceu ipsi Deo bellum illaturus, vel certe repugnaturus. Sed tantam non tulit omnipotens impietatem immisissaque in adificantes linguarum confusione, veluti quodam discordiarum seminario (nam concillat inter se mortales eadem lingua) compulit impeditos, atque dissidentes a tantis inceptis cessare, atque inde discedere, ut dissociati locis, alias atque alias orbis partes incoherens, suisque colonis opplerent. Curauit & ille rex Aegypti, qui non cognoscebat Ioseph, edificandas magnifice ciuitates, sed nō in sanctitate: quia Hebræorum labore atque sudore, nec fuit hoc satis tyranno: illorum quoque filios inter nascendum primoque luminis haustu extinguendos oblecticibus demandauit, aut ab ortu superstitēs in fluitum protici iussit, nimis inhumane. Verum pro talibus ausis, & tam horrendo facinore meritis ille poenas dedit. Namque Deus ultionum dominus aduersus tyrannum libere egit, & magnifice cuncta Aegypti primogenita vna eademque nocte extinxit, & ipsum Pharaonem cum exercitu suo demersit in mare. Præsumpsit & Saul rex Israel agere magnifice, parcendo Agag Amalechitarum regi, at non sancte, quoniam ille dū magna auri argentique vi a capto sibi promissa, quem Deus occidit iusserat, nefarie seruauit: sed non impune, nam ob tantam inobedientiam reprobatus est Deo, vitæque priuatus, regno in altam familiam eidem maxime inuisam translato. Quid fiet in eos, qui iniuria occidunt proximum? si tam dure puniuntur, qui seruauit. Sed hæc hæc haec! Veniam ad Rodericum regem. Erat autem imprimis ille vir quidam dem probus, & idoneus, qui mortuo fratre ipsius Acofta Hispaniæ gubernandæ onus subiret, quo vsque nepotes adulescerent, ad quos regnum hereditario iure pertinebat, sed (ut sit) mores rebus cessere secundis. Rodericus enim elatus sublimi loco, violata iurandi religione, vi regnum occupat, non tam magnifice quam superbe, hæc prima malorū labes: hinc seducto pestilēs inter Gothorū primarios exorta, aliis tyranno, aliis regie proli fauentibus, pugnatumque est acerrime, magno

Augusti
L

Iob. 41.
Apo. 18.

Gen. 10.

Exo. 18.

Exod. 14.

1. Reg. 15.

Historiæ
gene.

Epinición.

utrinque illato susceptoque detrimento. Accessit & aliud malum, nempe impotēs tyranni libido, qua cecus & furens minime veritus est Chauam nobilem virginem Inuani comitis filiam viri tam fortis, quam potentis contra fas & iura constuprare. Vt improba venere (instar Troje,) Hispania periret, Namque puelle pater vehemēti dolore percitus, ratusque se viriliter acturum si tantam injuriam qualitercunque vlcisceretur, nec humanitatis meminit, nec pietatis, sed patris violatis legibus contemptaque religione, inaudita calliditate regnum prius armis expoliat, deinde Saracenis hostibus Christiano nomini infestissimis abusus vtramque Hispaniam deuastat, & malum quod in vnus tantum hominis flagitiosi caput erat intorquendum, in omnem partem impius vltor deuoluit. Verum, vt fertur, malum consiliū consultori pessimū. Nequiuit enim homo sceleratissimus diuinum effugere iudicium: nam Saracenus victor, vt solus rerum potiretur, cepit Iuliani caput petere, fugit hic ad radices Pyrence. Et cum illic intra munissimam arcem se contineret, turris eiusdem arcis in a genti ruina cum filio, quem secum habebat oppressus, animam egit infelicissimam. iam tunc flagitiosi illius filia decesserat, spinula pisciculi cuiusdā inter comedendū per carnem & vnguem penitus infixā, tantula reperit, tantorum causa malorū. Supererat ad huc alter Iuliano filius, qui diuinatoris cuiusdā consilio alta de turri Cęntæ protectus, nequando Saracenis esset infestus crudeliter extinctus est. Tandē Francina comes fecmina captandę vindictę pertinax, Cęntę capta, Cordubęque tracta artubus confixa interit, sic vindice deo proditoris Iuliani deleta tota progenies. **M** quantum calamitatis rebus humanis afferat impotēs vindictę exercēde appetitus, nec aduertunt furentes mortales, vt vel sic aliquatenus irā temperet, & furorē reprimit, plerumque accidere, vt qui pertinacius vlcisci pergit, in grauora incidat incommoda, quam sibiantea fuerant illata. Quid quod interdum honestus habetur & gloriosus, magno quodam & liberali animo iniuriam cōtemnere, quam vindicare, remittere quam exigere. Optime Eccl. stasticus inquit. Qui vindicari vult, a domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluent, homo homini referuat iram, & a deo querit medelam, in hominē similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur. Ipse cum caro sit, referuat iram & propitiationē petit a deo, quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorum, & desine inimicari. Hęc ille. Et proculdubio, sicut melius est struere, quam destruere, laudabilis seruare, quam perdere, ita longe magnificentius ignoscere quam vlcisci, postremo hoc inhumanū, illud diuinum. Offensi olim Iacobus & Ioannes q̄ Samaritę hospicio Christū non recepissent, cupierunt in illos tanquā tantę maiestatis aspernatores seuerius animaduertere: assensu tamen dñi prius expetito, dicendo. Dñe vis, dicimus, vt ignis descendat de celo & consumat illos? At clementissimus dominus, vt eorum zelum p̄m̄ quidem, sed non secundum scientiam reprimere conuersus increpauit eos & dixit. Nescitis cuius spiritus estis, filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Vere dominus magnificus in sanctitate, qui quos sanabiles nouit, occidere obnuis, vt curatos seruet, sic Ezechie regi sanctam morituro, quindecim annos addidit vite. Sic Manasse illum multa delicta committentem regno priuat, captiuum Babylonē seruat, vt tandem pœnitentem in regnum restituat. Sic & Rodericum illum sub quo Hispania perit, e medijs pugnantium telis eripit, vt tandem resipiscens, pro terreno, regnum sortiatur æternum. Vere, inquam, fortis dominus, magnificus in sanctitate. Dixerit quispiam. Qui conuenit ei, qui tam sit pius & clemens, quam magnificus & sanctus: in ducto diluio vniuersum terrarum orbem delere? Is tantę stragis diuinitus editę conuenientiam paucis accipiat. Condiçderat deus hanc mundum machinam magnifice quidem & sancte vniuersa quę ipsius ambitu continentur, suis formis constituens, suis proprietatibus distinguens, suis virtutibus perficiens, formauit

Epinición. Folio lxxvij.

manit subinde magnificentius sanctiusque hominem Dei imagne insignem: & iusticia tam humana, quam diuina præditum: quasi bene vteretur magna mercede, id est, summa felicitate donaretur. At infelix homo a tanta dignitate degenerans, prolapsus est in omnem nequitiam & iniquitatem: sicut scriptum est, Repleta est terra iniquitate. Omnis quippe caro corruerat vitam suam. Hęc autem grauissima scelera atque flagicia, vt Deus intercederet de mediōque tolleretur diluio terrarum orbem deiecit: seruatus omnino mortales: si voluissent ipsi se seruatis tanta mala penitus abolere: sed vitis adeo mordicus hærebant, vt maluerint cum illis mori, quam sine illis viuere. Constat itaq; deum peccatorum odio: non hominibus orbem terrarū obruisse, siquidem inter puniendū magnā clementiam præstitit paucis hominū seruatis, tanq̄ quodam fecundissimo seminario, ex quo humanū genus denouo feliciter instauraret, vel certe hoc noie q̄ Christus foret inde progignendus. Quid autem magnificentius ac sanctius, quam tyrannidem debellare, perdere scelera, flagicia abolere? Quid pietius? quid clementius quam præter meritum contigisse Deum hominem generis nostri reparatorem? & si liceat parua componere magnis, Laborabat item Hispania sub Roderico nefaria quadā scelerū, flagitiorūq; colluue peste Ariana, in toleranda Gothorū superbia. Libidine demum turpissima, visum est ei cui nihil placere potest iniquū, tā graua facinora Saracenorū gladius esse circumcidēda transfodien daq; vt tali cauterio nobili prouincia ad vitū purgata noua inde proles beatus succresceret, & veluti generosa vitis amputatis artibus & inutilibus sarmentis numerosos selectosque fructus suo liberatori afferret. Vnde exploratum sit deum nullatenus Christianismi odio, sed impietatis & insolentię atq; impuritatis execratione Hispanos Ismaelitarum furori puniēdos tradidisse siquidem emundatam deinceps tantis facinoribus prouinciam mirabilibus virtutis hostibus exelulis atque deletis ita Christianis restituit: eorumque ditto mi subegit: vt nemo sit in tam amplā populosaque regione, qui alterius q̄ Christianæ religionis titulo insignis agat vitam. In vtroq; itaque Christus Rex regum & dominus dominantium habendus est & prædicandus magnificus & sanctus, & cum peccatores in se damnat & punit, & cum resipiscētib; misericorditer ignoscit: & pœnitentes seruat. Iam referam & illud quod omnem ingenij humani captum superat, non poterat magnus ille dominus & laudabilis nimis cuius magnitudinis non est finis in se crescere, quo em̄ summus promoueretur: idcirco spōte sua deiecit tantā maiestatem ad infima nostra, vt qui non poterat in suis grandescere: in nostris descendendo quodā modo cresceret ageretq; per q̄ magnifice atq; per sancte. Quā elegāter, quamq; sapienter mirabile hanc atq; incōprehensibile Christi magnificentissimam sanctitatem Paulus Ap̄tus in ep̄la ad Philīp. describit dicens. Qui cū in forma dei esset non rapinā arbitratus est esse se equalem deo, sed exinaniuit semetipsum formā ferri accipiens in similitudinem hominū factus & habitū inuentus, vt homo, humiliatus semetipsum factus obedēs patri vsq; ad mortē: mortē autē crucis, propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur celestium terrestrium & infernorū, & ois lingua cōfiteatur q̄ dñs Iesus Christus in gloria est dei patris. Quidq; hac arte mirifica iustitia potius q̄ potētia humani generis hostē expugnauit, ne callidaretur callidissimus serpens se fuisse vt non iure spoliatū tyrannide, quā in hominem exercebat. Deinde Christus non solū sibi cōsiliū crucis exaltationē gloriamq; peperit, sed nobis quoq; tū sanctitatem, tum magnificentiam promeritū est. Necnō vtramq; a patre exorauit & ipse per se præstitit, sic em̄ apud Iohannē patrē precatur discipulorū fatigēs. Pater sancte, sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est: sicut tu misisti in mundum, videlicet, vt magnifice agerem, ita & ego misisti eos in mundum, nempe vt magnifice agant, sed quia reuera magnifici esse sequuntur non sancti, & pro eis ego me sanctifico,

Gene. 6.

Histori. gene. dist. 56. c. si gens.

Phli. 2.

Iohann. 7.

vt sint sancti in veritate, O homo appetis potentiam, proflere propriam infirmitatem, vt te reddat potentem: qui vt te magnū faceret, factus est ipse pusillus. Cōfessionem legitima cōfessione comparatam, vt respicienti tibi magnificus ille in sanctitate auferat culpam, remittat pœnam: donet gratiam, virtutem largiatur: denique reddat te sanctum & magnificum, quia scriptum est, Sanctitas & magnificentia in sanctificatione eius. Quamobrem diligenter ordo rerum seruandus est, cauendumque ne præpostere prius habere contēdas magnificentiam, quam sanctitatem, sicut in non cresces, verum decrescas, cades non resurges, deprimeris, non attolleris, sies denique paruus non magnificaberis, quod malum proculdubio semper accidit insolentibus, quales fuerunt ambitiosi illi, quorum ruinas calamitate plenas antea digessimus. Quisquis es magnanimus prius cum omni studio sanctitatem cole simpliciter, & subinde totis votis expete magnificentiam, Amplexere iustitiam & obtinebis virtutem, qua possis factus iudex dirumpere vincula iniquitatis. Crede diuinis scripturis, & mox vt fueris sanctus eris & magnificus, Quales fuere plurimi ante viri pietate simul & virtute præstantes, vt habeas quos sedulo imiteris. Ecce Patriarcha Abraham magnifice debellauit Assyrios reges victoria exultantes, prædāque tulit ab illis, idque trecentorum ac decem & octo vernarum satellicio tantum munitus. At prius mirabili fide & prompta in Deum obedientia fuerat sanctificatus. Magnifice quoque Moses magna illa signa & horrenda prodigia in Aegypto coram Pharaone edidit, sed prius sanctificatus fuerat cum grandis factus negauit se esse peccati habere iocunditatem, maiores diuitias æstimas thesauro Aegyptiorum impropertium Christi, aspiciebat enim remunerationem. Magnificus & Dauid rex, sed in sanctitate, nam vt habes, Regum, 16. tulit Samuel cornu olei: & vnxit Dauid in medio fratrum eius & directus est spiritus domini a die illa in Dauid. Quam inclyta fuerunt illa Machabeorum gesta, sed ante mirifico tuendæ religionis zelo iustificati: quam strenue & feliciter contra reges truculentos & gentes impias belligerent transiit ad principes Christianos, eos denique Hispanos, impietatis igitur infans Pelagius intra fiscellam inclusus, & in Tago flumine expositus non minori miraculo diuinitus est seruatus, quam olim in fluuio Nilo Moses. Disposuerat enim diuina prouidentia ita per Hispanum Hispanos, id est, Christianos, a Saracenorum sæua tyrannide eripere: sicut olim per Hebræum filios Israel ab Aegyptiorum graui seruitute liberauerat. Enimvero cum iam immota Dei sententia inextinguibile excidium Hispaniæ immineret, Pelagius monitis cuiusdam eremite expectatæ probitatis obtemperans, Hierosolymam petiit loca sancta inuisurus, vt tam longa peregrinatione sanctificatus: patriam (se absente) deletam liberaturus repeteret. Ad quam regressus protinus Hispanorum suffragis, qui inimicorum truculentiam experti, ad montana con fugerant. Rex creatur: magnoque animo indignantibus, & irruentibus in nouum regem Ismaelitis resistit, & ingenti illorum strage mirabiliter edita, Legionem urbem adeo alacriter recepit, vt bonā spem recuperandisus, inde Christianis intecirit. Accedat Pelagio proximus Fernāndus Gonsalus veteris Castellæ comes, qui sexcētis laboribus atque periculis magno animo & aditīs & exhaustis Castellanos suos tutatus est nō modico Miramolino potentissimo Arabū tyranno, sed etiā a vicinis regibus Cantabro & Legionensi, qui aduersus magnanimum comitē arma inuidiose mouebāt, ita pertinaci cōtentione quæ multis hinc inde illatis susceptisq; in cōmodis nō modo rem Christianā nō promouebāt, sed (heu nefas) promoturo comiti magno erāt impedimēto, itaque via rursus aperiebāt hostibus iterum inuadēdi Christianos, opprimendiq; discordes, Serutebant enim illi tam noxie regnādi libidini suo malo,

malo inmemores illius quæ prudentissime nos admonet apostolus. Cauete, ait, ne si in uisceribus mor detis, in uisceribus consumamini. Vides vt magnanimus comes mirifice protexerit Castellā ab aliis atque aliis aduersariis. Sed nō nisi insigni pietate prædatus. Insecrabitur ille quondā in montibus miræ magnitudinis aprū, at aper venatorē fugiēs ingressuque facellum quoddā, post altare sese abscondit, latentē inuenit comes, qui non modo pepercit apro, sed etiam a Christo uenit petiuit quod locū sacrum auius sit temere aggredi, in quem aper sese receperat, tanta erat in viro religionis cura. Deinde de summis votis & gemitibus Christum dominum, eiusdemq; parentē pietissimā comprecatus est vt tandem afflictis Christianorū sebus opem ferrent. Valere apud deū etiamque matrem pietatis preces, Mox. n. Christus Pelagio monacho viro pio eiusdemque sacelli cultori reuelauit exauditas fuisse comitis preces, præcepitque ei vt dei noie illum faceret certiore, affuturum ipsi contra fidei catholicæ aduersarios pugnantē semper auxilium celeste. Quid te commemorem heroum Christianorum fortissimi me Roderice Binar, cognomento Cid, neque enim gloria tua præconio nostro auereri potest, cui diuinitus collatum est, vt nunquam prelio fueris victus, quin potius prius. variis grauibuscque bellis per te vnum feliciter exactis, mirifice Christianorum flores per vtramque Hispaniam ab Agarenis occupatam longe lateq; protuleris. Et quis belligerantium potest conferri cum eo qui vita quoque sanctus Bucharem innumerabili exercitu instructum (mirabile dictu) parua militum manu apud urbē Valentiam cœsum fufumq; & ingenti clade affectum nauigio vitæ suæ consulere coegit, tanta fuit viuenti virtus, tam præsens numen, vt & mortuus fuerit hostibus terrori, & suis addiderit animos ad vincendum. Magna sunt hæc, & perpetuis hominum laudibus celebranda. Sed vnde illi tam prosper incredibilium victoriarum successus? Inde proculdubio quod vir erat obseruantissimus æqui, & pietissimus infirmæ plebis defensor, & maximus diuini numinis cultor: quæ omnia vel ex eo sunt euidentia, quod cum peteret Compostellam, sacras beati Iacobi apostoli domini nostri Iesu Christi reliquias pie salutaturus, diuum Lazarum sub imagine pauperis luto hærentem, prætereuntibus aliis, extulit, equoque suo inuestum in hospitium secum attulit, & perurbane curauit. At indiges Lazarus ante quam a Roderico discederet, tanquam tantæ pietatis sibi exhibitæ mercedem retribuens eum admonuit, vt cum hoste congressurus, quo certa ipsi semper esset victoria, numinis afflictum speraret. Habet quoque eiusmodi laudationum merita Ramirus rex qui flagitiosa atque petulca Saracenorum offensu exactione, qua flagitabant ab illo centum viri gines eorum libidini prostituendas, nullo responso Epicureis legatis reddito: correptis armis pio furore percitus, irruit in hostium fines, agros depopulans prædās agens, & oppida quatens. Quo comperto, Almanzor coacto nimè rofissimo exercitu, venit obutam Ramiro, enastique fere victor certamine primo: at Ramirus primis tenebris collem occupat, vt loco natura munito, sese per noctem contineret, suosque milites diurno prelio fatigatos tutaretur. Neque enim aliquatenus patebat ei effugium, ita Barbarus densa militum turba collem cinxerat. At tempus erat, vt tam ardentis pudicitie Christianæ propugnatori in tanto discrimine constituto, Christus virginitatis author suppetitas ferret. Continuo igitur e cœlo dimisit diuum Iacobum, qui se Regi Hispaniæ Præsidem declararet, & crastinæ pugne ducem polliceretur, vt de victoria esset certus, quam & rei probauit euentus. Postridie enim commissæ pugna, victus fugit Almanzor, desideratis tamen militum suorum sexaginta milibus. Tam vero dies narranti mihi desiceret, si vellem quamuis in summa, si illo comprehendere Alfonso, Sanctos, Fernandos, aliosque præclaros Hispaniarum Reges, qui sapientia & pietate non minus, quam virtute & arte militari admirabiles, gloriosos de incredulis atque infidelibus manifestissime illis,

Gala. 58
Hist. ge
& pro
pria.

Hist. gna

Aspirante deo triumphos reportauere. Et merito: nā nulli labori aut discrimini par
 eebant viri illi præstantissimi: modo Indies etiam atq; etiā ditionem Christianā am-
 pliarent, & Arabicam angustiore redigerent, donec v̄tum est ad clarissimos prin-
 cipes, Ferdinādū, et Elisabeth regem atq; reginam vere catholicos, sub quibus sub-
 iugatis Illiberitantis populis, exclusisque impuris Saracenis, ac perfidiosis Iudæis,
 atque pertinacibus hæreticis Hispania est depurgata: & ad antiquum, i. legitimum
 Christianissimum reuocata felicissime. Enimvero Carolus noster aut atausque po-
 tens, qui nunc magno totius orbis Christiani emolumentorum gubernacula pos-
 sidet. Auxit abunde maiorum suorum gloriam, tum Regum, tum Imperatorum,
 tam morum sanctitate, quam animi magnitudine clarus. Quippe qui edoctus a te-
 neris catholicam fidem moribusq; Christianismo apprime germanis imbutus, cū
 atatum accessione semper seipso maior & melior effectus vnus est, cui præcipue sit
 curæ Christianam rem publicam tueri, florentioremque reddere. Extat enim in vi-
 ro ecclesiastici capituli, id est, Christi vicariū agnitio piētissima. Nec non verus qui-
 dam & intus in reliqua ecclesiastici corporis mēbra amor quo affectus vehemen-
 ter talem cupit se gerere: vniq; prestare principem qui nulli noceat, pro sit omnia
 bus. At dicit. Inuasit Borboneus urbem, sed in scio Carolo, direpta est furentē milite,
 sed doluit Carolus: inuisus tenebatur summus Pontifex, verum tantum sacrile-
 gium detestatus est Carolus: siquidem quanta potuit celeritate consuluit vrbī, exclu-
 so inde exercitū: nec non Pontifici, quantum contrarias tunc temporis partes fo-
 uenti libertatem, honorem, & intactam dignitatem restituendam diligenter curauit,
 & amplissimā dā. Dicit item magnæ sanctitati Dauid, quod Regem Saul persequen-
 tem se capitali odio, cum posset non occiderit. Recte id quidem, sed quid mirius in
 hac parte sanctitatis habet Carolus, siquidem Francorum Regem, quem ingenti
 prælio victum, captum vincitūque tenebat liberum abire permisit. Et vt nullum
 deesse Christianæ charitatis officium, Leonoram sororem suam, femina pudicē
 tu, modestā, prudentē, ceterisque id genus virtutum dotibus ornatissimā eidem
 coniugio copulauit, vbiq; veritate amicitiam, fide societatem, pietate propinquita-
 tem colens, ita denique communis tranquillitati pacisq; studens, vt vel inde facile ve-
 rus Christi discipulus ignoscatur. Nunquam enim in Christianos arma mouet, nisi
 laeessius inuitusq; nec tunc quidem vt proximis fraudē faciat, aut damnum infe-
 rat: sed vt iure suo vtrunq; vitet, atq; a se suisque propellat. Demum vnde sanctus, in
 de magnificū Christi signis sub lato crucis vexillo transmissio mari, Hispano præ-
 cipue milite Colettam expugnat, qua captā caelo fugatoq; inde Turcarum prælidio,
 paucissimis diebus transactis exercitū optime instructo, Tunetum contēdit. Fit ob-
 nitus hostis tentaturus, si qua posset cohortes imperatorias interrumpere, sed primo
 aggressu fortiter a Christianis repulsus & in fugam versus urbem repetit, expolia
 tanq; rebus & armis deserit, desertaq; nullo fere negotio Cæsar potuit. Sed vnde
 Carolo tam appropinquata, incurrentaq; victoria inde profecto quod aspirabat Carolo
 ad mortem vsque sibi deuoto Deus ille magnus, potens, fortis & magnificus, in san-
 ctitate. Nec mirum tam propitium Cæsari numen affuisse. Accedebat enim magna
 nūmi ducts meritis ardens quædam & sollicita & pia totius populi christiani deuotio,
 qui se affiduis instantis maceratis, cōtinuis precatibus instans, largis elemosynis
 intentus, priora errata damnanis, cōtinuis precatibus instans, largis elemosynis
 de & reuerentia sacram Eucharistiam delibans, præsentiore lætoremq; de infidelibus
 vitoriam promeruerit ab eo qui est magnificus in sanctitate, ac perinde maxima-
 me terribilis. Quid enim terribile nisi quod timorem incutit: Est autem timor im-
 mēntis mali fuga, & qui iam renisus. At Deus est qui maxime potest bona au-
 ferre & mala inferre: & contrario, inferre bona, & auferre mala. Deus ergo maxime
 terribilis, Et quid terribilius eo: coram quo columna cœli contemiscunt: & quo ve-
 niente

1. Re. 24.

Iob. 26.

ntende ad iudicandum genus humanum virtutes cœli commouebuntur, ardentissimæ Luc. 21.
 bus hominibus præ timore & expectatione eorum quæ superuenient vniuerso orbi. Gen. 3.
 Nonne maxime terribilis: qui auferit spiritum principum, Aboluit diluuit gigante Gen. 38.
 tes, Her. & Onam Iudæ filios, at scelestos repente percussos interfecit. Obruit Pharaonem
 & principes eius mari. Absumpsit igne sulphureo cœlitus missio flagitiosos Gen. 19.
 Penthapolitas. Impresit Chora filios, Dathan & Abiron cum reliquis eorum confu Num. 16.
 ratoribus, repente aperto ore absorbit terra, et viuētes ad inferos transfussit. Inter
 pti sunt subito a domino, Nadab & Abiu filii Aaron, eo quod offerrent ignem alie Leui. 10.
 num. Sustulit & manu feminea Saram, Abimelech & Olophernem. Antiochum Ind. 4. c. 9.
 putida totius corporis tabe, Herodem Regem, Eugartum Hispaniæ regem labe Ar. Ind. mac.
 riana infestum, & Arnulphum imperatorem insignem Ecclesiastici ordinis persecut. 2. c. 9.
 torem, eodem cruciatu, id est, vermicibus eorum viscera corrodentibus confecit. Act. 12.
 Aphrorum regem Cossentiam oppugnantem, Maguedumq; a Christo refugam Hist. gen.
 fulminibus extinxit. Muçam atque Tarisphum Hispaniarum eueriores, alterum anī Platina.
 mī tristitia confectum, alterum ab equo distractum ad inferos deiecit. Legamus Ec. Hist. rod.
 clesiasticas historias, Quid Valerianus? quid Decius? quid Diocletianus? Quid Hist. rod.
 Maximianus? Quid omniau scissimus Maximinus, & Iulianus passi sunt: Quid
 reliqui Ecclesiæ persecutores, & inueniemus plerosque illorum, vt taceamus de futu-
 ris cruciatibus, graues in hoc etiam seculo pœnas dedisse, mortemque haud vulga-
 rem fuisse perpessos: sed cunctos percurrere longum, quorum spiritus immatura
 morte preuentus sustulerit omnipotens, qui est quoque terribilis super omnes reges
 terre. Hoc terrore correptus ac distractus ceu inde sese explicare nequit, rex ille om-
 nium sapientissimus, inquit, Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egre Ecclesi. 12.
 diens a facie principis, positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deor-
 sum. Vidi seruos in equis, & principes ambulare quasi seruos super terram. Iam si
 militatore concussus Salomonis pater rex ipse Dauid, & summi propheta tonantis,
 conclamauerat ad mortales tantorum terribilium inconsideratos, dicens, Venite &
 videte opera domini, scilicet vt intelligatis, quam sit terribilis in consiliis super filios Psal. 65.
 hominum. Quam plenum illud terrore! ille Hebræorum populus tam antiquus, deo
 tantum dilectus, tot beneficiis auctus postergatur, & alter qui non erat dei populus,
 suscepta euangelii gratia præfertur, eidemq; abdicato, tantarum promissionum hæ-
 res substituitur. Et vt in vniuersum digeramur, quam sit terribilis deus in consiliis
 suis super filios hominum, quam terret humanas mētes quod cunctis mortalibus ex
 eodem genere prognatis alius eligitur deo, alius negligitur. Alius probatur, alius re-
 probatur, alius damnatur, alius seruatur: & vt est apud Matthæū. Duo erunt in agro Matt. 24.
 & vnus assumetur, & alius relinquetur. Duæ molentes, vna assumetur, & altera relin-
 quetur. Duo in lecto, vnus assumetur, & alter relinquetur. Interim impius piū,
 nocet infustus iusto, & equum iniquus affligit: durescit peccator & abundat variatū
 copia rerum, dei vero cultor indiget interdum etiam pane cibario, infidelis domina-
 tur, & seruit ei fidelis. Denique potitur rerum immittis, & est illi obnoxius mitis. Sed
 iam in de hæc eadem in contrarium versa, impius opprimitur: extat pius, protegitur
 innocens & sanctus eripitur: vincitur improbus, vincit probus, regnatq;
 & deuotio infidelis, fidelis dominatur. Ad hæc cadit a dei gratia iustus, assurgit ad il-
 lam infustus: friget charitatis studio innocens, ardet eodem poenitens, languet bonus
 viget malus, postremo prauus agit prospere, rectus infelicitate: tam diuersi mores mo-
 do contraria, modo eadem sorte feruntur. Quis non turbetur, terreatur & obstupe-
 scat, dispecta tam varia meritorum premiorumq; inæquali equalitate? Enimvero tā
 imparibus & indiscrētis rerum humanarum cursibus turbentur, terreatur, obstupe-
 scant gentiles & carnales, Iudæi & impuri Saraceni. quibus humana felicitas bo-
 norum temporalium sine clauditur. Sed non debent turbari Christiani, quibus

Ioan. 14. celestia regnabitur: ad quos Seruator inquit. Non turbetur cor vestrum, neque formidet, cum fruamini me vera salutis authore, quod si plurimi facitis quod in deum creditis, & in me credite: nam & deus ego, conceptaque certissima futurorum bonorum fiducia bono animo estote. Neque si qui ex vobis stultis atque aliis inferioribus sanctitate, ab oblata spe cadant, quoniam in domo patris mei mansiones multe sunt, videlicet vt paribus pares, ita imparibus impares. Terrore non debent Christiani, qui certo norunt haec absque vlla ignorantia & errore geri a sapientissimo, necnon aequissimo rerum gerendarum principe, licet inscitiae ac imbecillitati humanae plersque eorum absurda, & rationi dissona videantur: sunt tamen vniuersa pulchro ordine disposita, & verè rationi valde consona. Neque quæ rerentur ista mortales, si essent illis oculi quibus tanta varietatis dispesatio pulcherrima videretur. Idcirco namque eiusmodi dei opera nobis terribilia iudicia Domini dicuntur, quia nec iniuste, nec temere, neque fortuito fiunt, sed iuste, prudenter, & ex proposito ipsius geruntur. Obsuescere non debent Christiani, quantumuis grauibus diuexentur calamitatibus, quibus compertum est, tantè curæ fuisse Patri celesti hominem, vt pro eo liberando seruandoque filium suum dilectissimū morti traderit abiectionem: quos quidē Christianos & dux ipse Christianæ militiæ magnifico sermone animat, & mirabili patientiæ exemplo firmat talibus cum eis agens. Dico autem vobis amicis meis. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hoc non habent amplius quid faciant: timeate eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam: ita dico vobis, hunc timeate. Vis itaque o homo minime terrere sauentibus vndique huius mundi tyrannus, nec timere tibi a diabolo aduersario semper vigili, semper infesto, sit terror dñi dei tui semper in auribus tuis, hæreat timor illius infixus pectori tuo: sicut enim clauus clauo excluditur, ita timor timore propellitur, protudit humanū diuinus timor, quoniam diuinum potentius est humano, si quis nouerit vti. Quare audendus est & Esaias: Timorem, ait, eorum ne timeatis, nec pauentis dominum exercituum, ipsum sanctificate ipse sit terror vester, & erit vobis in sanctificationem. Quæras qualiter terrore dominus sanctificat nos: hoc nempe modo, Peccatorem dominus terret vt timeat, contristat, vt respiciat, affligit vt penitentem recipiat, recipit vt soletur, & ad speranda portora fide insinuat, fiducia erigat, charitate promoueat. His autem virtutibus Christiana sanctitas cõstat. Terret itaque fideles suos Christus, vt reddat sollicitos, ne ocio torpeant, exercet aduersis, ne prosperis lasciuant, ne diuturna voluptatum consuetudine callum contrahant, & indurati vitis, fiant deo rebelles omnino. Rursus & eosdem melioribus afficit, optatis allicit, ne desperent, manifestis suæ in eos dilectionis argumentis fouet, ne mœnore tabescant. Exonerat aduersitatum mole, ne graui malorum fasce pressi succumbant. Vltimo, reddit securos & tutos, vt malorum terrore sublato, amplius non tam sua quam ea quæ sunt Christi, exequantur. Terruerat Christianos audita illa ingenti belli expeditione, qua Turcarum tyrannus imperii Christiani fines pulsabat, sed exoratus piorum precibus, repulsa per Carolum tam immani bestia, tutiores nos reddidit & securos. Affixerat diuitus, prædone illo Barbaroxa turbante maria, & de maritimis locis prædas agente Christianis calamitofas. Erexit nuper insigni victoria, qua Carolus illi classe fere expoliavit, & Tuneto expulsi, oppressurū penitus dein ceptis, aspirante Christo Iesu, qui est proculdubio terribilis in consiliis suis super filios hominum. Nempe terribilis, qui (vt diximus) affert mortalibus modo aduersa, modo prospera hæc expetenda, illa timenda, alia amplectenda, alia vitanda, alia ambigua, incerta & occulta, alia certa, firma, & manifesta: qui sic deniq; temperat omnia famulis suis, vt læta tristibus misceat, quo possint sustinere, & rursum tristitatis ne insoleant, vtq; vicissim pro tristibus amoliedis dñm deprecet, et p lætis adeptis agat eisdem

eisdem gratias, ac perinde in vtrisque semper ab illo pendeant, hæc enim mortalibus sola felicitas a perenni semperque profiuo omnium bonorum fonte pendere. Et tamen sic pendeant: vt eundem continua laude confiteantur, magnum, potentem, fortè terribilem, atq; laudabilem. Quis enim alius laude dignus & gloria nisi is, cuius sunt pia opera, recta, bona, pulchra, decora, clara, nitida, fulgore plena, & vniuerso mundo commoda: Opera enim dei perfecta sunt. Quare collaudantes dominū cantemus gloriose dicentes. Magnus dominus & laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos. Et illud cõfitebor tibi domine, quoniam terribiliter magnificatus es. Et anima mea cognosceat nimis. Nimis hic pro valde positum est, nulla enim de deo cognitio potest esse nimia, si quidem quo est maior, tanto melior, sed ea dicitur de deo nimia cognitio quem illi debita explere. Quis enim fando, diuinā maiestatem assequatur: quis potestiam aestimet? quis sapientiam explicet? quis innumera eius opera enarrare valebit? quis cuncta ipsius miracula expediet? quorum, nec lucida celi sidera, nec bibula numeris æquantur arenæ. Quod & ecclesiasticus prudenter consideras ita nos admonet dominum laudare: vt tamen nunquam satis illum laudasse putemus. Porro gratum lectori futurum arbitror, si verba illius quæuis pluscula, his apposuero. Multa, inquit, de domino dicimus & defecimus in verbis, consummatio autem sermonum ipse est, in omnibus gloriantes ad quid valebimus? Ipse enim omnipotens super omnia opera sua. Terribilis dominus & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipsius, glorificans dominum, quantumcunq; potueritis superualebit adhuc & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes, dominū: exaltate illum quantum potestis, maior est enim omni laude, exaltantes illum replemini virtute. Ne laboretis, non enim cõprehendestis. Quis videbit eum & enarrabit? & quis magnificauit eum sicuti est ab initio? Multa abscondita sunt maiora his: pauca enim vidimus operum eius, omnia autem deus fecit, & pte agentibus dedit sapientiā. Et quæ est alia vera pietas, veraq; sapientia: quæ posse deum rerum omnium parentem, necnon filium eius summo omnium miraculo, hominem liberando homini factum & ex tam miris operibus eius cõferre, necnō colligere, quam sit ille admirandus atque colendus qui facit mirabilia magna solus. Veruntamen quia non est hominis: nec presentis instituti stilo cõprehendere vniuersa mirabilia, quæ deus ab æuo condito ad hunc vsq; diem patrauit. Pauca ex multis perstringam, quæ magis ad rem presentem pertinent. Ceterum talium mirabilium quædam sunt quæ numinis presentiam manifeste præ se ferunt, alia quæ eandem adesse occultius insinuant. Porro manifestum fuit miraculum, mare rubrum in geminum latus diuisum, prebuisse filijs israel pedestrem per se transitum. Eodemq; exemplo in se reuoluto Aegyptios fuisse summersos. Manifestum & illud sub rege Pelagio, motem præruptum repente prolapsum Saracenos ruina sua tractos fluuio, cui nomen Deua, sic summersisse, vt nullus illorum inde emerferit. Quam aperto miraculo olim angelus domini assistit Iosue asserens se esse exercitus israelitici ducem: sed nõ obscuro diuus iacobus apud Aluellam Celtiberiæ oppidum, aperuit Ramiro regi esse se Hispanicæ præsidem. Euidens & illud: quod arca domini septem diebus circūacta vrbis Hierico, vltimo ad clamorem virorum clangoremq; tubarū murit eius subito cõstrati sunt, vt filijs israel peritus esset ad ciuitatem aditus. Nec minus illud q; apud nanas Tholosanas rupes quædam altissima innumeram barbarorum multitudinem quæ cedenie milite christiano ad ipsam confugerat, ex improviso ruens penitus contriuit. Quod manifestius mirabile: quam quod insectis cœlestis fulminibus, inimicos filiorum israel deus confecit. Misit (inquit) sagittas suas & dissipauit eos, & quo minus manifestum: illud q; sub Theodosio imperatore semel, & sub Pelagio iterū hostium tela in christianos coniecta veluti venti flamine retorta diuino quoddam nutu iacentes vulnerabant necabantq; vt iam quod in Theodosii laudem Claudianus eleganter cecit

Claudia nerat cōgruat & Pelagio. O ntmū dilecte deo, cui militat aeter, & confutati veniunt
4. Reg. 4 ad classica venti, formidabat item puer Heliset cōspecto magno Syrorum exercitu,
Hist. gen. sed ad prophetæ precationem aperuit deus trepidantis oculos: & vidit longe maio-
 rem angelorum aciē per aera vagantem Israelitis opitulaturam, mirum hoc & cla-
 rum, sed non minus mirum minusue clarum: quod *subtiliam*. Pugnaturus comes
 Fernandus Gonfalus cum Miramamolino, accepit oraculo diuino, diduo concerta-
 turos, sed neutram in partem inclinante victoria: tertio tādē die Saracenos procul-
 dubio esse vincendos idque Christo aperte Christianis coelitus opulante, pugna-
 tum est utrinque vno atque altero die. Die tertio laborantem Christianorum aciem
 aspiciens comes precatus est Christum, vt presentissimo auxilio promissa firmaret.
1. Reg. 23 Et illico voce ad eum delapsa, vt oculos in caelum attolleret, subtulit, viditque
 circumquaque numerosissimos milites candidis equis inuestos, & fulgentibus ara-
 mis conspicuos, irruentes in hostes eosque cadentes, & terga dare cogentes,
 quousque Christianus omnino victor euasit. Sed satis hactenus de manifestis
 miraculis: transeo ad occultiora. Obsidebatur David a rege Saul in petra Achis
 le, totum collem militum cingente corona: nec erat qua David obsidentis
 manus euaderet: instigauit Deus occulte Palestinos: vt Iudæam inuaderent,
 quibus eam vastantibus compulsus est Saul, relicto David prodire illis obuiam,
 interim elapsus est David. Est & huic simile quod subscribam. Implicuit
 Deus Turcarum tyrannum bello Persico, vt interea Carolus posset Barbaro-
2. Re. 16 xam illius focum tutius aggredi, & facilius auxilio desertum premere. Item occul-
 to Dei iustitiam euenit, vt impius Absalon Architophelis consilium de persequen-
 do prope patrem fugientem, non admitteret: vt interim David in tutis-
 ra loca receptus haberet copiam iustum exercitum colligendi, quo furenti patri-
 cida repugnaret. Et tacito Dei consilio factum est, vt Barbaroxa veluti con-
 silii expers maiorem suae classis partem intra Cholletæ portum incluserit: vt
 nullum ex centum inde nauigium circumstantem Caroli classem euadere pos-
 set. Iam vero quod tam numerofo, equitum pedumque exercitu prædo in-
 structus vix aggredi ausus est Christianam aciem, quantum ad numerum mi-
 litum spectat, multo inferiorem, quod primo congressu repulsus non solum
 campo cesserit, sed etiam vrbe, quod non intellexerit hostis quantum calidif-
 simus, quanta aquarum altarumque rerum penuria nostri laborarent. Nec sen-
 sit vrbs obsidionem non posse, deficiente comite in multum tempus
 product, quod cum pararet cunctos Christianos qui tenebantur captiui imma-
 ni crudelitate interficere: alio diuersus quod magis vrgebat, intactos fugiens
 reliquit. Quod denique tam arx, quam vrbs, multis hostium, nostrorum
 punctis desideratis captæ sunt, omnia hæc occultis ac quodam modo pellucētis
 tibus, sciant miraculis. Denique si quis diligenter conferat, mirabilia illa,
 quæ Deus fecit in locandis Israelitis in Palestina: & quæ iam ediderit in res-
 tuenda Christianis Hispania, proculdubio intelliget non minus mirificum fuisse
 Christum erga Christianos, quam fuerat in Israelitas: cum alioqui illis re-
 gnum terrestre aperte sit a Deo promissum, nobis autem celeste. Ex quo fit qd
 & si Iudæi habuissent aut plures, aut mirabiliores de inimicis corporalibus victo-
 rias quam Christiani sunt tamen nobis longe inferiores, quia illi regnū temporale præ-
 cipue appetebant, nos vero spirituale expetimus, siue ergo nos cadamus coram ho-
 stibus, siue stemus, siue vincamur, siue viuamus, siue moriamur, felicit-
 ter nobiscum agitur, qui ideo maxime vel sedemus, vel pugnamus, vt ad deum recta
 cōtendentes temporalū honorum cōtemptu æterna cōsequamur. Enimvero in vtraq;
 pugna tam corporali, q̄ spirituali, vt ait Paulus, si deus pro nobis, quis contra nos?
Rom. 8. qui etiam proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quo
 modo non

modo non etiam cum illo omnia nobis donauit? quis accusabit aduersus electos
 dei: Deus qui iustificat: quis est qui cōdemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imo
 qui & resurrexit: quis est ad dexteram dei: qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo
 separabit nos a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fa-
 mes, an nuditas, an periculum, an gladius sicut scriptum est: quia propter te mortifi-
 camur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis, sed in omnibus supereminimus
 propter eum qui dilexit nos, idque ostendit tam aperte quam occulte faciens mira-
 bilia, quamobrem ne in tantum benefactorem ingrati videamur, et in cuius manu est
 victoria belli, gratias ingentes indefinenter agamus, tam prosperum belli successum
 in eius bonitatem precipue referamus, cuius signo muniti de hoste triumphamus.
 Neque tam Hispanorum, aliorumque christianorum militum virtutem iactemus,
 quam celestem spirituum auxilium, neque tantum merita humana proferamus,
 quāum diuinam erga nos clementiam extollamus, totam denique hanc gloriam tri-
 buamus Domino exercituum, quoniam ipse est rex gloriæ, nempe Christus. Qui
 vt quidam pte canit, sensus & corda dedit, cui conuenit vniuersam seruare suam,
 Cui iure perenni arcibus ætheris vna est cum patre potestas, par splendor, commu-
 nis apex, sociale cacumen, equus honor, virtus eadem, sine tempore regnum, semper
 principium sceptrum iuge gloria confors, maiestas similis. Omnis itaque cura nos-
 tra eo incumbat, vt vel innocentie, vel certe poenitentie gratiam in tam commo-
 dum redemptorem perpetuam feruemus, vt vigilantissime tanti Domini cauamus
 offensam, ne denuo peccantes recidamus in iram tanto grauius condemnandi quod
 ad impietatis culpam, ingrati tudinis malum accesserit, vt denique summis virtutibus
 annitatur illum semper habere propitium, alludentem nobis, aduersaris infestum.
 Perstemus itaque in precationibus, sciuntis, & eleemosinis, quibus studitis promere-
 mur, vt qui cepit ipse perficiat, & qui nuper fregit Christiani nominis hostem, pro-
 tinus eundem conterat omnino. O vtinam tantum valeat hac tempestate apud
 patrem illum omnipotentem pietas christiana, vt quemadmodum satis superque com-
 pleta sunt ea, quæ Methodius martyr prædixerat de ingenti calamitate christianis a
 Saracenis duce Mahumeto inferenda, ita & diebus nostris expleatur illud sane clemen-
 tibus, & cultoribus Christi optatus, quod idem martyr eodem prophetæ spiritu præ-
 monuit, futuram olim quendam christianorum principem, qui Saracenorum po-
 tentiam adeo frangat & conterat, vt nunquam amplius caput erigant. O prabile
 nobis plurimum vt sit Carolus noster vir ille tanta pietate insignis tantisque viribus
 potens, qui votis priorum annuente deo impios Agarenos inimicos crucis Christi,
 & nobis permolestos & vniuerso hominum generi pestilentissimos penitus oppri-
 mat, quique vt illorum reliquias ab Hispano orbe procul exclusit, ita & a mundano
 penitus profliget. At qui posset aliquatenus alere hoc nostrum desiderium si non sa-
 tum, certe tyram, quod Abdias propheta capite primo insinuat regem illum Mahu-
 meticæ tyrannidis euerforem futurum Hispanum, astenim. Et transmigratione Hie-
 rusalem quæ est in Cephared possidebit ciuitates Austris. Nempe Cephared, pro quo
 latinus interpret posuit Bosphoro, Eruditis Hebræorum est Hispania. Transmigra-
 tio autem Hierosolymitana in Hispania quæ alia intelligenda est quam christiana
 ecclesia apud hanc regionem per beatum Iacobum, eiusque comites catholica fide in-
 situta: Denique Africa Hispaniæ obiecta est ad austrum. Eritque sensus huius lo-
 ci prophetici, quod christiani qui sunt in Hispania possidebunt ciuitates, quæ faciunt
 ad austrum in regionibus Africae Lybiæ atque Arabiæ. Augetur & nobis hæc tan-
 ta spes quod Carolus ab euerfa Hispania primus regum Hispaniorum victoriam
 Christi signa per seipsum in Africam transulit, idque felici optatæ victoriæ euen-
 tu, tanquam quodam futurarum delibamento victoriarum. Quare perge tandem
 inclyte Imperator, perge, qua te deus vocat, surge in matutino, & interfice omnes
 Seditius. Z

Gullerus
li. de legi.

Abdi:

Epinición

peccatores terræ, vel cœtæ vrge, preme, atq; cœci de vniuersos scelerū patratores flagi-
tiorūq; hortatores. Quatenus exclusis ab orbe mundano impijs, liceat pijs viuere
Christo suo vitam quietam, piā, iustam, probam sanctam, denique vndiq; cuncta
rum virtutum numeris absolutam. Deus capta secundet, Namque po-
test, idipsum nobis expectantibus facile prestare Rex ipse re-
gum, & dominus dominantium, magnus po-
tens, cui non est in fortibus similis,
Magnificus in sanctitate terribi-
lis laudabilis faciens
mirabilia.

Τελος.

Eulogicon.

fo. xcij.

Libri quinti capita. Caput primum.

- D**E sacra Trinitate. fo. xcij.
Caput. ij. De tribus statibus nature, fidei, & gloriæ. fo. xciv.
Caput. iij. De fide diuinis oraculis prorsus adhibenda. fo. xcvi.
Caput. iiii. In errorem eorum qui neglecta sanctorum scripturarumlectione sensum
propriū sequuntur, nouasq; reuelationes requirunt. fo. xcviij.
Caput. v. De ceremoniarū sanctitate quæ vel dei, vel eccl̄iæ autoritate cōstat. fo. xcviij.
Caput. vi. De multiplici significantia huius verbi, benedicere. fo. c.
Caput. vii. De prima benedictione per quam fit, vt de plenitudine Christi effundantur
in nos præcipua vitæ spiritualis elementa. ibidem.
Caput. viij. De secunda benedictione. De expetenda adeo bonorum spiritualium cus-
todia. fo. c. j.
Caput. ix. De circumspecta a nobis prestanda sollicitudine nequid committamus ini-
quum quo spiritalibus bonis priuemur. fo. c. iij.
Caput. x. De studio spiritus & profectu ad custodiam iustitiæ semel habitæ requisito.
Folio. c. vj.
Caput. xj. Quod Christus est ea lux matutina quæ in Apocalypsi victoribus promit-
titur. fo. c. vij.
Caput. xij. Quod beneficio lucis cuncta constant, viuuntq; vel natura vel spiritu. ibidē.
Caput. xij. Quod certo illuminationum ordine peruenitur ad consummatam glo-
riam non vitæque natura, sed Christi gratia. fo. c. viij.
Caput. xiiij. Quod inter omnia corpora lux commodius ac plenus spiritalia repre-
sentat. ibidem.
Caput. xv. Quod lux spūalis reddit pios omnifariā illustres ac splendidos. ibidem.
Caput. xvj. Quod luce manifestante agnoscitur natura rerum, conditio mundi atq;
decursus. fo. c. ix.
Caput. xvij. Quod facie dei illucēte deteguntur regni cœlorum mysteria, morum
discrimina, & varia proborum ac improborum præmia. fo. c. x.
Caput. xvij. Quod quanto quis ampliori rerum diuinarum scientia præditus fuerit,
tanto acrius punietur, nisi operetur quæ præcipiuntur. fo. c. xj.
Caput. xix. Quod lux spiritalis quoscunq; illuminat, honesti inflammat amo-
re. ibidem.
Caput. xx. Quod luce diuina incensus studet prestare opera illius digna. fo. c. xij.
Caput. xxj. Quod lux spiritalis recte factis in nobis alitur, susinetur, & augetur.
Folio. c. xiiij.
Caput. xxij. Quod miseria humana circa quā misericordia diuina versatur, non tam
mortalis vitæ calamitatibus, quam prauis moribus consistat. ibidem.
Caput. xxij. Quod prima peccantis pœna est, quod sentit doletque se culpa sua a rati-
onis fastigio delapsam abire in brutum. fo. c. xiiij.
Caput. xxiiij. Quod impio auertenti a deo non licet quin sit ipsi imputandum & dā-
norum maximam. ibidem.
Caput. xxv. Quam sit stultum conuerſi hominem toto pectore ad ea bona, quæ vel
caro, vel hęc mundus sui amatoribus pollicetur. fo. c. xv.
Caput. xxvj. Quam impium sit posthabito deo demonibus inscruire. fo. c. xvj.
Caput. xxvij. Quod valde grandis peccatori est calamitas offendisse deum. ibidem.
Caput. xxvij. Quod extrema est offendēti deum infelicitas donis cœlestibus de-
nudari. fo. c. xvij.
M. iij

- Caput. xxix. De lugubri peccatoris resipiscētia, qua tandem ad patrem misericordiarum regreditur, deque magnificētissima parentis in filium pietate, ibidem.
- Caput. xxx. Quod deus propētor est ad ignoscendum, quā ad puniendum, & quod misericordia iustitiam eius semper præcedit, comitatur ac sequitur, ibidem.
- Caput. xxxi. Quod & si per necessarium sit homini misericordiae diuinæ subsidium haud temere expectabat Dauid rex viuificari modo in iusticia, modo eripi iudicio, fo. cxviii.
- Caput. xxxii. Quod præsentior est diuina clemētia Christianis, quā fuerit antiquioribus, & si nunc quoq; nullus coram deo sit per se innocens, fo. cxix.
- Caput. xxxiii. Quod multiplex dei in peccatores furor non in sano, sed salubri Christi si furore reprimitur, & restituitur poenitentibus pristina bonorum spiritualium copia, ibidem.
- Caput. xxxiiii. Quod qui firmam cum deo inire pacem, modo sibi consent, plena tandem iustitia potiuntur, fo. cxx.
- Caput. xxxv. Quod pax perfecta, id est consummata omnium bonorum cum iucunda quiete possessio, vltima patris benedictionis in beatifico, & hominum, & angelorum pane tantum obtinetur, fo. cxxi.
- Caput. xxxvi. Quod septem benedictionibus legalibus respōdent septem petitiones orationis dominicæ, sicut & his septem dona spiritus sancti, totidemq; Euangelicæ beatitudines, ibidem.
- Caput. xxxvii. De locupletissima felicitate, quam demum consequuntur diuini benedictionibus donati, eisdemq; bene vti, fo. cxxiii.

HONCALAE

SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS prælocutio in Eulogicon.



Mter multa mādata que abo

si legislatori summus rerum pater dedit pro institueno populo suo; vel illud magna in se continet sacramenta quo modum sacerdotibus præscripsit, quem Israelitis benedicens seruiarent. Sic enim in sexto numerorum capite legimus. Locutus est dominus ad Moysen, dicens. Loquere Aaron & filiis eius. Sic benedicetis filiis Israel & dicitis eis. Benedicat tibi dominus & custodiat te. Ostendat dominus faciem suam tibi & miseretur tui. Conuertat dominus vultum suum ad te & det tibi pacem. Inuocabuntque nomen meum super filios Israel & ego benedicam eis. Quocirca prius nobis de interpretationis dicendum varietate, deinde nauclero Christo domino latissimum celestium sacramentorum pelagus aggrediamur, non utiq; exhauriendum, verum pia modestaq; ingenio nostri conchula deliberandum. Ergo pro eo quod Latine legitur. Ostendat dominus faciem suam tibi. In Hebraico habetur יהוה פניו יהוה אליך, id est, illuminet dominus faciem suam super te. Ad eundem quoq; modum reddiderunt septuaginta interpretes ἐπιφάναι ὑμῶν τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἐπίσῃ, quod est, illuminet faciem suam super te. Ad hæc ubi nos paulo post legimus, Conuertat dominus vultum suum ad te, Hebræi legunt יהוה פניו יהוה עליך hoc est tollit iudicium lat dominus vultum suum desuper te. A stipulantibus septuaginta ἐπάσαι ὑμῶν τὸ καλὸν λέγειν αὐτοῦ ἐπίσῃ, id est, eleuet vultum super te. Deinde ubi apud nos est, & det tibi pacem, Hebraice scriptum est לה שלום לך שים quod est ponat tibi pacem, nec perle. Tandem in Latino est, Inuocabuntque nomen meum, at in Hebræo ושמתי את שמך עלם & ponent nomen meum, Græce ἐπιθήσωσσι τὸ ὄνομα μου ἰμponent nomen meum, pul. 33. Bene habet, laeta sunt literæ fundamenta, restat sacratiōis intelligentiæ mysteria spiritum Christi sequentes penitus inuestigare.

Caput primum.

De sacra triade.



In primis itaque oportet ani-

mauertit nomē illud ineffabile τετραγαμματων יהוה, quater hoc in cap. replicari, semel em̄ ponit in ea, q̄ tribus præferē bñdictionibus, quasi præfatōe, ter autē ubi bñdicēdi verbū tertio repetit. Quo nobis insinuari videt diuinæ illius naturæ vnitatis, q̄ trium pollet cōsortio personarū, ut tunc eodē sancte & in diuiduæ trinitatis noie quibus haud eque suis proprietatibus explicito, generet bñdictio sub legis vmbra, quo coruscate vbiq; gentiū gratiæ euangeliæ luce personalibusq; expressis ratioibus plenissima sacri baptismatis sanctitas foret aliquā celebrāda, cōsummādaq;. Quare nō est alienum a pietate Christiana sentite scripturā diuinitus inspiratā, quū in primo in ducit loco deū alloquētē Mosi tantūq; semel nomē dñi in proloquio ponit deitatis vnitatē tradere, quæ cū in partes nullatenus scindatur, vnam eandemq; reddit trium hypostaseon locutionem. Nec enim diuersa vel diuisa potest esse exterior eorum operatio, quorum natura omnino est numerovna, id quod aperte profitetur dominus noster, dicens. Quaecumque pa

Matt. 28.

Iob. 5. ter fecerit & filius similiter facit. Cum vero singula trinum benedictiones, eodem nomine inuocato, peraguntur, tres in Delessentia designantur personae. Et pulchre in hac, de qua agitur pericope, singuli articuli bina continent membra, quae quidem illepta illa ineffabili diuinarum perfectionum communiōe, diuino quodam opificio singulis deitatis adscribuntur personis. Est itaque prima connexio. Benedicat tibi dominus, & custodiat te, secunda, illuminet dominus faciem suam super te, & misereatur tui; tertia auferat dominus vultum suum desuper te & ponat tibi pacem. At qui misere prima earum seruato eo, qui est inter personas diuinas, originis ordine, patri conuenit, qui principium ipsum est non utique de principio, a quo habet ortum omne productum siue substantiae illius sit inuariatum, siue extrarium. Cui Iob. 17. beneficiētia & custodia accommodantur aptissime. Omne enim datum optimū, & Gene. 28. omne donum perfectum de sursum est a patre luminum descendens, ad quem clamat sanctus Iob. Quid faciam tibi o custos hominum? qui & ad Iacob, inquit, ego ero custos tuus, quocumque perrexeris. In tantum est patris benefacere, ac praestita nobis benefica custodire, vt vno eodemque sermone Christus dominus alterum sit ingenue professus, alterum a patre precatus, dicens. Pater serua eos, quos dedisti mihi. Nempe sicut dare est benefactoris, ita ad custodem pertinet seruare. Secunda conexio commodum refertur in filium, qui cum sit splendor hypostaseos patris ne portans omnia verbo, id est, nutu virtutis suae purgatione peccatorum per seipsum facta sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. In qua quid aliud erat adscribendum filio, quam illuminare utique misereri? Cum vtrumque peculiari quadam ratione perfectissimo illi dei verbo congruat. Ipsum enim est speculum illud omniphariam sine macula in quo omnia, quae sunt, quae fuerunt, quae mox futura trahantur, collucet, explicantur, representanturque plenissime. Nec mirum tam late patere verbi illius illuminationem. Quum verbum sit sapientia Dei patris & imago illius inuisibilis, suo vniiformi principio assimilis & equalis & perfecta, vt pote candor lucis aeternae, candor, inquam, vt noris nihil deo degenerasse ab ipso lucis ingenitae fonte, siquidem candor id denotat, quod est in luce precipuum, maximeque nitidū ac fulgentissimū. Ioannes quoque familiaris deitatis a secretis, vt a vero dei filio creati luminis mendacia vel certe defectiones procul abesse doceret. Erat, inquit, lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Nempe vera lux verusque iustitiae sol est Christus deus noster, cuius clara resplendentia ceterorum sanctorum & hominum & angelorum, velut siderum igniculos sic abscondit, vt illustret. Vere vera lux, quae sola potest non modo externas has, sed & internas verasque miserandae mentis nostrae tenebras discludere fulgore suo micantissimo. Ego, inquit, sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habet lumen vitae. Quam bene luminis annexitur vita. Nihil enim absque lumine valet viuere, nedum animus cuius nullus est alius Ioban. 17. praeter lucem spiritualem cibis, quo alatur viuaturque beate. Namque sola dei clara visio est vera felixque vita, cunctisque mortalibus expetenda, quae nemini vnquam potest contingere, nisi verumque lucis beneficio. Id quod certa spe fretus patrem alloquens psal. 55. mograpitus decantat. Filii autem hominum in regimine alarum tuarum sperant. Inebriabuntur ab vbertate domus tuae, & torrente voluptatis tuae potabis eos. Quonia apud te est fons vitae, & in lumine tuo videbimus lumen. Sane fons verumque sapientiae atque vitae est verbum dei in excelsis, in quo lumine, de patre lumine, vt debimus lumen spiritum sanctum, ac perinde tota, quae vnus deus est, vnusque lumen conspicabilem tribus in personis trinitatem, iam vero misereri in quo plus quam in eo extat: qui miseratus hominem scientiae male appetitae criminis implicitum, ob idque Iure extremis additum miseris exinanuit semetipsum formam serui accipiens, in qua caelestis noster Ionas in vastum tribulationum pelagus demersus ortam propter se tempestatem sequissimam, totumque genus hominum male sua obruentem

egregia

egregia oppido alacritate exoluendi pro morti obnoxii, quae non rapuerat, agnus innocentissimus pateritque patri acceptissimis diuinitus prorsusque sedaret. O sacramentum mirabile dictu, inapprehensum cogitatu, narratu ineffabile credituque; saluberrimum, filius factus est nobis seruis, idque ab ipso deo patre, hosti piaculū, virtus, sapientia, sanctitas & redemptio, idem redemptor & redemptionis precium, precium preciosum, singulare, electū, sum mū, latissimum: cuius minima sanguinis guttula mille valeat quantumvis impios expiare mundos. Accedit enim creaturae assumptae a creatore, cui supposito iungitur, potus valoris infiniti. At nihilominus tanto in fratres suos flagrabat amore, vt sine modo propriū effunderet sanguinē, donec arida tanquam testa liqueret illis caro: quo magis patefaceret innumerabiles bonitatis suae thesauros, quoque amplius mortalibus persuasum esset fideque indubitata crederetur, apud deum esse misericordiam, copiosamque apud deum redemptionem, scilicet, Christum apud patrem & in verbo humanitatem. Ne si forte peccaueris, desperes, cui liberando praesentissimus sit apud iudicem patronus & hostia gratissima. Nullaque possit reus, quando in corpore viuist, accidere causa tamen dubia, aut deplorata de qua non sint meliora speranda, interpellante illo qui est propitiatio pro peccatis nostris. Quo magis danda iure censetur impia illa primi, desperantisque parricidae vox. Maior est iniquitas mea quam vt ventam merear, velut in Hebraeo significantius legitur *אני רשע מן הברית* id est, maior est iniquitas mea quam ipsa propitiatio. Nec abnuunt septuaginta interpretati *μεζιον η ἀρτιαιου του ἀφεθηναιμε*, id est, maius est delictum meum quam vt remittatur mihi. Quo quidem sensu non modo videtur excludi meritum hominis puri diuinoque auxilio deserti, id quod fuisse tolerabile, verum quae sceleratissimi non magis sine claudatur, quam infinita illius natura, sapientia, bonitas, atque benignitas, perpetua, inquit, charitate dilexisti te, ideo atraxisti te miserans. Ad hac illud obiter hoc in loco adnotandum scripturam seram, cum meminit filii assumenda humanitatis dispensationem in verbo, misereri, praesignasse, in qua summa misericordiam diuinarum foret complenda. Id quod in plerisque sacrarum literarum locis diligens lector aduertet, vt est illud in Deuteronomio mis capite sexto. Audi Israel dominus deus noster. Et illud psalmi, lxvi. Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus & metuant eum fines terrae. In quibus locis pronomem, noster, additum est secundo loco, non primo, nec tertio; quia nec pater nec spiritus sanctus, sed solū verbum caro factum est, vt sit verus Hemanuel, id est, nobiscum deus, Tertia demum connexio. Eleuet dominus vultum suum desuper te & det tibi pacem, spiritum sanctum respicit, de quo in primo Geneseos capite scriptum est. Et spiritus domini ferebatur super aquas. At vero, vt ille tam pius, quam disertus Hieronymus adnotauit, pro eo quod in nostris codicibus scriptum est, ferebatur, in Hebraeo habet, merabephet, quod nos appellare possumus, incubabat siue confoebat in similitudinem volucris quae calore animantis. Ex quo autem idem author, intelligimus non de spiritu mundi dici, vt nonnulli arbitrantur, sed de spiritu sancto, qui & ipse uisificator omnium a principio dicitur: si autem uiuificator, consequenter & conditor. Quod si conditor, & deus. Emitte, ait, spiritum tuum & creabuntur. Hic est ille spiritus sanctus, qui personali proprietate patris, ac filii amor habetur. Nam de ipso tale profert testimonium diuus Ioannes. Deus charitas est, & paulo post, charitas ex Deo est, quibus verbis nemini dubium esse debet significasse euangelistam spiritum sanctum de patre filioque eorum comite voluntate procedere. Quod mysterium iam olim Hieronymus, & Augustinus piensissimi iuxta ac doctissimi religiosi Christianae proceres hoc in loco nimirum spiritu dei sancto ducti sapienter animaduertunt. Quod si spiritus sanctus amor ille est, in quo summa inter se viuunt peccata tua, atque imae sibi summissae, quantum diuina largitas creaturis suis impartiri dignatur,

Inuicē annectunt, nemo deo ullo potest confungi modo, nisi ille eius menti diuina
 charitas per spiritum sanctum fuerit infusa. Orare igitur opus est illum supplicibus
 votis, vt humanis sese velit ingerere pectoribus, quo presente dei quoq; gratiā adesse
 necesse est. Cuius aditu excluditur culpa, obliuioni datur offensa, cessant inimici-
 tia ad deum, infunditur iustitia, & cum ipso deo exoptāda cōstitutur amicitia: quæ
 pacem parit totundissimam. Hæc sunt illa munera, quæ apud Etsam pater filium al-
 loquens credituris in eum cum spiritu sancto se daturum promittit, dicens. Ponam
 spiritum meum super semen tuum & benedictiones meas super filios tuos. Pollicet
 itaq; pater cœlestis admoturum se regenitis Christo per spiritum sanctum cum cœte-
 ris has præcipue duas benedictiones duobus postremæ connexionis membris con-
 tentas remissionem videlicet peccatorum, pacemq; perennem. Nec aliam ob causam
 spiritum paraclētum, hoc est consolator cognominatur, nisi quia cum presens est, sola-
 tur animam patratā pro culpa dolentem, iudiciumq; dei formidantem, eandemq; ve-
 teribus exclusis inuinitatibus, nouis optandisq; gratiarum donis replens ad votum
 eam lætificat iocunditate tranquillissima. Quam ob rem prædictis constantibus. Ne-
 cessum est hoc in loco diuinam illam naturam sic agnoscere vnā, vt nihilominus in
 tribus sit adoranda personis: ex quibus pater creatoris suis præstat omnia; suaque po-
 tentia donata conseruat, filius sapientia sua patris benefactoris beneficiarios illumi-
 nat, & misericordi passione redimit, spiritus sanctus bonitate sua redemptos pœnarū
 redit immunes, pacatq; perpetuo. Quæquidem opera ita singulis, vt diximus, ascri-
 buntur personis, vt nihilominus & a qualibet vniuersa & a singulis singula peragan-
 tur. Vnde & periodo huic sacramentō incongruo superiora colligantur, cū sub-
 iungit scriptura Inuocabuntq; nomen meum super filios Israel, & ego benedicā eis.
 Hoc nomen nullum arbitror esse aliud, quā illud, de quo, inquit Zacharias propheta.
 In die illa erit dominus vnus & nomen eius vnum. Dies illa perfecta erit quando
 cōsummato prorsus vniuerso negotio regni Christi, vnus idēq; deus erit omnia in
 omnibus atq; vnica & stabili notitia a quolibet beato possidebitur. Alioquin in hac
 etiam vmbrosa atq; imaginaria humanę peregrinationis die quodāmodo est nobis
 credentibus dominus vnus & nomen eius vnum: in quo primam illam fieri benedi-
 ctionem, qua promouemur in filios dei diuinitus instituit certissimus veritatis præ-
 ceptor & vnicus sanctitatis author Christus dominus mandans discipulis suis bapti-
 zare oēs gentes in nomine patris & filii & spiritus sancti: super quo ad hanc formam
 differit Augustinus theologorum argutissimus, tria nomina audio, & vnum dicit no-
 men: nō enim dicitur in nominibus, sed in nomine, tria nomina dicit, & quomodo
 vnum ponitur. In nomine patris & filii & spiritus sancti vnum est, sed trinitas est no-
 men, quod dicitur in nomine patris dei, in nomine filii dei, in nomine spiritus sancti
 dei: pater & filius & spiritus sanctus vnum est nomen diuinitatis, & in hoc Christia-
 nus sum, quod vnum deum in trinitate confiteor, si autem dixerō vnā personā esse
 patris & filii & spiritus sancti Sabellianus appellor & incipio esse Iudæus. Quia & Iu-
 dæus vnum deum dicit, & quia patrem nescit & filium & spiritum sanctū, propterea
 mysterium non nouit trinitatis, & ideo nō nouit, quia inuidia cœcus credere noluit,
 & quia credere non vult, non intelligit deum substantia vnum, personis trinum, quē
 in lege inclusum per totum orbem vagus & instabilis circumfert, vt gladio, quem
 gestat, vbiq; gentium feriatur.

Caput. ij.

De tribus statibus naturæ, fidei, & gloriæ.

Rursus



Rursus alia in mentem venit cō-

sideratio, aliud se pandit mysteriū in illa triplici benedictionū
 connexionē contentum: tres sunt connexiones, tres itidem hu-
 mani generis status, ita sibi dignitatum suarum gradibus præ-
 stantes, vt tamen quandiu voluitur orbis, infimus superioris
 bus subternatur supremus inferioribus consulat. Omnesque
 inter se, aureis quibusdam datarum acceptarumque perfe-
 ctionum vinculis sint connexi. Infimus solis naturę limitibus contentus agit: me-
 dius, gratis fidei donis fulcitur, cœlestia meditatur, supremus, beatificis glorię bonis
 perfectus apud deum regnat feliciter. Primum statum vt cunque expresserunt: si quis
 extitere philosophi, qui natura duce honesti decorem admirati fluctose vixerint, de
 quibus Paulus inquit, Gentes quę legem non habent, naturaliter ea quę sunt legis fa-
 ctunt, Secundum tenuerunt homines pii, quibus summus rerum opifex ea quę sunt legis fa-
 ctum est reuelare mysteria, quę mentibus cum hominum, tum angelorū vi sua consequi ne-
 gatū est, ac perim de ea illis cœlestis tradita sunt dogmata, quibus solis vera dei parē-
 tis cognitio continetur, & casta quadam vniuersi princeps religione colit. Tertio de-
 mū statu potuerunt sinceri sancti spiritus, necnō iustorū animę q̄ deposito corrupte
 carnis onere soliti quiete in paradiso cœlesti fruunt. Hos status videt insinuasce scri-
 ptura sancta in prima rerū origine, primū vbi inducit deū cœlū terrāq; creatē, quasi
 sub stātas ratione menteq; vigētes hoīes atq; angelos in sua ipsorū natura cōdentem,
 secundū cum diuidit aquas ab aquis veluti deo credentes ab incredulis dīstram, ter-
 tium quando elementa cœloq; suis ornamentis decorat tanquā corpora & animas
 gloriosis dotibus illustret. Ad hunc quoq; numerum sapiens tria cōdidit volumina,
 in quorū primo Salomon pacificus cōsentaneos naturę tranquillitatis mores instituit.
 In secundo Ecclesiastes cōcionator egregius presentia quidē contemnēda, futura au-
 tem bona, quod stabilia sint, fide expetēda cōtendit. In tertio deniq; I dida, q̄ inter
 pretať dilecti dñi bonis morib; ac fide præditos in speciosissimum introducit thāla-
 mū, vbi spūs pulcherrim; beate quiescit & pascit in meridie maiestatis sue spectatū
 simo. Nec tacuĩ grāde hoc arcana ipse sapiens, Ecce, inquit descripsi eam tibi tripli-
 citer, Non dubium quin veram intendat sapientiam totamq; sacrarū literarū doctrinam,
 quæ iuxta tres præditos status triplicem capit intelligentiam. Debemus enim
 scripturam sanctam primum secū dum literam intelligere facientes in ethica quocūq;
 præcepta sunt: secundo iuxta allegoriam, id est, intelligentiam quę ex fide est spiritua-
 lem. Tertio anagogicos, secū dum futurorum beatitudinem. Huc forsitan & accedit
 utrum patriarcharum numerus. Abraham bene naturę legibus vsus deo credidit, re-
 putatq; est ei ad iustitiā, atq; posthabito priori statu fit inuitū sequētis & pro Abrā;
 hoc est patre excelsio, Abraham, id est pater multarum gentium, scilicet omnium cre-
 dentium cōstituitur, sub hoc nascitur Isaac risus, gaudii & gloria parētis tam prom-
 ptus ad obediēdū ei, quę de Christo est fides, q̄ honestis integer moribus. Certusq;
 referente patre de oraculo placitoq; diuino iam inde dñi Iesu crucem basilis, factiq;
 præsignās agnū mundi peccata tollentem, gladio iugulum protēdit libēter. Iacob ve-
 ro adeo virtutū incrementis profecit, vt promeritus sit dñm innixū scalę videre, &
 tanq; iam esset super cetera veētus, ausus sit fiducia ante id rēporū inaydita illico inso-
 nare. Vidi dñm & salua facta est anima mea. Quid si in vno Iacob tres hos status
 descriptos inuenerimus? siquidem tribus est appellatus nominibus, Iacob, Israel,
 Ifrum, Iacob nomen est naturę, q̄ ratione duce vitia supplāuerit. Israel nomen est
 gratię, q̄ luctatus cum dño ceu quā longa rationis nocte: hanc supergressus præua-
 luerit cum illo cōstantiq; animi robore ad fidē aurorā puenerit. Nihil em̄ mortalib;
 inuentus difficilius, nec apud deū meritorium magis, q̄ calcatis sensibus neglectaq;

ratione archanis celestibus indubitato assentire ea fide, que per dilectione operatur. *Gene. 32.* Ideoq; dictus est Israel princeps vel dominans vel preualens cum deo fide, scilicet, *Esa. 44.* prorsus indubitata omnem sapientiam humanam superans. Isum tadem siue Iasat id quod rectissimus interpretatur ad eum pertinere videtur: qui absolutissima rectitudine conspicuus Deo in eternitate totus adhaeret. Transeamus ad euan & rectissime que gelium & praefo erit nobis eximius ille vicarius Christi triplici quodam modo elogi, ubi pro re- do nomine insignis, imprimis nominatus est Simon, quod nobis sonat obe- *disime in Hebræo* diens, quod naturali rationi, in explendis decem decalogi preceptis paruerit: habetur. *וישרר* deinde cognominatus est Bariona, id est, filius columbe, quod gratia spiritus *Lege Hieronymi.* sancti perfusus, per fidem translatus sit in adoptionem filiorum dei; ultimo coe- *Esa. 44.* & *Mal. 1.* gnominatus a Christo Petrus, non tantum, quia solidus fuerit in fide, sed etiam *Os. 12.* & *6.* & quia immota fide immobilis esset consecuturus eternitatis statum. Iam ve- *31. li. Dialo. contra* ro mirifice ex Abraham, nascitur Isaac, & ex Isaac, Iacob. Moribus enim au- *Pelagii de supplan* xilante deo aptamur ad fidem, fide iustificamur, per iustitiam vero Deo ha- *tatore. Iacob rectif* bendo idonei efficiuntur, & certe natura subditet, gratia promouet, gloria con- *sumus dei nomen* summat. Natura sumus dei fruendi capaces: in iustitiam fide, gradimur spe, exce- *accepi.* dimus charitate, aperta demum diuine maiestatis visione fruimur. Digestissimus *Iohannis. 1.* tres status: proximum est singulis suas reddere benedictiones, prima illarum *Matthæ. 16.* primum sortitur statum: in quo pater ipse rerum naturalem cuiusque viuentium *Matthæi. 6.* vitam prebet, potentiaque infinita creat omnia, & pulcherrima inter se varietate creata distinguit, distinctaque in nihilum dilabantur vi sua continet. Nec enim potest vi propria stabiliti que euid aliunde. hec si, ex diuerso ortum ha- *Sapi. 11.* buit, id quod preceptum illerum quos mundus demtratur. Philosophi testantur, & ve- *id ipsum ingenue profitef,* rus ille sapiens, qui sapientie titulo opus suum no tam insolenter qua vere inscripsit *Deo optimo ac maximo tatus* neris humani voce gratificans: diligit, ait, oia que sunt, & nihil abominaris eoru *que fecisti, nec enim odians* quid nisi tu voluisti: sicut non vocatum a te, conseruare? Hoc item in argumentum af- *sumit magister ille celestis,* sumit magister ille celestis, quo discipulos suos ad iustitiam promoueat dei imitatio *ne cofummatam.* ne cofummatam. Eitote, inquit, peccati, sicut pater vester celestis perfectus est, qui so- *lem suu facit oriri* lem suu facit oriri super bonos: & malos, & pluit super iustos & peccatores. Et quid *obsecro aliud agat sublimis* obsecro aliud agat sublimis illa maiestas? Nonne quemadmodum est iusti conditoris *a se condita suis numeris* a se condita suis numeris absolueret: ne quid desit cuiusdam illorum quod sua ipsius co- *ditio exigit, ita patris* ditio exigit, ita patris decet clementiam habentia fulcire, & firmare quacunque mole *sua nutant: mortalibus* sua nutant: mortalibus preceptis consulere, delinquentibus ignoscere, monitis erudit *re, piaue manu corripere,* re, piaue manu corripere, cadentibus dextram porrigere atque in melius seruare tem- *pus. Vnde merito exclamat* pus. Vnde merito exclamat ad deum idem sapiens. Pareis omnibus, quoniam tua *sunt: o animarum amator.* sunt: o animarum amator. Quam esse nos felices si immensam dei erga nos charita- *tatem, saltem ex eo caperemus,* tatem, saltem ex eo caperemus, quod sic dilexit mundum hominem, scilicet, quem Gre- *ci miscrocosmon, id est,* ci miscrocosmon, id est, minorem mundum appellant, vt filium suum vniuersum da- *ret, sane in horrendam* ret, sane in horrendam crucis mortem, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed ha- *beat vitam eternam.* beat vitam eternam. Huc enim tendit altera benedictio. Illuminet vultum suum su- *per te & miseretur tui* per te & miseretur tui qua sane impenditur homini per dei verbum vitam in secu- *do statu agere spirituali.* do statu agere spirituali. Verbum nempe factum caro, celesti vtens magisterio, to- *tumque orbem diuisis* tumque orbem diuisis verelucis fulgoribus illustrans, docuit homines mysteria a *faculis abscondita* faculis abscondita deumque substantia vnum, personis trinum integra esse religione *colendum, eundemque* colendum, eundemque solum esse omnium finem expectandum, & quo magis ob- *stupes extremos tolirando* stupes extremos tolirando cruciatus ostendit mortalibus vitam, quaposent ad illu- *recto contendere cursu.* recto contendere cursu. *Esa. 49.* *Esa. 49.* recto contendere cursu. *Esa. 49.* Nemo vidit deus absque te, que preparasti dilis- *gentibus te.* gentibus te. Et pater ad filium. Ecce dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea usque ad *extremum*

extremum terra. Nolo, ait, te duntaxat esse humani generis doctorem, volo etiam te iustum in tyrannum vindicem, atque misericordem in captiuum redemptorem, vt te duce, velit, nolit Satanas, homines non tantum vitam illam priorem mille modis deperatam ad naturae leges, id est, rationis lineam reuocent, cessentque tandem domi no parere violento, sed vitam quoque viuam spiritualem veramque, huic nostrae adeo similem, vt carne mortui, spiritu degentes, diu potius habeantur, quam homines. Nec aliud denunciant nobis egregius ac magnificentissimus noster viuificator, quando dixit, Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Veni vt homines pro sua *Ioan. 10.* ipsorum natura vitam habeant ratione constantem, castis moribus integram, mu- *tuisque inter se officis* tuisque inter se officis conspicuam, & abundantius habeant scilicet fide praeditam, *spe firmam, charitate* spe firmam, charitate propensam, & cunctis diuinae cuiusdam iustitiae muneribus adeo *extantem, vitam sibi* extantem, vitam sibi absque temeritatis nota valeant polliceri vitam illam prorsus *beatam, quam in tercio* beatam, quam in tercio statu tertia benedictione donati possident, sublata omni ira, *omniq; pace suffecta.* omniq; pace suffecta. Nec enim locus est irae, vbi nulla est iniquitas, nec timor vllus re- *stat poenae, vbi nullatenus* stat poenae, vbi nullatenus est delinquendi facultas, quin potius latissime patet charita- *tas: in quibus plena* tas: in quibus plena est iustitia, & perpetua concordia, inter quos haud esse potest vo- *luntatum dissensus,* luntatum dissensus, & pericucunda societas, vbi nihil boni est cuiquam ita propriu, *quod non sit aliis* quod non sit aliis omnibus quodammodo commune. A deo propenso firmoque *mutuae beneuolentiae* mutuae beneuolentiae glutino in vnum coelites coagmentantur spiritum. Qui enim *adharet deo, teste* adharet deo, teste Paulo, vnus spiritus est cum eo, ne utiquam natura, sed pulcherrima *1. Cor. 6.* quadam perfectionum similitudine, & gratissima affectionum motuumque consona- *ria, dum cognoscit* ria, dum cognoscit deum homo, sicut & ab eo est cognitus, diligit sicut diligitur, agit *sicut agitur: & in omne* sicut agitur: & in omne conspirat opus, quod deo nouerit esse gratum: qui adharet *1. Co. 13.* deo, vnus spiritus est cum eo, dum procul a quacunque terrene fecis contagiose motus, eodem *spiritu viuunt quo* spiritu viuunt quo viuificatur, regnatque beatus, tam alienus a carnis corruptela, quam *purus a labe peccati:* purus a labe peccati: tam densque plenus vita, quam spiritu plenus. Vidisse hunc mi- *rabilem spirituum* rabilem spirituum concursum testatur Ezechiel. Quocumque, ait, ibat spiritus, illuc *Ezec. 11.* gradiebantur & rotæ, illuc eunte spiritu & rotæ pariter leuabantur sequentes eum: spi- *ritus enim vitæ* ritus enim vitæ erat in rotis. Quod si est spiritus vitæ non solum ipse fruitor vita, *sed & hanc potest* sed & hanc potest prestare. Est autem spiritus ipse vitæ per iustificationem: hac *obseruat, non erit* obseruat, non erit delictum, delicto autem prorsus sublato: nec mors quidem *futura est. Si ergo* futura est. Si ergo ætas hæc nostra secundum Deum transigatur per nos: hæc *enim vera est vita,* enim vera est vita, cum erimus peccato demortui, & in futurum insolubilis il- *la manet & sempiterna.* la manet & sempiterna. Retulit gentium doctor in Deum tria trahata viuendi *1. Cor. 15.* genera in Areopago de ara illa deo ignoto dicata differens, cum dixit, in ipso *1. Ioan. 4.* viuimus, mouemur, & sumus. In ipso vno eodemque deo viuimus, natura in- *spirauit, ait, in eum* spirauit, ait, in eum spiraculum vitæ, & factus est Adam in animam viuem *1. Cor. 15.* tum. In ipso mouemur gratia: per fidem enim ambulamus, non per speciem: *2. Cor. 13.* in ipso manemus amore, deus enim charitas est, & qui in charitate manet, in *1. Ioan. 4.* deo manet. Quamobrem, si dicta constant, pro mysterio trium statuum pater *creat, filius recreat,* creat, filius recreat, spiritus sanctus beat: pater animat, filius reficit, spiritus *sanctus perficit: pater* sanctus perficit: pater viuentes, & si peccatores, sustinet longanimiter, filius *miserando redimit,* miserando redimit, Spiritus sanctus benigne poenarum esse donat immunes. *Denique ex parte* Denique ex parte habemus naturæ substantiam: Per filium gratiæ decorem, *in spiritu sancto* in spiritu sancto optatæ dulcedinis quietem, hoc est, vitam poenitus stabili- *lem, vndique pulchram,* lem, vndique pulchram, & omnino iucundissimam. Præclare Diuus Au- *gustinus. In illa, ait,* gustinus. In illa, ait, Trinitate summa origo est omnium rerum, & perfe- *ctissima pulchritudo.* ctissima pulchritudo. & beatissima dilectio. Itaque illa tria a se inuicem deter- *minari videntur, & in se* minari videntur, & in se etiam infinita sunt, ita & singula sunt in singulis *& omnia in singulis,* & omnia in singulis, & singula in omnibus, & vnum omnia, ac inde omnia:

Caput. iij.

Ro. 11. Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula. Non autem in seculum quasi de vno quodam loquatur, sed in secula ut plura intelligat, in quibus regni seculorum in immortalibus, soli deo, soli que sapientia perpetuo sit rependendus honor & gloria. Nam si naturam tuam dignitatemque qua ceteris preestis animantibus consideres, magnis te o homo amoris vinculis diuinae beneficentiae obnoxium inuenies, si gratiam & eam quam cum dei filio nobis esse germanitas, longe maioribus: si beatum illum gloriae conuictum, proculdubio perquam maximis. Quare ne ingratitude notam aduersus tantum benefactorem aliquando incurras cura studiosissime nehere vera fide, certa spe, ardentique dilectione funiculum illi triplicem, qui difficillime rumpitur, praesertim si memoria benefactorum, quae naturae sunt collata, sit connexus, agnitione parentis gratiae vermiculatus, & ingenti futuro rum honorum expectatione commissus. Hac aurea resti ductandus tibi gratiarum chorus, qui totus gaudens & exultans ac iubilabundus, debitis laudationibus potentissimum cunctorum dominatorem celebret, ac extollat: reparatorem clementissimum & semper agnoscat, & passim predicet, summumque beatificatorem suspiciat, vereatur, admiretur, amplectatur, summisque votis glorificet in aeternum.

Caput. iij.

De fide diuinis oraculis profusa
adhibenda.



Secundum: repetamus a principi-

pio pericopen propositam, & singula verba expositiue sermo percurrat. Locutusque est dominus ad Moysen dicens. Loquere Aaron & filiis eius. Mos est scripturarum sanctorum inducere frequenter dominum loquentem, nempe ut & accedat dicendis in dubitata audientium legentiumque fides, & summis sa quaedam super sacramentis pietas, certaque de promissis spes, atque penitissimus erga pollicentem amor. Nec enim vilis ambiguitati locus relinquitur, ubi mysteria panduntur ab eo, qui illa nouit omnino futura, faciendaque sponte sua decreuit, ea que reuelat, & prophetarum oraculis praedicit ad eorum institutionem & usum sane hominum quos affectu plusquam paterno prosequitur. Et quemadmodum fieri nequit, ut ab eo qui est per se iustitia, obueniat iniuria: unde in paralipomenis scriptum est: non est apud deum nostrum iniquitas: & Achior ad Holofernem: Deus, inquit, illorum odit iniquitatem: vel ab eo qui est per se lux, obducantur tenebrae, Deus enim lux est, & in eo tenebrae non sunt: ista profusus est impossibile ab eo qui per se sit veritas, falsum prodire: discrepantes enim affectus, discrepantes sortuntur & causas. Est autem deus superte natura veritas, Ego, inquit, sum via, & veritas, & vita. Nequaquam ergo deus falli aut fallere nouit. Proinde solidissimo testimonio firmata constant, quaecumque in diuinarum archiuis scripturarum credenda hominibus, deo traduntur auctore. Quo fit, ut blasphemus iure censeatur, profususque execratus, quisquis illarum auctoritati vel tantillum detrahendum putauerit. Qua in re heu quam miserabiliter aberrat stultissima mortalium temeritas deo fallacique notam inurens, dum legerit permisso illius alios ab aliis fuisse deceptos, ac si ex aequo decepti esse fallendi auctorem atque permisso rem, cum re vera alterum sit iustissimi iudicis malitia vnus in alterius poenam ventis, id exigentibus vtriusque meritibus: alterum vero a deo indecens, ut aut libenter vir bonus id sceleris quibuslibet circumforaneis nugatoribus tribuat. Ad haec obiciamus insanientibus sophistis Aristotelem suum

Caput. iij.

fo. xcvij.

suum, suum, inquam, & si quantum pietas permetteret meum, ut vel vnus philosophi quem diuinis oraculis saltem frequentiore lectione impie praefere videntur, auctoritate ac pondere oppressi ab eiusmodi miseranda insanitia respiciant. Ille enim in ethiops Echi. 4: cis asserit, mentiri per se malum esse, atque ex eorum numero quique mox ut sonuerint, praeseferunt turpitudinem, quam sapiente quolibet indignam nequissimi quoque nebulones proclamant. Ergo quam graue piaculum est, supremae illi maiestati aliquatenus id imputare, quod & si veraciter obiectum, homo quantumuis impurus ferat aegerime? At e diuerso nulla hostia est aequae accepta deo, ac purae mentis fides, illum veracissimum tota libertate contestans: fide purgantur corda, fide ad eundam iustitia, si de deo viuatur, fide spiritus obtinetur dona, fide subnixus accedat oportet, quisquis optat verae sapientiae recessus penetrare, quid dico recessus penetrare? cum prima eius limina illotis tangere pedibus nullatenus liceat opusque sit: utum nefarium, in clamante gentili poeta. Nulli scelerato fas castum in sistere limen: tum impossibile, praemonente Esaia. Nisi credideritis, non intelligetis. Quod si dixeris, nihil refragor, sint veris Esa. 7: simque prophetarum praedictiones, dummodo liceat mihi meo viuere more, stat aduersus huiusmodi stultitiam noctibus ac diebus pastor ille scycomoros vellicans, & ingenti clamore desides atque contemptores territat dicens. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus locutus est, quis non verebitur mysticum illius verbum tam solcite, tam Amos. 3: frequenter per prophetas suos hominibus demandatum? Dominus locutus est, quis non formidabit intentata supplicia? Quis non auerfabitur priora flagitia? Quis non vitabit tanti dominatoris offensam? Quis non respiciet eniglabitque, & si grauissimo prematur mortis sopore? Dominus locutus est, quis non venerabitur tanta sacramenta? Quis non meliora sequetur? Quis non augebit merita? Quis non exoptet premia? Quis non properabit ad vitam? Dominus locutus est, quis non patebit precipientis? Quis oblitabitur imperantis? profecto nemo, nisi sit ille excors & amens, rebelis ac subannator, infelix tam praui tenax, quam inscius recti. Enimvero quam felix vir ille, qui deo docilis potest reuera cum eo qui factus est obediens patri usque ad mortem. Dicere dominus aperuit mihi aurem, ego non contradico, retrosum non Esa. 50: abii. Hic sane nec est caelestibus monitis incredulus, nec diuinis decretis refragatur, nec superna obire mandata moratur, quinimo loquente deo, auditu audit intimo, & Philip. 3: credit omnia, intelligit omnia, sperat omnia, sustinet omnia, diligit omnia, quae retro sunt oblitiscens ad anteriora se extendit, tam satagens operum, quam scius iustorum. O bone Iesu ostium vnicum ad regni paterni thesauros intrados per quod Ioha. 10: si quis introierit, ingredietur, penetraturus spiritu mysticos scripturarum sensus, & egredietur extanti litera eosdem probaturus, passimque inueniet pascua alendis animis vberrima: aperi intellectum nostrum spissis sustititae nebulis conclusum, mica splendore tuo, quo duce videamus, et scrutemur te, & inueniamus in abyssis illis vitalibus, quas de te testimonium perhibere certissimum, ipse ingenue professus es. Haec voti summa nostri, te vnum debitis obsequiis, vel certe instantibus precibus, vitae optatae auctorem promereri, qui es nobis sensus omnia cogitans, sapientia omnia disponens, virtus omnia perficiens, lumen omnia illustrans, verbumque omnia manifestans. Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum: Psal. 95:

Caput. iij.

In errorem eorum qui neglecta sanctorum scripturarum lectione, sensum proprium sequuntur, nouaque reuelationes requirunt.

Psal. 18.



Ex porro domini immacula

ta cōuertens animas, testimonium domini fidele sapientiam præstans paruulis. Iustitiæ domini recte lætificantes corda, præceptum domini lucidum illuminans oculos. Quod si lex domini i veteri ac nouo instrumento contenta, adeo est perfecta, vt nihil possit ei addi, nihil detrahi, singulisq; non modo verbis, sed etiam apicibus candidiorum niue spirat sanctitatem, si testi-
 monium domini nulla ex parte vacillat, si consultoribus suis, modo humilibus di-
 uinarum humanarumq; rerum idoneam præstat scientiam, si iustitiæ domini adeo
 suut rectæ, vt necunde equitatis lineam transilant, quin potius vtilissima quadam ho-
 nestate corda humana valeant exhilarare, si denique præceptum domini lucidum spe-
 ctantium oculos splendat, & videre facit omnem veritatem viuendo deo necessa-
 riam: mirum est sathanam, quamuis se transfulerit in angelum lucis, sic occupasse
 quorundam peruersorum hominum corda, vt persuasum habeant, relicta legis atque
 euangelii lectione, neglectoq; verbis dei auditu, se posse piam agere vitam, quasi possit
 quispiam sine via recto cursu contingere metam, aut sine lumine nosse quo ten-
 dat, aut inermis se protegere, hostem ferre atque repellere, aut denique possit ser-
 uus placitorum domini nescius ad votum obsequi illi, cui magno opere cupit esse pro-
 batus. Quin potius necesse est, eiusmodi equo infræni similem per mille inanum de-
 sideriorum campos oberare, & in varios errorum anfractus incidere, & tanquam na-
 uis amisso clauo, omni vento doctrinæ circumferri, & tempestatibus humana-
 rum cogitationum iactari, vt tandem inuadente eum atque impellente impro-
 bo spiritu erroris sui, obrutus insanis impietatis fluctibus in adimentionibus suis
 intereat miserabiliter. Nec putes obsecro te, Lector me ficto argumento decla-
 rationem scribere, vtinam ita res haberet. Verum audi rem gestam & mecum do-
 le nostrorum temporum vicem. Ab hinc multis annis veni in quendam Celtibe-
 ricæ vrbe, obiter plebi sermonem feci. Ecce autem primis tenebris illius diei accessit
 quidam ex illorum grege de quo nunc agitur, cœpit primum simulata quadam
 summisione a nobis beniuolentiam captare: deinde sermonem nostrum plus
 quam par erat efferre, id est, impudenter mihi adulari. Vbi vero credidit me
 blandimentis suis captum, incipit a capite longam de meritis suis fabulam tex-
 ere, eoque sese iactando tandem peruenit, vt fateretur impudentissime, sciam
 diu non adire communem ecclesiam, nec doctores audire sermocinantes, nec
 interesse sacris: sed quoties ei per rem familiarem licuisset solere summo ma-
 ne in sacellum quoddam extra vrbe suæ muros longe semotum se recipere, ibi
 que impransum vsque ad vespertum manere. Sciscitanti mihi quid demum illic
 ageret, referebat sese mirabilibus exerceri meditationibus, quibus Dei amore
 indies ardesceret. Tum equidem miseratus hominis errorem tentauit, si pos-
 sem eum ad sanctiorem mentem reuocare, cumque obiectarem illi decreta eccle-
 siæ, quibus Christianis præcipitur festis diebus preesto esse rei diuinæ, respon-
 debat eos, qui spiritu Dei aguntur non esse sub lege, Cui ego illud sanctus
 intelligendum esse, quod qui spiritu dei aguntur, nequaquam poenarum timore &
 veluti inuiti, sed virtutis amore & mente promptissima diuinis obtemperant iussio-
 nibus, alioqui fere parem esse culpam dogmatis reluctari ecclesiasticis ac ipsi deo, con-
 stanti ecclesie auctoritatem, atque dicenti ad eius principes: qui vos audit me audit,
 & qui vos spernit me spernit. Hæc itaque me ingerente ille obstipio in terram capite
 immotus manebat. Cūq; vrgerem tacentem, huic quæstioni respondere, an extimaret
 aliquos esse viros in ecclesia se sapientiores, atebat, maxime: nec adeo infantebat, vt
 se omnium sapientissimum putaret, sed addebat sese nullo in digere præceptore homi-
 ne qui

ne, qui deum haberet magistrum. Rursum percontanti mihi, an sic ei deus agenda o-
 mnia inspirare solet, vt nunquam sui propositi poeniterit, voti que pæra: Niuiti
 quam, inquit, nam plerunq; me vel ignauia torpentem, vel errore implicitum depre-
 hendi. Ergo, inquam, indigebis interdum nō tantum incitatore, sed monitore ad ve-
 ram pietatem, ne longius oberres, neue videatur deus frustra dedisse ecclesie sue alios
 apostolos, alios euangelistas, alios prophetas, alios denique pastores & doctores. His
 vbi se veritatis vniculis deuictum vidit aliena quedam blateras ineptiebatur, innox
 que indignans abcessit. Heu mores, quid tuuat tentare deum, vbi vel humana ratio vi-
 get, vel scriptura sancta loquitur, vel catholica ecclesia agenda decernit, vel denique
 diuina sanctorū doctorū sedulitas mysteria docet? Quante impietatis est, Christia-
 num flagitare, deum passim secum nouis agere reuelationibus? id quod gentilis quo-
 que poeta inuestigat illius indignū reputauerit. Nec deus, ait, interit nisi nodus vin-
 dice dignus incidit. tunc enim non satis esset quætere ab homine quid notū est so-
 li deo; ac subinde necesse est ad eum confugere, cuius vnctio docet suos fideles de om-
 nibus quæ modis prædictis sciri nequeunt, si tamē quæstionum cognitio futura sit
 illis perutilis ac necessaria. At in reliquis dignoscendis sub persona Abraham diuitem
 illum epulonem repellentis nebulonum istorum improbitatem coarguens: Habent
 inquit, Moysen & prophetas, quod si illis nō credunt, nec etiam si quis ex mortuis
 resurgat, credent, Petrus apostolus postquam meminit beneficio quiddam peculiari
 ostensam sibi Iacobo atque Ioanni in monte sancto gloriosam Christi maiestatem,
 voce huiusmodi ad eum a magnifica parentis gloria delapsa: Hic est filius meus dile-
 ctus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite, vt admoneret credentes Christo,
 tam inde non opus esse, nec licere procaci pruritu eiusmodi apparitiones appetere,
 euestigio subiecit. Et habemus firmiter in prophetico sermonem, cui bene factis
 attendentes quasi lucernæ incenti in caliginoso loco; donec dies illucescat, & lucis
 fer oriatur in cordibus vestris. Quod si responderis te magnis profectibus trans-
 formatum a claritate in claritatem, aperta facie gloriam dei contemplari: caue obse-
 cro ne pharisaico supercilio tibi impudenter atroges id quod paucissimis viris admi-
 rabili sanctimonia & modestia non vulgari excellentibus non tam ad suam quam
 ad publicam concessum est vilitatem. Nec alienum est ab hac causa quod Paulus in
 Corinthios adeo acri inuictus est ironia. Iam, inquit, saturati estis: iam diuites facti
 estis: sine nobis regnatis, & vtinam regnetis, vt nos vobiscum regnemus. Hæc enim
 minime confirmantis sunt verba, sed indignantis, & animi iusta ira insurgentis in
 eos qui cum cætera sacerent humi, intoleranda se se ostentabant in solentia: tanquā
 spiritu sancto pleni essent, nec iam non modo quouis alio doctore, sed nec ipso Paulo
 indigerent. Vnde rursus in eiusdem epistola progressu; non sine stomacho in hæc
 verba erupit. Quid ergo fratres cum conuenitis, vnusquisque vestrum psalmum ha-
 bet, doctrinam habet, reuelationem habet, linguam habet; interpretationem habet,
 omnia in edificationem fiant; Aspicias vt Paulus Corinthiorum vniuersa illa spirita-
 tus dona sibi præsumptum arrogantiæ; amarulentia quadam concessione taxat,
 Ita tamen taxat, vt si forte cupiã aliquod illorum adit inunerum; caueatur ne vni-
 quam vergat habenti in superbiam, aut in timorē inuictam contentionem, sed humili
 mente, officio; quæstoribus grato, in communitate expendatur emolumentum. Nam
 & nos nequaquam id molimur, vt ceu aduersantes deo spiritum velimus extinguere,
 aut prophetas contemnere, quæ spiritu sancto allata tali digna sunt nomine. Verum
 imus obuiam impiis nugatoribus: atque perditissimis pseudo apostolis, qui cum sa-
 titant spiritum sanctum sibi præsentem more insueti & inauditio, imo scripturis san-
 ctis omnino repugnante, totum mysterium regni dei euerunt. Nam vbi obsecro me-
 ritum fides, quæ exauditio est, si non sit satis semel locutum fuisse Dominum, si ite-
 rum atque iterum mysteria omnia singulis sunt reuelanda? Nonne dominus noster

2. Co. 11.

Eph. 4.
2. Thef. 2.

Ro. 8.

Luc. 10.

Eph. 48

Luc. 161

2. Pe. 16

1. Co. 4.

1. Co. 14.

Hier. li.

3. contra

Pelagii

1. Thef. 5.

1. Io. 20. Iesus Christus etusmodi improbitatem aperte damnauit: quum grauitter corripuit Thomam, q̄ his qui viderant eum resurrexisse non credidisset, nouamq̄ expeteret ap partitionem sibi fieri. Quia vidisti, ait, Thoma, credidisti. Beati qui non viderunt & crediderunt.

Caput quintum.

Decoremque sanctitate quæ vel dei vel eccle-
siae auctoritate cõstat, quibus vel Chri-
stianorum vulgus, vel religio-
num professores eru-
duntur.:



Ed vt regrediar ad id loci vn-

de digressus sum, Locutus est dominus ad Moysen, sic, Loque-
re Aaron & filiis eius. Iam in exodo conuenerat inter deum &
Moysen, vt verba domini Moyses exciperet, inq̄ sacerdotem
traduceret: sic enim habet, Loquere ad Aaron, & pone verba
mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostendā
vobis quid agere debeatis. Ipse loquetur pro te ad populum, &
erit os tuum, tu autē eris ei in his quæ ad deum pertinent. Quo tendit hic tantus cir-
cuitus: Dat dominus mandata Moysi, Moyses fratri, dux populi summo sacerdoti ac si-
egeat in interprete is, cuius est munus ad altare accedere, & pro diluendis infirmis plebis
maculis ad deum ipsum legatione fungi. Mirum est dominum haud per se, sed per ali-
um instruere atque edocere pontificem maximum, a quo tamen vno decernat popu-
lum suum religione sancta initiari, præceptis imbui, operibus erudiri, statutis teneri,
sanctionibus diiudicari, Magnum hic aliquid latet sacramentum, & vt reor confi-
ne his, quæ paulo ante tractabantur, Namq̄ memini erebro legisse me Moysen appel-
latum positumq̄ pro lege, vt in apostolo, vsque in hodiernum diem, quando legitur:
Moyses velamen positum est, Et illud Abrahæ quod superius in duximus, ad diuitem
in supplicis constitutum: habent Moysen & prophetas. Et certe vt Didymi verbis
vtar liquido comprobatur: ibi non illum illustrem virum & mysteriorum dei initia-
torem significatum esse, sed legem. Ex quo possumus colligere, dominum idecirco
per Moysen demandasse Aaron antisiti, sacrorum ritus, præcepta, statuta: mandata,
leges atq̄ iudicia, vt exploratum esset sacerdotibus, nulla fore diuinæ malefati pla-
cula grata, nullas acceptas cæremonias, nullum placabile sacrificium, nulla obsequia
admittenda, nulla probanda opera, nulla iudicia iusta, nullas preces exaudibiles, nul-
las orationes admittendas, nullas respiciendas obsecrationes, nullas denique benedi-
ctiones efficaces, præter eas quas diuinis placitis sanctitas esse diuina de lege constite-
rit. Et re vera cõstita reliqua adiuuenta, quæ hominum audacia præceptis falso opinio-
nis errore sibi confingit, nequaquam ex piamta sunt, sed impiamta non sacrifi-
cia, sed maleficia: non sacramenta, sed inquinamenta: non iudicia, sed veneficia: non
iustitia, sed iniquitates: non merita, sed delicta: non legitimæ cæremonia, sed exleges
superstitiones: non obsecrationes, sed execrationes: non supplicationes, sed subsana-
tiones: nõ denique orationes aut benedictiones, sed irritationes atque maledictiones.
Quis adiuuit spiritum dominum: aut quis consiliarius eius fuit: vt norit calleatque qui
bus hostis sit placidus offensus, quibus oblationibus demulcendus iratus, quibus
piaculis conuertendus auersus, quibus precationibus exorandus, quibus demum votis
promerendus: Profecto nemo: nisi manifestauerit ille qui solus habet necis,
atq̄

Exo. 4.

1. Co. 3.
Luc. 16.

Esa. 40.

4. Re. 5.

atq̄ vitæ. Cuique soli adest facultas ferendi mortalibus leges. condendi statuta,
tradendi præcepta, imponendi ministeria, necnon reddendi pro meritis præmia.
Quapropter quum rex regum & dominus dominantium genus hominum super
fumenta docet coelestia sacramenta, ipsumq̄ certis astringit de certis eademq̄ per
Mosen, id est, scripturas sacras exponit sacerdotali ordini. Neutiquā tyrannidem
in mortales agit: sed tanquam pietissimus pater laborantibus filiis suppetas fert
oportunas: hinc eos æquis inhibitionibus quasi quibusdam repagulis intra iustitiæ
cancellos continens: hinc spiritualibus illectamentis ad superna bona promouens.
At nihilominus leges suas vult obseruari, vt par est, diligentissime exacturus a trans-
gressoribus pœnas acerbissimas, nisi priusquā ad iudicium ventur, sibi consulue-
rint, fructibusq̄ poenitentia dignis iudicis infensi clementiam promeruerint. Verū
quanto satius est, perungi mente cauere, ne in eiusmodi ingeramus nos angustias, vn-
de euadere sit dubium atq̄ operosum, conariq̄ ne prosperis elati, in dexteram volu-
ptariam declinemus, ne ve aduersis fracti desperantes, in leuam ruamus malorum.
Sic enim tenentes viam regiam, qua itur ad superos, amica deo innocenti ipsi place-
bimus. Ceterum habuit natura sub patriarchis inspirante deo cubas suos, habuit
& lex institutam illam cæremoniarum congeriem, quibus populus ille carneus præ-
meretur, donec libertatis anhor ventret, credentesq̄ sibi abiectionis de seruitute ere-
ptos in libertatem filiorum Dei traduceret. Habet quoq̄ euangelium obseruatio-
nes suas, at sub iugo suauis & onere non graui, pios animos nullatenus deprimentes,
imò sursum attolentes, quas ne multitudine sua spiritum distraherent, liberator no-
ster paucissimas esse voluit, easdemq̄ paratissimas. Nec hoc dicim? in suggillationem
piorum virorum: qui peculiari nomine religiosi vocantur, non q̄ ceteros christia-
nos a vera excludant religione, id quod longe abest a sua ipsorum modestia, sed q̄
illorum professio sanctissima id agit, vt obseruationibus quibusdam pietate plenis
primam illam nascentis ecclesie sinceritatem examissim reddat. Hi enim pluscu-
lis institutis deuinis, non modo præceptorum remis, sed consiliorum quoq̄ velis
per hoc mare magnum, & spaciosum manibus, in quo reptilia quorum non est nu-
merus, expedite, cauteq̄ nauigant, summaq̄ nituntur vi, optatum innocentia culus
dam purioris ac excellentioris perfectionis portum culmenq̄ tenere. Quos equi-
dem tanto nobis inferiori statu sedentibus suspicendos magis, commedandos, exor-
mandosq̄ duxerim, quanto diligentius plenusque vitam apostolicam ditissimam
contemptu, mundi neglectu, carnis castigationibus, spiritus incrementis, alternis
officiis, doctrinaeque vulgo impartendæ studio referunt. Habent duces priscos
illos christianæ respublicæ heroas, cænobitas, dico & anachoritas, qui ab ipsis ec-
clesiæ incunabulis huiusmodi viuendi morem seruantes depressis carnis afficti-
bus, adeo vigeabant spiritu, vt illos potius coelitis interesse, quam in humanis
agere putares. Itaque nequaquam nouum est hoc vitæ Christo degendæ genus,
vt quidam læuo spiritu acti calumniantur, sed iam olim, ne altius repetam a Chris-
to institutum, consulenti ei qui ad perfectionem habendam aspirabat: si vis esse
perfectus vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus & sequere me, ab aposto-
lis expressum. Sic enim in actionibus apostolorum legis. Omnes etiam qui cre-
debant, erant pariter & habebant omnia communia, possessiones, & substantias ven-
debant & diuidebant illa omnibus prout cuique opus erat. Obseruatum deinde, vt
diximus a viris apostolicis. Porro si non improbes prædictum cultum, ceu Deo au-
thore traditum, neges tamen maiores nostros se ad illum exhibendum olim ali-
gasse voto, refragatur sententia tua: Paulus Timothæum adhuc modum de vitan-
dis perfugis viduis instruens. Adolescentiores autem viduas deuicta. Cum enim
luxuriatæ fuerint in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam
fidem irritam fecerunt. Vides, vt agit eas voti violatæ reas, alioquin nihil damnatio-

Iob. 35.

Deu. 5.

Mat. 29.

Actu. 20.

1. Tim. 5.

Caput.v.

nis instat his, quæ nubere volunt, modo in Christo. In conjugali quippe vinculo, vt ait Augustinus, si pudicitia conseruetur, damnatio non timetur. Sed vidua si continentia, & virginali excellentia, virtus muneris amplioris expetitur, qua expetita & electa & voto oblata: iam non solum capessere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle damnabile est. Aspicias vt ab antiquioribus ad Augustini tempora vouendi quædam consuetudo dimanauit, sed accedat grauissima diuini Hieronymi autoritas. Cuius ea de re verba subscribere minime graua-
 box, cum ob authoris gratiam, tum propter instantem necessitatem. Ergo tra-

Tren. 3.

stans is author illud Hieremias in trenis. Bonum est viro, cum portauerit in a- gum ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit se supra se, ita philosophatur. Militum ergo Christi perfectio est, exutam mentem habere a cunctis terrenis negotiis, & tumultu seculi, iuxta illud apostoli. Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus & cætera, eamque quantum humana imbecillitas sinit, festinat vntre cum Christo. Quam quidem speciem conuersatio- nis boni eremitæ & monachi qui voto monasticæ vitæ obligati sunt, imitari con- tendunt, satis constare arbitror, vel certe hoc Hieronymi testimonio verum esse, quod deuoto prostentium artiore quampiam religionem proposuimus. Quo semel recepto, nemini durum videri debet, quod religionum patriarchæ dis-
 Matt. 11. trictionibus disciplinæ christiana vinculis, huiusmodi professionis sectatores res- ligant. Nec enim inde grauis molestusve fit suauis illud iugum sequeque onus Christi. Esto quod decreuerit ille non plurimis infarcire ceremoniis euangeli- cæ gratiæ cultores, ne indoctum infirmumque vulgus pluribus oneraret statu- tis, quam posset facile ferre, essentque satis ad tuendam initam secum amicitiam.

Mat. 11.

Nihilominus liberum reliquit potiora capessentibus, tot diuinis præceptis con- sistorum exercitiamenta addere, quot opus esse eis videretur, ad consequendum promptius, expeditius, certius, atque constantius expetiæ perfectionis bra- uium. Aliud est, si calumniis talibus institutos disciplinis in ferulem degenerare timorem: Quibus alloqui in vnam Dei ac proximi charitatem tanquam in totius vitæ scopum diriguntur, scilicet, melius de Deo sentiant milites, quam viri studiosi, aut certius recte viuendi rationem obtinebunt nupti, quam phi-
 Es. 4. 40. losophi, aut ardentiori spiritu ferentur in Deum cameli diuitiis Aegypti onu- sti: quam Aquilæ depositis mundi curis sese in alta tollentes, in solo Domino sperantes, semper volantes & nunquam ab spirituali deficientes inspectu. Cra- tes magnum pondus auræ abiecti in pelagus, dicens. Abite pessum malæ di- uitiæ, ego mergam vos, ne mergar a vobis, sensit vir ille prudentissimus se non posse simul, diuitiis & philosophiæ operam dare. Alter, audito, patriæ excidio atque rerum suarum direptione, magnifice inquit, iubet me fortuna ex- peditius philosophari: & sperabit Christianus in medijs mundi fluctibus ab- solutam se consecuturum sapientiam, faceffat obsecro tam leua cogitatio ab hu- manis mentibus, nulloque modo auscultemus quorundam fabulis, quæ rhe- toricis pigmentis ornatae tunc potissime sub carnis fordes spiritum deturbant, quum illum maxime ostentant. Quare persuadeamus nobis constantium in- tegra pietate religionum statuta non tam humana esse, quam diuina. Quia- bus si Ecclesiæ Catholice autoritas accedat, imo quia accessit, ita fere com-
 Mat. 28. moda sanctæque sunt habenda, sic quodam modo religiose obseruanda, ac si Christus illa per se edidisset. Adest imo præest ecclesiæ suæ Dominus, quoties de rebus agitur momentosis, nec sunt eam falli vnquam, cui se duces affore præ- sentissimum vsque ad mundi cõsummationem pollicitus est magnifice. Quide quod
 Luc. 10. contestatus est apostolicam, id est, ecclesiæ vocẽ diuina paudentem mysteria non tam ipsius, quã spiritus esse paterni in ea loquentis. Quo magis demiror illorũ impietate qui ecclesiæ

Mat. 28.

Luc. 10.

Caput.vj.

fo.c.

qui ecclesiæ spiritum aperte expugnant, & aliorum stultitiam, quæ eisdem oblique de- trahunt. Cum non sit fere minus impius qui ecclesiæ sanctitatem negat: quam qui deum negat: vtrumque enim pari auctoritate credere præcipimur, siquidem hac de cau- sa locutus est olim dominus per Moysem sacerdotibus loquitur, & nunc ecclesiæ suæ per spiritum Christi, vt nos ei tanquam deo ipsi parentes sublato velamine per gratiã agnoscamus, & obineamus quicquid lex præstare nequitur.

Caput.vj.

De multiplici significantia huius verbi benedicere.



Mimvero progrediamur vltè

ritus, ad id quod sequitur, cum benedixeritis filijs Israel, sic dic-
 cettis eis. Benedicere in eloquijs sanctis nõ simpliciter accipitur, modo enim benedicere est benefacere. Vnde Genesis capite. 39. Benedixit dominus domui Aegypti, non dubium quoniam Phuti- pharis, propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus quam in agris eundem substantiam eius, tanti est bonum habere seruũ: vt propter eum bene agatur cum domino suo. Modo benedicere est bona precari, vt Genesis. 27. Isaac dixit filio Esau, benedicat tibi anima mea, antequam moriar: ex quo fit vt benedictiones deprecandi modo proferantur, det tibi deus. Exaudiat te domi- nus & multa his similia. Modo benedicere est commendare, sic vt ait psaltes. Benedi- cam dominum omni tempore: vnde euestigio addidit, semper laus eius in ore meo. Quippe meminerat propheta se quondam dominum ideo dixisse deum suum, quia honorum illius nequaquam indigeret, ac perinde non professus est se benedicturũ deũ ceu factio, dicto, vel prece sua conferat aliquid ei, qui est omnẽ bonum, sed tanquam is qui beneficiorum dei memor gratias agat et qui diues est & propensus in omnes qui sincero corde nomen eius inuocant. Tamen enim est propterea benefactio nihil sper- dere, sed etiam diuina maiestati detrabere impudẽter. Nec mirum. Ingratitudinem, vt placet Xenophonti, potissimum impudentia sequitur, quæ ad omnem turpitudi- nem maxima est dux. Verum & in hac parte mirus est scripturæ sanctæ pudor, quæ frequenter benedicere verbum pro maledicere vsurpat: vt per commoda vtens anti- phrasi verecunde insinuet maledicentiam execrandã, quam petulans in deũ cuomuit impietas. In hunc sensum Sathanas agens aduersum sanctum Iob. Extende, ait domi- no paululum manum tuam, & tange cuncta que possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Nabot item in libris regum dicitur benedixisse deo, & regi, & id circo lapida- tur a populo. Quod autem improba sancti viri vxor marito insultans ait benedixit deo & morere, ad alium pertinet tropum. Nempe Ironiam. Quod ergo hoc in loco præcipitur sic benedicetis filiis israel tantum pollet ac si dictum sit sic bona precabitur mini filiis Israel, vnde mox subditur, non quidem facietis, sed dicetis, benedicat tibi deus & custodiat te, & quæ sequuntur.

Caput.vij.

De prima benedictione per quam fit, vt de plenitudine Christi effundantur in nos præcipua vitæ spiritualis elementa.

N. iij.

Prima itaque benedictionum



connexio duo continet membra, in quorum priori quantum nobis intelligi datur, expetuntur prima vite spiritualis fundamenta, posteriori vero eorundem stabilimentum. Benedicat, inquit, tibi deus. Absolute petit vniuersam bonorum spiritualium copiam, fidem, sine qua impossibile est placere deo, spem, qua ad herere deo proximum est credenti bonum, charitatem,

ad quam mox vt peruenerit sperans felicit in deo pre ceteris dilectio, quiete fruitur.

Sap. 8. Adde prudentiam, iustitiam, fortitudinem, atq; modestiam, quibus nihil esse homini vilius ad hanc vitam degen dam re vera predicat sapiens. Hæc est illa benedictio locupletissima, quam patriarches ille iacob in filium ioseph, idest in vnum queng; spiritali generatione deo adactum, diuinitus concessit dicens, Deus patris tui erit ad tutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi tacentis deorsum, benedictionibus vberum & vuluæ, benedictiones patris tui confortate sunt super benedictiones patrum eius, donec veniret desiderium collatum æternorum, sicut in capite ioseph, & in ceruice Nazarei inter fratres eius. Sane

Ioan. 17. princeps reru deus & pater domini nostri iesu christi patris nri, quippe qui genuit nos sanguine suo deo, exoratus a filio dicente, Pater serua illos, qui crediderunt in nomine meo: semper adiuuat credentem, parteq; vni geniti sui constanter fouet. Cuius sub pedibus, qua pollet vt, cuncta & terrestria & coelestia subiecit, constituens illum

Eph. 1. Apoc. 5. caput supra omnem principatum & potestatem, & supra viginti quatuor seniores, qui coram agno coronas suas deponentes assidue prosteruntur. Tanta est maiestas agni qui occisus est & reuixit, Ex quo fit, vt non modo potestates aduersariae quæ exterius incolunt tenebras, principis nostri signa in nobis eius militibus atque clientibus agnoscant, vereantur, & tremant: verum etiam illi beati spiritus, qui deo plena felicitate fruuntur, benedictiones coelestes immortalibus, at christi consortibus a deo suspiciunt, & amplectuntur: vt eorundem seruos se fateantur esse. Quod vel ex eo liquet, quod Angelus ioannem parantem se adorare, *δουλοῦ*: dulcia prohibuit, contestans se illi esse conseruum, fratrumq; illius seruum. Nec mirum obstruere cuncto prodigio: venerantur quanta valent pietate, hominem Deum, norunt mysterii sublimitatem, gaudentque ita Deum benedixisse terram suam, sic auertisse captiuitatem iacob, sic fecisse benignitatem erga mortale genus, opplendo ipsum benedictionibus sanctorum vberum vuluæque virgineæ, vt terra illa nostra inter mulieres omnes benedicta daret fructum suum precunctis viris longe insignem. In tantum enim patris benedictiones in dilectum suum inundauerunt, fueruntque magnificata, quod vniuersis patriarcharum, prophetarum, cunctorumque iustorum, & hominum & angelorum meritis præualentes illum constituerunt vnicum desiderium collum æternorum, de quibus dominus ad beatos discipulos,

Luc. 10. Multi, ait, reges & prophete voluerunt videre quæ vos videtis. Miraris illum, de quo Esayas cum vidit gloriam eius cecinit. Et erit fructus terre sublimitis, esse desiderium hominum, qui sit & votum angelorum? Miraris ea videre atque audire concupisse homines, in quæ desiderant angeli prospicere: O vtinam sic fuerint patris benedictiones super caput ioseph nostri christi dei ac hominis, vt in nos membra eius, quamlibet tanto principe minus digna, pia effusione defuant. Quam beati esse mus. si iusta regum nostri nominis insigne. christiani enim a christo appellamur, christus vero vniuersi est appellatio, vel tantilla guttula illius vnguenti innugamur: quod obsequio piensissimo effusum in vertice Nazarei totam domum impleuit fragrantia sua, cunctosq; ad conuiuium illud coeleste admissos mirabili oppluit suauitate.

suauitate. Et quid dico conuiuium intra domum vnam letificasse: cum tantę bene dictionis locunditas non modo totum terrarum orbem repleat, & ad se festiuum trahat: iuxta id quod in Epithalamio sponsa sponso christo accinitur, O leuissimum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te, trahere me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum, sed coelestes quoque spiritus in obsequia sua alliciat, deseratque triumphatoris nostri redolentia, accesserunt, inquit, & ministræ tuæ et decantantes illud. Meliora sunt vbera tua, vel vt in Hebræo habetur, dilectiones tuæ vino, fragrantia vnguentis optimis. Quid? quod summarum, quæ in christo extant, opinio virtutum, tam dulci fragrantia paternum pectus afficit, vt pater ipse exultans, & tanquam se continere non valens, quin conceptum exprimat gaudium, deo quæ repleuerat benedictionibus dulcedinis sub patriarchę persona clamauerit. Ecce odor filii mei, tanquam odor agri pleni, cui dominus benedixit. Vere pleni, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, vere pleni, quem vidimus plenum gratiæ & veritatis, vere pleni, de cuius plenitudine omnes accepimus, ita abunde, vt repleti benedictionibus spiritualibus bonis christi odor sumus. Propter quod humana in gratiarum actiones ora soluantur: & quoad possumus, benedicentem nobis cum paulo, benedicamus, conclamantes. Benedicite deus & pater domini nostri iesu christi, qui benedixit nobis, Nempe præ aliis, quos sub legis maledicto perire sinit, bñ dixit, inquam nobis, non tantum ex parte, sed ex asse, id est, omni benedictione non carnali iuxta sensum Iudæorum carneum, verum spirituali, id est, non in terrenis habitaculis, qualia fabulantur, impudenter mentiuntur, at in celestibus mansionibus, in christo, qui sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, vt tandem vbi dominus est, illic sint & ministri eius. Quam pulchra precatio, benedicat tibi deus, detque tibi non tantum hæc vel illa, sed in vniuersum omnia bona, vt rore cæli illapsuque molli cutisque gratiæ spiritualis, qua bene cum proximis agit, & in pinguedine terre, id est, vbertate bonorum, quibus diuina contemplando quiescit in sancta ecclesia vnica vniuersum terra, sit benedictio tua.

Caput.viii.

De secunda benedictione in qua agitur de expetenda a deo bonorum spiritualium custodia.

Primum loco plenissime bonorum spiritualium donationi aptissime adiungit necessaria custodiamque eorumdem custodiam, dum continuo dicitur custodiat te. Nec enim, vt verbis Aurelii Augustini utar: aliquid tale est homo, vt factus deserente, qui fecit eum, possit aliquid agere bene, tanquam ex se ipso, sed tota eius actio bona est ad eum conuersa, a quo factus est, & ab eo iustum, piuum, sapientem, beatumque semper fieri: non fieri, & recedere: sicut a corporis medico sanari, & abire: quia medicus operarius corporis, siue extrinsecus seruicus, naturæ intrinsecus operanti subditur. Non igitur ita se debet homo ad Deum conuertere, vt cum ab eo factus fuerit iustus, abscedat, sed ita, vt ab illo semper fiat, & quippe ipse cum ab illo non discedit, eius sibi præsentia iustifi-



cat. Et quid dico conuiuium intra domum vnam letificasse: cum tantę bene dictionis locunditas non modo totum terrarum orbem repleat, & ad se festiuum trahat: iuxta id quod in Epithalamio sponsa sponso christo accinitur, O leuissimum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te, trahere me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum, sed coelestes quoque spiritus in obsequia sua alliciat, deseratque triumphatoris nostri redolentia, accesserunt, inquit, & ministræ tuæ et decantantes illud. Meliora sunt vbera tua, vel vt in Hebræo habetur, dilectiones tuæ vino, fragrantia vnguentis optimis. Quid? quod summarum, quæ in christo extant, opinio virtutum, tam dulci fragrantia paternum pectus afficit, vt pater ipse exultans, & tanquam se continere non valens, quin conceptum exprimat gaudium, deo quæ repleuerat benedictionibus dulcedinis sub patriarchę persona clamauerit. Ecce odor filii mei, tanquam odor agri pleni, cui dominus benedixit. Vere pleni, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, vere pleni, quem vidimus plenum gratiæ & veritatis, vere pleni, de cuius plenitudine omnes accepimus, ita abunde, vt repleti benedictionibus spiritualibus bonis christi odor sumus. Propter quod humana in gratiarum actiones ora soluantur: & quoad possumus, benedicentem nobis cum paulo, benedicamus, conclamantes. Benedicite deus & pater domini nostri iesu christi, qui benedixit nobis, Nempe præ aliis, quos sub legis maledicto perire sinit, bñ dixit, inquam nobis, non tantum ex parte, sed ex asse, id est, omni benedictione non carnali iuxta sensum Iudæorum carneum, verum spirituali, id est, non in terrenis habitaculis, qualia fabulantur, impudenter mentiuntur, at in celestibus mansionibus, in christo, qui sedet ad dexteram maiestatis in excelsis, vt tandem vbi dominus est, illic sint & ministri eius. Quam pulchra precatio, benedicat tibi deus, detque tibi non tantum hæc vel illa, sed in vniuersum omnia bona, vt rore cæli illapsuque molli cutisque gratiæ spiritualis, qua bene cum proximis agit, & in pinguedine terre, id est, vbertate bonorum, quibus diuina contemplando quiescit in sancta ecclesia vnica vniuersum terra, sit benedictio tua.

catur & illuminatur, & beatificatur operante & custodiente deo. Nec enim sicut operatur homo terram, ut culta atque fecunda sit, qui cum fuerit operatus, abscedit relinquens eam, vel si quid aliud manente opere, quod factum est cum operatore abscesserit, ita deus operatur hominem iustum iustificando eum, ut si abscesserit maneat in absentem quod fecit, sed potius sicut aer presente luce, non factus est lucidus, sed fit, quia si factus esset, non autem fieret, etiam absente luce lucidus maneret, sic homo deo presente illuminatur, absente autem continuo tenebratur. Illa etiam operetur hominem in bonum atque custodiat, qui incommutabiliter bonus est, semper enim ab illo fieri, semperque perfecti debemus inherentes ei: & in ea conversione, quae ad illum est permanens. Ipsius enim sumus figmentum, non tantum ad hoc, ut homines simus, sed etiam ad hoc, ut boni simus: & in bono duremus. Hec ille. Vnde rex ille David tot altoquit victoris inclarus, tanta ditissimum abundans copia, regioque throno pollens, hoc vnum sibi bonum ceteris omnibus contemptis optavit sapientissime. *Mihi, ait, adhaerere deo bonum est, & ponere in deo meo spem meam. Quoniam nisi dominus edificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui edificauerunt eam. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Nulla enim est solertia humana tam circumsperta, quae latentes aduersariae potestatis tendiculas deprehendere queat, nisi diuina quadam sollicitudine factus fuerit peruisus & circumspectus. Non enim tenebrarum principes dumtaxat in lubrico & inuiso; sed etiam iuxta iter, imo in ipsa via abscondunt laqueos, quibus incautos implicent mortales, quos illi soli euadere possunt, quorum pedibus lucerna est & luminae semitis, illud lumenque dei verbum, portans omnia verbo virtutis suae dum facili nutu tenet, fert atque tutatur vniuersa. Inaestat peruisus hostis Belial, qui abtugus interpretatur, dum modo id ferat latitans. Inaestat impiger totoque vagatur orbe furens, mille nobis peccandi obliuiscens occasiones, aut ablati abutens, ut in varia horrendaque vitiorum portenta inuisus deturpet. Nos autem, scilicet, prudentissimi ecclesiae milites, & duces misericordiae strenui pro sollicitudine torporem, pro vigilantia somnum, pro alacritate assiduum formidinem ignauiam: ut tandem pro laude vituperium, pro laurea repulsam, & pro gloria extremum reportemus dedecus. O indignam rerum conditionem: prudentiores sunt filii saeculi huius in generatione sua filii lucis. Heu mores, vnde tanta securitas: vnde tam noxia inertia humanas mentes oppressit? Quibus tuendis nulla hominis diligentia, nulla opera, nullumque studium sit satis, adeo callidus est hostis, nulla inquam virtutum copia tam firma, quae ei resistere possit, qui factus est adeo peritua, improbus, perditusque, ut nullum timeat: modo Christi dispergat oues, laceret, deuoret, perdatque: nisi praesto sit auxilium ex alto ab eo, qui non solum insectos Sathanae incursum a suarum ouium caulis arcere, sed ipsum quoque vniuersae impietatis caput calcibus suis contendere potest. Hanc si bene operam coelitus adesse precabatur sanctus Iob vix ille tolerantique insignis, ne vastis tantarum tribulationum fluctibus obrueretur, sed sibi constaret egregius Athleta praebiturus deo angelis & hominibus pulcherrimum inaudite virtutis, & patientiae admirabile spectaculum. In hunc enim modum orabat, Custodi me domine & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Nec inanes fuere preces illius, qui sola dei visitatione spiritum suum testatur fuisse custoditum. Patriarcha Iacob, ut animi gratitudine praesens dei auxilium promereretur quo vitaret ingentia pericula, quibus longe antequam occurrerent, se inuadendum toto tempore peregrinationis suae mentis oculis providebat, dominum sibi optavit in deum peculiari religione colendum, eidemque se reddendarum voto decimarum obligauit, sic enim legis Geneleos, capite decimo octauo, Vouit etiam votum dicens, si fuerit dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum: reuersusque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi dominus in deum,*

Deum, & lapis iste, quem erexit in titulum, vocabiturque domus dei, cunctorumque, quae dederis mihi, decimas offeram tibi. Longum esset & praeter institutum nostrum, si hunc locum iuxta mysticos intellectus euoluere tentarem, quandoquidem dem proposito firmando sit, satis literae simplicitas, Vocatque nos a biga illi prudentissima femina gratificans Deo, quod seruum suum David custodierit a malo: ne temerario Nabalis Carmelitae hominis sultissimi conuicio concitatus furensque dum vltionem iustam de ingratisimo illo portento expetebat, innoxium simul effunderet sanguinem. Grande fuit proculdubio hoc beneficium. Nam si David, peccante vno, totam domum pari ruina inuolisset, futurum erat homini factus in singulum, & cordis scrupulum, feodo occursum diu noctuque in festum, quod non expectata supremi iudicis autoritate, ipse sese idque praeter modum vitiosus fuerit. Casta quoque Iudith triumphans de Olopherne immamni illo Chaldaeorum principe, agnoscentisque diuinam operam in tanto rerum discrimine sibi affuisse, profitetur ab angelo domini se fuisse custoditam, ne ab immundo proco pollueretur, caderetque cum cadentibus: sic enim interpretantur Chaldaeos. Et dominus: videbam, ait, Sathanam, id est, verum Olophernem saeuissimum sanctarum urbium euersorem taquam fulgur de caelo cadentem, ut nos celeritatem casus & letas autum segetes, comates arbores, virentia folia, suaves flores, fructusque virtutum salubres illius tactu exurit, & in fauillam euanescere, nisi angelica custodia protegantur. Tota, quae in libro Psalmorum meditatio in diuina protectione, vel expetenda, vel celebranda, vel admonenda, expenditur. Huc denique tendit cunctorum professio piorum: aut enim custodiam Dei in se praeteritam agnoscant, aut praesentem vtuntur, aut futuram obtinere deposcunt. Hanc qui habet nihil indigere potest, facta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. Quod si nutritus hominis Deus sit, ergo & defensor, nihilque est quod timeat, imo habet in expugnabile munimentum, quod iacet in hostes quantumuis armis viribusque potentes, cantabitque illud, si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum, si exurgat aduersum me praesidium, in hoc ego sperabo. In quos in eo qui pacis me a iuuetute mea, qui propiciatur oibus infirmitatibus meis, qui eduxit me de lacu miseriae & de luto seculorum, qui custodit veritatem in saeculum, facit indicium iustitiam patientibus, dat escam esurientibus, & eam escam, qua refecti frequentissimas de non uicibus audeant fortiter aggredi, cedere, atque prosternere. Tanti facit custodiam diuinam Paulus Apulus, ut asserere audeat, quod si quando mereamur deum habere propiciatum, nobisque praesentem, continuo ea contingat nobis & fides, sine qua est impossibile placere deo. Non enim ait, omnium est fides, sed fidelis est dominus, qui stabiliet vos, & custodiet a malo. Firmat nos dominus atque protegit cum cauet nobis, ne cum impijs impiemur, ne cum peruersis peruertamur, ne cum sceleratis damnemur, sed expiemur cum poenitentibus, iustificemur cum innocentibus, cripiamur cum pijs, & cum amicis Dei beatificemur facti ciues sanctorum & domestici Dei. Verum obsecro quid est quod ait Paulus, ad credentes stabiliet vos: nisi firmabit vos occultas suggerendo vites, quibus communiter nullis oblectamentis alluciamini ad voluptates incoercitas explendas, nullis vitae molestis auertamini a recte institutis & ab his peragendis, quae deo placere consistunt: Et quid est, custodiet a malo: nisi subducat oes peccandi occasiones, obstruet cunctos tentationum aditus, praepediet subitanea carnis blandimenta, fugabitque aduersarias potestates, ne vim suam pro sua ipsorum improbitate passim in vos exercent. Hec est magna dei gratia, qua nos vndique ab hostibus inuafos, semperque tentationum procellis agitato tutat, & inceptis bonis perflare facit. Non vitique auferendo de medio pentus pugnam, sed temperando, ut parta victoria, ex merito habeat corona: vnde tam dei potentia, quam virtus probet humana, iuxta id quod Paulo dictum est. Sufficit tibi gratia mea: nam potentia mea in infirmitate per-

Psal. 22.

Psal. 63.

Psal. 118.

Luc. 16.

Iob. 41.

Rom. 16.

Iob. 17.

Gen. 18.

1. Reg. 27

Iud. 13.

Luc. 10.

Psal. 54.

Psal. 26.

Psal. 139.

2. The. 3.

2. Cor.

12. iuxta

Gr. 11.

Primus aditus ad seruandam



sanctificationem qua stamus in iustitia & pietate est, ne quid im-
 ptum scienter perpetremus, vt adist ignorantie ventis, imo vt
 p̄sto sit ignorantis custos, qui peccatum iam tam temere com-
 mittendum, sollicitius commodis, vel monitis, vel obseculis,
 p̄pediat. Tulerat sibi in vxorem Abimelech Sarrain Abraham
 esse sororem: at ob animi simplicitate seruatis est, ne adul-
 terio pollueretur. Ad quē ego, inquit dominus, scio q̄ simplici corde feceris, & ideo
 custodi te, ne peceares in me, & non dimisi vt tangeres eam. Paulus quoque diu ruit
 p̄iceps in perniciē Christianorū, zelo quodā dei, sed nō secundū scientiā, repagulis
 diuinae potestatis coercetur, & ex lupo adeo mansuetus redditur agnus, vt quē mala
 parauerat fatentibus nomē Christi, pro Christo patiat̄ idē promptissime. Ceterum
 in tantū necessariū est sollicitudinis comites esse vigiliā atq; orationē, ne diaboli insi-
 diis circumueniamur, cū ab eo impetimur, vt etiā cum nos illum provocauerimus ad
 pugnā, maxima sit op̄ circumsp̄ctione, ne alicūde incautis inimicūq; fretis surrepat
 malū. Quando egressus inquit fueris aduersū hostes in pugnā, custodites te ab omni
 re mala. Omnis enim verus Christi miles, qui in agone cōtra potestates aduersarias
 cōtendit, ab omnibus se se abstinet, nō modo quē mortē in ferre, sed & quē vbertores
 gr̄e spiritusq; profectū impedire queūt, ne forte cū his q̄ licent abutitur, ad ea quē mi-
 nus licet aliquādo trahatur. Omnia inquit Paulus, sibi licere, at nō oīa exp̄dire. Vi-
 dit enim nōnulla opera altoqui bona laudandaq; tot interdū periculis esse circūsep-
 ta, vt lōge sat̄ sit illa p̄terire quā p̄stare. Et quid mirū si in his periculis sit, quē
 quamuis honesta, secum tamē obruentia vel his proxima pericula ferūt, cū nullum sit
 hominis factū adeo rectum perfectūq; quā alicunde deficiat si ad diuinā illā iu-
 stitiā conferatur. Omnes inquit, iustit̄ nostr̄e quasi pauus mensurātq; non q̄ tale
 opus sit mortifera vel veniali culpa infectū, sed q̄ vltioris altiorisq; perfectionis gra-
 du careat defectūq; sit. Ad quē admittī humanae menti sit operosum, assequi autem
 muneris diuini & egregiē cuiusdā felicitatis paucis hac in vita impartit̄. Quapro-
 pter quādiu pugnat, nō satis esse arbitror ab omni re mala abstinere, sed op̄ etiā esse
 nō solū quēdā bona agere, sed etiā in his quē cōstitūssimē vidētur esse bonitatis, et qui
 b̄ maxime diabolus insidiatur, inuigilare nequid circūstet, vnde pereat. Si oculi tuis
 dexter scādalizat te, erue eū & projice abs te: expedit enim tibi vt pereat vnū membro
 rū tuorū, quā totū corpus tuū mittatur in gehēnā. Oēs ergo in recte agēdis rimae, ne
 dicā portae in manifestatio discriminē claudēde sunt, & obstruēde, ne per vnū foras
 mē castra oīa penetrēt, & vniuersa cōponēda sunt inuicem, ne per modicū nō mu-
 nitū tota ciuitas ruat, sicut sapiēs repetit, qui spernit modicā paulatim decidit. Quid
 in quā, quid profuerit reliquos oēs ciuitatis adit̄ obstruxisse: si vel vnus sit religiosus,
 quo hostis ingressus mētis arcē occupet. Id quod satis est ad totū ciuitatis perniciē
 plenāq; spiritū emersionē. Offendēs enim in vno, vt Iacobus monet, omnīū dicitur esse
 re: nō quod qui vnū tantū cōmisit facinus cūcta perpetraverit, sed q̄ sit cōmeritū vni-
 uersa diuina dona perdere. Itq; pro illo vno flagitio perpetua morte dānādus, sicut
 qui plura peccauerit: quibus nō sit tā grāti cruciatū mole premēd̄. Potētes enim potē-
 ter cruciabūt. & quātū quispiā superbo corde aduersus deū fuerit elat̄, vel molliter
 in delictis versatus, tātū & tormētōrū eidē addi iubetur. Sic fit vt quāuis iustitia dei na-
 tua sua ipsius clemētia tēperata, nemini parē scelerib̄ irroget poenā, sunt tamē qui pu-
 niūt̄ pro culpā ratione in dolorib̄ dispares. Nec mirandū q̄ qui aliquaten̄ ex-
 pugnat, capiat̄, tradaturq; victor, quādo in hoc militē genere ipsum nō vincere, est
 vincti. Sic ait. Qui nō est meū cōtra me est: id est, qui nō pugnat, vincitq; pro gloria
 mea, magno defidet cōtra meū nomē, vinciturque dedecore. Quam bene locutus es
 o bone

Gen. 20.
 Act. 9.
 Gen. 21.
 1. Co. 9.
 1. Co. 6.
 E. 4. 64.
 Ma. 5.
 Eccl. 19.
 1. Co. 2.
 Sap. 6.
 Apoc. 13.
 Mat. 12.

o bone Samarita, siquidem nemo potest plene resistere drachoni illi quem formasti. P̄sal. 103.
 vt illudatur ei a sanctis tuis, cum omnes ipsius conatus faciat irritos, ipsumque nefa-
 rium totius impietatis caput conculcet conteratq;. Nullam namq; licet inire amici-
 tiam cum hoste saeuissimo penitusq; implacabilis, qui quo magis facit, violentior in-
 surgit quo magis blanditur, plus illudit, quo letius aridct, occultus nocere molit̄-
 tur, qui ideo ad tempus ab impugnando cessat, vt subinde incantum hominem, mi-
 serumue truculentius inuadat: vagatur improbus erro, per loca ambitionis spinetis
 squallida, & libidinum aestuarentia, obseruans opportunitatem, qua oblata, pios
 circumueniat, assumptisq; secum septem spiritibus nequioribus se repetat domum il-
 lā vnde exierat, quāquam vacantem ocio, ingressus occupet, eamque habitet tanta ty-
 rannidē, vt fiant nouissima illius peiora prioribus. Nempe nullos reperias inter fla-
 gitiosos sceleratores, quam eos qui in morem vxoris Loth, aut proditoris Iudae ab
 optimo vitā instituto retrocessere. Non enim iam aut humano quodam errore de
 linquunt, aut carnis infirmitate labuntur: sed tanquam ex professo virtutes ode-
 rint, amauerūt vitia, omni abrafo de fronte pudore, nec Deum timent, nec ho-
 minem verentur, Fluant libidibus, cupiditate scatent, modo fordidi, mo-
 ro delitiosi, iidem omnia sibi arrogant, rursum nihil audent egregium, inra deni-
 que omnia cum humana, tum diuina penitus peruertunt: his nihil diuinum sapit,
 adeo carni dediti sunt, vt si quid coeleste de scripturarum penuario sanctarum eis pro-
 posueris, illico videas illos ofcitate, fastidire, illudque impudenter iuxta atque ingra-
 te referre. Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. Et illud. Vtinam mortui
 effemus in Aegypto, vbi sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panem
 in saturitate. Nec hoc satis, parant repetere Aegyptum, sed non permittitur illis, sed
 pereunt percussī ab angelo euersore: iacentque eorum cadavera in deserto prostrata
 extra Aegyptum, terramque promissam: sic fit, rebelles enim deo vindice morte,
 & praesentibus priuantur bonis, & futura non consequuntur. Iuxta id quod
 scriptum est. Desiderium peccatorum peribit. Quod si iustus vix saluatur,
 cumq; semel a via domini retrocesserit, difficile eam aliquando repetit, & qui iam
 securus agebat, tanquam captiuum hostem teneret: videmus a captiuo rursum
 reuincī, trahi, & pene inelutabilibus sordibus pollui, quam stultum est hostem
 semel captum dimittere, aut ad horam respirare eum sinere qui cum nullo modo po-
 test conuenire. Reclamat Apostolus hominum vecordie, contestans nullam licere
 cum discordia, tuo cum ipsa discordia inire concordiam. Nolite, ait, iugum duce-
 re cum infidelibus. Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate? aut quae socie-
 tas luci ad tenebras? Quae enim conuentio Christi ad Belial? aut quae pars fide-
 litas cum infidelibus? Iosue quoque filius Naue, p̄monet filios Israel perpetuas foue-
 re inimicitias aduersus gentes promissionis terram, iam inde ab Abraham iure
 hereditario sibi debitam, occupantes, perhibet quēuis inuendae cum illis pacis
 praeludia tanquam magnorum irritamenta malorum, praedicatque eosdem. quippe
 qui homines exleges, quibus cum pacifcantur, futuros sibi callidissimos verae
 pietatis euersores, oppressores squissimos, afflictores implacabiles, absumptores im-
 manes, impietatis hortatores, & causam tandem perditionis, auctoresque extremē
 desolationis. Placet ad verbum hęc monita subscribere, quia singula verba ha-
 bent pondus. Si volueritis, ait, gentium harum, quae inter vos habitant, er-
 roribus adherere, & cum eis miscere connubia, atque amicitias copulare, iam
 tunc scito te quod domus deus vester non eas delectat ante faciem vestram, sed erunt
 vobis in foueam ac laqueum & offendiculum ex latere vestro & sudes in oculis, do-
 nec vos auferat atque disperdat de hac terra optima quam tradidit vobis. Id
 quod rei probant euentus, dum primum sub iudicibus, deinde sub regibus

P̄sal. 103.
 Mat. 12.
 Gen. 19.
 Mat. 26.
 Num. 21.
 Exod. 16.
 Num. 14.
 P̄sal. 119.
 2. Col. 6.
 10. 23.

horum inmemores præceptorum, tantarum contemptores minarum, male inita cū hostibus pace eisdem irato deo, sæpe traditi sunt afflicti, quibus irrequieto labo re, assiduam duramque seruerunt feruitutem. Quid? quod nec fugit hoc malum Saul primus ille in regem populo dei deo authore inunctus. Quippe qui fastu elatus regio, diuini que neglector mandati, cæca quadam audacitate opimis pepercit ex politis, contraque fas inconsulta inductus humanitate Agag Regi Amalechitarum ignouit. Sic enim legit primo Regum libro, capite decimo quinto, Et dixit Samuel ad Saul, Me misit dominus ut vngerem te in regem super populum eius Israel, Nunc ergo audi vocem Domini, Hæc dicit dominus exercituum. Recensui quæcumque fecit Amalech Israel, quomodo resistit ei in via, cum ascenderet de Aegypto. Nunc ergo vade & percute Amalech, & demolite vniuersa eius, non parcas ei, & non concipis scas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice a viro vsque ad mulierem, & paruulū atq; lactentem, bouem & ouem, camelum & asinum, Memor itaque deus malorum, quæ sathanas ingerit Israeli spiritali progredienti de ferreo miserandæ feruitutis carcere, recensensque quævis oblitat modis filio dei ascendenti de Aegypto in montem Moria, id est e culpæ tenebris in lucem diuinæ visionis, nec non ad sedem æternæ pacis contendenti, ut nullæ in vitæ via, quæ Christus est, tendiculas ei obdat, & offendicula obiciat, iubet regi spiritali ire obuiam capitali inimico atque excidere Amalech populum, scilicet lambentem, fallacibusq; blandientem bonis: nec mirum, Nā & ipse sathanas aliquando transfiguratur se in angelum lucis, Iubet inquam, disperdere populum brutum, Barbaraq; feritate crudelem, paternaque immanitate furentē. Namq; parens illius diabolus aduersarius vester, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, Vtrunq; enim interpretatur Amalech, & populus lambens, & populus brutus. Vade, inquit, ne inerti situ ociando contabescas, nedum longo tempore a pugna cessare pertendis, artis militaris oblitiscaris, ac perindes tepescat in te calor ille Rechabitarum feruentissimus, quorum solertia & strenuitas in explenda patris sui iussione ceruicose ignauoq; populo apud Hieremiam oblitiscuntur. Vade & hostem aggredere prompte, ne animos ille in te capiat, dum te negligentius agere cernit. Vade, iaceisse prior in pugnam aduersarium, ut vel prouocantis deterritus alacritate longe fugiat, vel insperato aggressu antequam consilium capiat, turbatus oppressusque cadat. Vade, ego adiutor tuus, qui agnosco omnes meas, & nemo eas tollet a me, ut non ambigas de futura sub tali imperatore victoria. Vade intrepidus, tecum ego ero, qui ero dominus: reuera non solum tanquam deus, sed tanquam vir pugnatior, ut de me cantetur. Omnipotēs est nomē eius, æquum & ascensorem proiecit in mare, Vade impiger in datus virtute exalto Christo deo & homine: qui enim de cælo venit, super omnes est, cui non poterunt resistere omnes aduersarii vestri. Vade percute Amalech gladio spiritus, quod est verbum dei: percute infidelem fidelis, ea fia de qua pater Abraham instructus quinque reges impios vicit, satellitio vsus vernaiculo, id est, trecentis & decem & octo vernis. Hoc enim orthodoxorum numero, episcoporum catholica de sancta diuinarum personarum trinitate, fides aduersus perfidissimum Artum asserta, sibi constat, regnatq; beate. Percute Amalech, et demolite vniuersa eius, subuertere spei machinis cuncta illius machinamenta, quibus inuis ex pugnare tentat. Destruere omnia quæ Amalech habet in mūdo per eam fiduciam, quæ est in Christo meo: hac vos animante voce, ne utquam aut sedentis imperatoris aut ignaui militis, sed præcedentis in pugnam, ostentantisque victoriam: confidite, ait, quia ego vici mundum: percute Amalech, igne charitatis, quo absumas cuncta infirmæ oblectationis vincula, si nescis ignis igne reprimendus: igne charitatis extinguitur ignis cupiditatis: deus ignis consumens est, quem venit Christus mittere in terram, & quid vult nisi ut ardeat: Cuius tanta vis est, ut minima eius scintilla restingue re valeat omnia tela inimici quantumvis ignita, charitas omnia suffert & superat, nihil est

hil est amore veritatis celsius dei perennis nomen afferentibus, nihil pauori est, qui bus & mors ipsa subiacet. Percute itaque Amalech, & caue ne parcas ei qui tibi semel oppresso nunquam sit parciturus. Nec enim subiectis sibi nouit aliquando parcere, & ut malo alieno monitus tandem tibi cōsulat, pepercit Achab rex Israel olim Benadab regi Syriæ: atque eundem postea censuræ diuinæ passus est ultorem. Et quæta est imprudentia habere sub pedibus inimicum cui reconciliari sit nefas, & relinquere illum abire liberum, illæsumus? Iam vero non vis parcere Amalech: non ergo concupiscas ex rebus illius aliquid, non insinceras voluptates, non carnis delicias, non opes perituras, non indignos honores, non dentque reliqua mortalis vitæ ludibria quæ solet impostor ille versutissimus errantibus in mundi huius scena fallere ac polliceri, scilicet ostentans quæquæ versum omnia regna mundi, ac si fuerint eius ditioni subiecta, possitq; illa in quem optarit facile transire. Hæc itaque bonorum simulachra si magno spreueris animo, proculdubio pro te stabit victoria quam nulla sit vnquam turbatura dies. Poteritque iure tuo tentatori quantuis callido illudere, illudq; in eum imperiose insonare. Vade retro Sathana, absiste veræ pietatis perfoctus cuspide, pecunia tua tecum sit in perditionem: scriptum est. Non in solo pane vixit homo, sed vera vita est in omni, hoc est, perfecto verbo quod procedit de ore dei: & rursum scriptum est. Dominum deum tuum adorabis et illi soli serues, qui non modo regna hæc terrestria cum religio poscit, sed cœlestia quoque donat cultoribus suis semper. Enim vero putares o homo satis esse non pepercisit Agag scelerum consciētia tremulo, & iniquitatis adipe pinguisimo, hoc est, ancipiti cuiuslibet impietatis testorio longe falleris, adhuc superest aliquid gerendum. Opus est ad plenam victoriam vniuersa nefandi regis monumenta abolere, nihilq; seruare Amalechiteum, ut terrificere deus cuncta præcipit a viro vsque mulierem. Ego per virum eos intelligi arbitror qui speciem habent pietatis, virtutem eius abnegantes, pessimum genus hominū, qui tunc maxime fallunt, cū id agunt ut viri boni esse videantur. Hæc sunt illa monstra quæ apud euangelii æquissimus ille morū censor liberator noster acris in seffatur, simulatores quæ, iniqui cultores, præsumptores, ambitiosi, iactatores, inanis gloriæ cupidi, contentiosi nouitatu inuentores, hæresum authores, dulcis cygno canunt, si quempiam interciperent parent. Non tā varie simia motus effingit humanos: quæ multiplici arte probitatis vultus mentitur hypocritis. Alius hypocritam polyptō ad subiecti soli specie colorē mutāti nō inepte cōsulit, quæ omnia dicta factaq; sua quætiuis flagitiosa septa quadā obūbrat, singulq; quætiū potest ad gratiā eorū quibus cū cōuersatur fallaci astu cōponit, tantū ut fallat, ut ambitioe consequatur honores, ut diuitias acquirat perituras. Quæ cū obtinuerit, incipit se tandē aperire præstatq; pro casto scortū, pro abstemio çbrū, pro liberali parcū, pro māsueti crudelē, pro pio impiū, pro discipulo proditorē. De talibus dominus inquit. Ambulāt in vestibus ouis, interius autē sunt lupi rapaces. A fructibus eorū cognoscetis eos. Hoc de grege fuere duo illi insignes latrones, Rechab & Banaba fratres, mirus est inter simulatores cōsen. Hæc fuis qui simulando se triticū emere, iugressi domū Ithobeth hominē innoxium in con: iuxta Hæ clau super lectum suū dormientes inuaserunt, atque interemerunt scelestissime. At nō braum. impune tantum commiserere facinus. Oblatos, n. rex inclytus Indeç iubet manu forti deprehēdit. statimq; interficit, amputatisq; manibus ac pedibus suspēdit super piscinā apud Hebronā: simulatibus. n. panē vitæ quærete, longe autē in diuersa tendentibus merito abscedunt affectus & opera, prorsusq; intereunt illis pristini fructus, sicut scriptū est. Spes hypocritæ peribit. Adde quæ suspensū sunt supra piscinā in qua nō erat Iob: aqua fontis vitalis salientis in vitā æternā. Idq; in Hebron: huiusmodi namq; incantatores mortalium in proparulo pēdentes transeuntū ludibrio patent, assiduoq; & interminabili propriæ turpitudinis despectu valde excruciantur. Et quod mafus dānum quam arctissima viuendū disciplina non modo non promeruisse bona, sed mās

1. Re. 15.

2. Co. 11.

1. Pe. 5.

Hier. 35.

Exod. 15.

Luc. 11.

Iob. 2.

Gen. 14.

Hilarius in li. syno

Iob. 16.

D. v. 4.

1. Co. 9.

Mat. 4.

Mat. 4.

Mat. 4.

2. Tim. 3.

Basilius.

Mat. 7.

2. Re. 4.

in: iuxta Hæ

in: iuxta Hæ

in: iuxta Hæ

in: iuxta Hæ

Caput. ix.

Gen. 34. la cōmeruisse extrema tāti dispēdit cōscia, q̄ velut in mortalis vermīs, sāsītātis mī-
mos ppetuo corrodit, est tertius ille dies in quo Sychimitas nō spū sed carne circūci-
fos grauisissimū vulnerū dolor adeo opp̄ssit, vt Israelitis fororis stuprū vindicātib⁹
oīno excidēdi tāquā imbelles oues paterēt. Tandē nulla victorū pestis est tā noxia q̄
hypocritas, nō solū alijs hominibus inter quos grassat, sed ipsīs simulacribus quo-
que quibus frequēter accidit, ita vel proprio vel alieno errore p̄stringi, vt sibi persua-
deāt tā p̄bos esse q̄ vulgo habent, de quibus in psal. legimus. In laqueo quē parauē-
rūt, cōprehensus est pes eorū, s. cū tam sibi q̄ alijs sancti esse vidētur. Quare merito
Psal. 9. vir sanctus exoptat auxilio dīnno se eripi ab eiusmodi circulatoribus custodē Israel
Psal. 34. in hac verba deprecās. Custodi me dñe de manu peccatoris, & ab hoībus iniquis eri-
pe me. Qui cogitauerūt supplātare gressus meos, abscederūt superbi laqueū mīhi.
Verū quā mulierē necari deus iubet? Profecto vt cōcupiscētā brutā preterea, cā prae-
cipit extingui quae ex illarū numero est, quas inducit apostolus: semper discētes, & ad
2. Tim. 3. sciētā veritatis nūquā p̄uenientes; harū professio est sciētā scripturarū sibi vēdica-
1. Tim. 2. re, vel nescio quas reuelationes sc̄are, & inter viros cōtra apostoli decreta naturę ius-
ta violātes de rebus magnis importuna loquacitate dissidere, vel certe prurientes aurī
bus cōquirūt magistros sibi placita locuturos, quorū nēnis, ne dicā dolls, imbutā,
quāto putāt se proximiores esse veræ religiōi, tāto lōgius ab sunt, sexcentis implicite
superstitiōibus, ac perfide more primę parentis dū nīmū credula audītores ac prō-
Gen. 3. piula indiscreto in altiora se agunt affectu, meritis male appetitis diuinitatis p̄nas
iunt. Quid loquar de boue terreno negociosoq; animalī semper versanti, cū
de eiusmodi scriptū sit. Ve habitantibus in terra: terrā habitare dicuntur qui cœlestiū
Mat. 10. honorū immemores, terrestribus tantū incumbunt opibus. Quid de oue, id est, de
Mat. 19. stulta temeritate, cōtra quā quadam veluti serpentū prudentia prēmunitos nos vo-
luit esse Christus dominus. Quid de camelo: cui ciuitatis huius mūdi onusto impli-
Luc. 14. citoq; impossibile est intrare regnū cœlorū. Nā alius in libidinis stercore iacēs putrif-
que, tā olim interit cū patrifamilias ministris accersentibus se nimis respōdit inur-
bane, duxisse carnis vxorē, nullatenus posse adire cenā, cenā aetherea ambrosia cōdi-
tā, qua qui digni habentur perenni solida voluptatis torrēte potātur. Quāobrem ex-
cidenda sunt nobis vniuersa que fuerunt A malech, si vere cū Esau sup custodiā no-
Esa. 21. strā stamus, nihilq; viuificandū quod dñs deus Israel in nobis mori decreuit, ne a re-
gia qua pollemus in Christo dignitate, ob ignauā nostram detrudamur. Præclare
Hermes. Vna, inquit, custodiā pietas, Sit nobis exemplo Saul male seruans quæ deus
bene perire voluit, infelix reprobatur, a deo spiritui immundo vexādus traditur ex-
poliatur regno, exponitur hostibus, vincit ab alienigenis, perit tandē sui occisor ca-
ditq; cū ipso tota geminea domus, ob hanc vel præcipue culpam q̄ hostē deo abnuē-
te seruarit, id quod sacra narrat historia cū inducit Samuelē prophetā aduersum Sai-
1. Re. 15. lem his verbis dei nomine agentem. Nonne cum paruulus esses in oculis meis, caput
in tribubus Israel factus es? Vixitq; te dñs in regem super Israel, & misit te dñs in
viam, & ait. Vade & interfice peccatores, & pugnabis contra eos vsque ad internitiū
nē eorū. Quare ergo nō audisti vocē dñi, sed versus ad prædā es, & fecisti malum in
oculis domini? Et paulo post insciantē Saule, & pro verecunda acūsatione excusa-
tionē impudentem rebellis animo protēdenti subiecit. Nūquid vult dñs holocausta,
aut victimas, & nō potū vt obediat voci dñi? melior est, n. obediētia q̄ victimę, et au-
scultare magis q̄ offerre ad ipē arētū. Quā quasi pctm̄ arto lādī est, repugnare & quasi
scel⁹ idololatricę nolle acquiescere p̄ eo qd̄ abiecti sermonē dñi, abiecti te dñs ne sis rex.

Caput. x.

De studio spiritus & profectu ad custodiā iustitiæ semel
habite requisito.

Diximus

Caput. x.

fo. cxij.



Primum de custodia qua caue-

tur, ne cupiam per nos noceatur, neue ab alijs in damna tra-
hamur, quod ad priorem iustitiæ partem pertinet. Dicendum
quatenus interest custodis spiritualis beneficium perfrare, &
quicquid ei præceptum, consultumque sit exhibere quod ad al-
teram iustitię partem spectat. Declina, inquit, a malo, & fac bonum, Psal. 36.
num, inquire pacem, & persequere eam. Ex quo animaduertis
mus non satis esse animæ tutamento, nemini obfuisse, parumque prodesse, hostibus
repugnasse, eosque fugasse, atq; interemisse, nisi etiam assidua cultura vberes spiritua-
lium actionum fructus deo referas. Nulla enim diu permanens est virtus, quæ exer-
cetur remissius, vt enim iustorum operum assuetudine euadimus iusti, ita eorundem
desuetudine reddimur iniusti. Ardeas itaque opus est charitate, ne amittas charita-
tem. Et quemadmodum natiuus calor, quo vita corporis constat, pingue illud hu-
midum, sine quo etiam viuere animantibus natura negatum, gignit fouetque, nec
non eodem nutritur & durat, ita & charitas deuotionem piam generat, eiusq; fer-
uentibus motibus aucta sultaque seruat. Quod si incipias tepescere, & negligens
tius agere, in proximo est, vt maleculata pietas, proprio priuata calore frigeat, &
brumali tacta vredine per eat. Hinc accidit regi Dauid, vt cū relicto meditationum di-
uinarum strato deambularet in solarario domus regię post mereditem, vt significan-
tius habetur in Hebræo *וַיֵּצֵא מִן הַבַּיִת*, id est in articulo, vespertini, hoc est, in crepusculo
vespertino, quantum noctis instante frigore, refrigerit illius spiritus, tantum foedē
libidinis aestu eiusdem arserit caro. Mox enim vt pulchram Bathsabæ, sic enim le-
gendum non Bersabæ, mente simplici lauante se incaute aspexit, concupuit alie-
nam, allexit, adulteratus est, & ne aliquid ad cumulum deesset malorum, flagitio ad-
ditur facinus ingens, impiorum telis exponitur occidendus infons, & regi fidissi-
mus comes Vrias Ethæus. Vides quanto de culmine ceciderit summus ille vir,
nec ob aliud, quam quod deserto sanctæ exercitationis fœcitu, in quo animus illius
Deo deditus cœlestibus inspectionibus incensus diuinitatis amore ardebat, cœperit
inquieto vanarum cogitationū ambulacro per alta atque alia rerum carnalium sinu-
lacia euagari, euagandoque adeo frigere, vt veluti spiritualium perterfus bonorum tā
sola, vt poeta inquit, Amara gaudia mentis nequiter pensaret, auerit nequius, experet Vergi.
nequissime. Adeo periculosum est a colendo spiritu, vel ad momentum cessare, vt so-
la desidia hominem in præcipitium adigat immane. Quod malum vt diligenter vite-
tur, monitis amore plenis ea de re nobis incuti sollicitudinem pater cœlestis per Mi-
cheam dicens. Indicabo tibi, o homo quid sit bonum, & quid dominus requirat a Mich. 6.
te, vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare coram
domino deo tuo. Ius suum cuique reddere, necessarium est, beneficentiam præstare,
vel certe eam erga inopes optare, propensioris est cuiusdam bonitatis. Ad prudētiam
vero pertinet, & agendis consulere, & bene consulta instanter maturare. Corā domino
autem deo suo ambulat, qui nihil vnquam aggreditur, nisi præmeditatus operari se
eo inspectante, cuius oculis omnia nuda sunt, & aperta, qui que dominus sit, vt pu-
niat delinquentem, & deus vt innocentem, imo & a sceleribus resipiscentem custo-
diat. Et quid Paulus tam anxie exortatur Christo credentes, esse sollicitudine non p̄ Rom. 12.
gros, spiritu feruentes, prouidenteq; bona, non solum coram deo, sed etiam coram
hominibus, nisi vt sibi caueant, ne torpentes negligentia, pro benedictione reportēt
maledictionem illam a Hieremia proclamatam. Maledictus homo, qui facit opus dei Hier. 48.
negligenter. Is est quem in Apocalypsi tepidum, atque cessantem incipit euomere Apoc. 3.
deus. Vnde quibusdam non ignobilibus harum rerum scrutatoribus non ab re vi-
sum est, vix posse nos interdum integrā erga deum amicitia seruare, nisi illius amore

O ij

Caput. xix.

Scottus. exerceamur, veluti quum adest quispiam dies festus, in quo non exterior modo cultus, sed interior quoque diuina maiestati sit exhibendus, si diuina insistent tractanda
 Thomas. mysteria, si vigeat necessitas exorandi deum, vt occurrat extremis ecclesie calamitatibus, si denique sentiat se quispiam ob legnicem agi prouum in sumerum casum, nisi charitatis feruore impressionem fecerit, Qui enim amat periculum, peribit in illo.
 Gam. Dolet sponta in canticis. Vineam suam non custodisse, ob idque amisisse vinum illud,
 1. Tim. 4. quo dei atque hominum corda letificantur. Quod dispendium, nepatiatur Thimotheus, audit illud a Paulo gentium doctore: Exerce autem te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas ad omnia valet. Spem habens vitæ, scilicet deo gratæ, quæ nunc est, & futuræ, non dubium quin gloria quæ nos beatos facit. Hæc est illa salubris iam tunc euangelicæ disciplinæ exercitatio, qua sola seruamur deo, de qua sapiens ita philosophatur. Institutum sapientiæ verissima est disciplina concupiscentiæ. Cura ergo disciplinæ dilectio est, & dilectio custodia legum illius est. Custoditio autem legum consummatio incorruptionis est, incorruptio autem facit proximum deo. Concupiscentia itaque sapientia deducit ad regnum perpetuum. Vides qualiter per sollicitam legum sapientiæ custodiam continemur intra proximos deo. Magna, crede mihi, res est assidua in præceptis diuinis exercitatio, quæ vel perpetuo charitatis vinculo hominem deo connectit, vel certe proximum facit, & ita proximum: vt si quædo quispiam diuinis parere iussionibus, hand quidem malicia affectus; sed vehementi aliqua perturbatione commotus, vel inculpatæ, aut non expetita ignorantia præcepti deliquerit, præstito sit eidem oportunitus eraptor. Iustus, ait, si ceciderit non collidetur: quia dominus supponit manum suam. Hoc est, & si grauius deliquerit, non penitus interibit, quoniam pater ipse cælestis, vt iacentem erigat, summittit manum suam robustam, filiumque potentem, qui olim ab impijs pro peccatoribus inter iniquos reputatus, & exaltatus a terra, inuisa vniuersa trahit a se ipsum, atque suppressum conuehit in cælum. Namque pius est credere, misericordem deum longe citius reuocare in gratiam suam studiosam quam peruersum, & eum qui prope semper imperanti sit obsecutus, quam illum qui assidua rebellionem, spiritui sancto resisterit pertinaciter, & eum denique, qui multis abundauit bonis, quam fatuum nullas olei sancti reliquias in lampade sua retinentem. In quo multo attestat probus improbo. Esto enim quod vir probus aliquando a recta discedat, nec erit hō qui non peccet, tamen velut in plano labitur, caditque ac perinde læditur, at non profusus cōteritur, remanētibus adhuc in eo pristina iustitiæ vestigijs. quibus est parendo monitis aptior: pauloque momento impulsus e vestigio ad pietatem colendā regreditur. Ad hæc. Quis vnquam rex inter mortales tantum a ratione & humanitate, ne dicam ingratitude, procul abfuit, qui duobus seruis simul parique nexa peccatibus facilius citiusque non ignouerit ei, qui sibi ante offensam, pluriora præstitit obsequia? Quāto magis rex ille regum & dñs dominantium, in quo vno, clemētia & Imperium parilance contendūt, priorū memor laborū, respicienti ventiam accelerauit? Huc pertinet quod, reliquis gentibus tanquam nihil posthabitis, antelucatus olim deus, per ora prophetarū magnis clamoribus petentem populū Israel in primis ad se reuocabat, quæ esset ei speciali cultu, licet non plenis moribus additus. prioraque patrū merita apud illum vivebant, qui mortificat mala scilicet mina, fructusque noxios amputat, vt meliora plantat, & edificet, & vias viuificet. Dū modo absit pernicacia duræ mentis, absit & a corde rebellio, quibus tanquam firmissimis obstaculis præpedi deus, ne, quæ suū est maxime opus, nisi misereatur, cōscius namque signemēti nisi penitentissimus rerū pater, non tam egre fert hominē deerrasse quā indignatur, postquam peccatū est, erroris agnitiōe ad viam, saniorque mentem nolle redire. Illic forsitan hostis callidus incautū interceptit. Hic captus expli carū negligit. Illic mortalis infirmitas labitur, hic desidia inceptissimo torpore luto hæret, illic iniustus timor, vel a recte institutis deterret, vel iustus dolor ad iniuriam adigit. Hic

Caput. xj. Fo. cvij.

gl. Hic animus fregit, atque honestorum immemor, nihil altum aut dignum homine meditatur, & tanquam iam deploratum sit, non audit deum ipsum reuocantem se, scripturamque illud mortalibus ingerentem. Resipiscite appropinquabit regnum cælorum; Matth. 3. Ex quo aperte mirabile illud infertur porissima, neminem videlicet damnari solli, quia peccauerit. Cur ergo quia a peccato non resipuerit. Siquidem hac sola insipientia procul a peccatore plenitudo pietatis arcetur. diuina, dum quod male perpetratum est, peius defenditur. Id quod tanti est criminis, vt hinc accidat hominem obstinata mente malo hærentem, satellitio angelico, quo erat munitus deserti, tradiditque tortoribus indefessis excrucian dum. Vox quippe medicorum spiritualium desperata omnino languentis salute, est illa apud Hieremiam prophetam, curauimus Babylonem, & non est sanata, derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam. Quam calamitatem præculdubio extremam, vel certe extremam proximam, vt nobis vitare contingat, necessum est omni nos custodia custodire animas nostras, agnoscere deum in primis nostri custodem, ab eo tanquam præcipue & vnico seruatore totos pendere, spiritus illos celestes, quibus de nobis demandata est cura, passim vereri, atque propitios fugiter habere sanctos dei, qui nos in vitam æternam præcæserē, exoratos nobis semper esse, vt quantum de propria securi sunt salute, tantum de nostra solliciti, infirmitati nostræ patrocinentur apud eum qui sanctissima amicitia eos sibi adiungere dignatus est. Opus est denique nos nullatenus nobis deesse, semper agere hanc vitam anxios pro futura obtinenda, semper excubare in custodiis tabernaculi, ne qua templum dei surreat occultus latro, munire nos mandatorum impensa, expeditiores fieri consiliorum exercitatione, quibus artibus non modo sumus ab omni hostium impulsu tuti, sed etiam immanes illos gigantes deo semper reluctantes alacritate vere christiana impetamus, deturbemus nostraque subdamus imperio; Id quod triumphator in Israel Christus noster militibus suis, leges suas seruantibus strenueque certantibus pollicetur, dicens. Qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur: & dabo illi stellam matutinam.

Caput. xj.

Quod Christus est ea lux matutina quæ in Apocalypsi victoribus promittitur.



Que nam alia est matutina

stella, quæ bene militatibus pro summa mercede promittitur, nisi quæ patriarchæ Abrahæ illuxit, firmavitque in hoste, proposito maximo cunctorum laborum premio, dicens: Noli timere, A brahâ, ego ptektor tuus, & merces tua magna nimis. Et rursum in Apocalypsi, Ego sum genus & radix Dauid, stella splendida & matutina. Quam sane diuinitissimam stellam, non Iudei tantum, sed cunctis quoque gentibus salutarem olim prædixit Balaam totū orbem illustraturâ. Orietur, ait, stella ex Iacob, Quæ tanquam stella. Ea sanæ quæ Hebrayce dicitur צהר, Græce φῶς φερός, id est lucem ferens. Christus enim qua homo lucet luce matutina, ceu umbra quodammodo carnis inductus, qua deus fulget claritate, nimirum merita diuina, verus iustitiæ sol. Et quæ admodum subobscuris prophetice lucernæ lumine circumclumur ad matutinū luciferū, ita puro matutinæ stelle splendore induamur ad clarū diuinitatis eius diem conspiciendum. Hæc de causa princeps ecclesie Petrus ethereo splendore afflatus eorū probat studiū, quū per Mosem & Heliam, id est legem & prophetas nituntur peruenire ad intuentiā sitientem in christo dño patris æterni gloriæ. Et 2. Petri habemus ait, firmiorē prophetici sermonē, cui beneficentis attendentes quasi lucernæ

lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat & lucifer oriatur in cordibus vestris. Hec est domini illa facies, qua filios Israei coelitus irradiari tertio benedictionu loco expetit spiritualis symmythes dicendo. Ostendat dominus faciem suam tibi, vel ut in Hebraeo patet Grego haberi docuimus. Illuminet dominus faciem suam super te, Cui explicanda iam hinc summamus initium.

Caput. xij.

Quod beneficio lucis cuncta conitant, videntq; vel natura vel spiritu.



Pater enim quod dicitur

tris, qua illustrante hominum, & angelorum mentes pater agnoscitur. Nemo enim nouit patrem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Vnde Ioannes in Apocalypsi apud Hierusalem coelestem non videt solem, nec lunam, quod lucerna eius sit agnus, ne scilicet, conuulsus supra omnem principatum & vniuersum & potentiam rex regum & dominus dominantium, dominus cum in terra, tum in caelo, quo ostendente se omnia collustrantur, eodemq; se abscondente obtenebrantur omnia, tot perent enim cuncta perpetua damnata caligine, nisi verbi beneficio illustrata clarent. Et quoadmodum soli iste conspicibilis, quamuis motibus alternis partiat cum nocte diem, quaecumq; tamen attigerit, statim perlestrat, ita sol alle spiritualis & nunquam occidens quaecumq; diuinitus & efficaciter, cōtigitur, illico diuinis fulgoribus, plenitudine, varioq; perfectionum gradu naturas rerum distinguit, dum enim praestat quaedam solo, trahi sensu; quaedam etiam ratione ducit, alia demum sublimiori quadam intelligentiae vigete perspicacitate, singulis proprio cuiusq; captu lumen suum impetit, quo perfectum vnum quodq; entium conuenientia subintendat & conquirit, contraria vero fugat & propellat. Quo circa grande miraculum est homo, quem non ab re, sed a deo appellatum, id est magnum mundus constat, ob idq; peculiari quadam ratione dei ipsius omnia nota in finito eminentiori continentis, imaginem in se gestare credat, sic enim legitur in ipso scripturae reuelatae limine, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Ex quo liquet pulchritudinem, miramq; in tota rerum natura opus esse hominem, & voluntate summiq; bonitatis particeps. Imo etiā inde hominis dignitas claret q̄ humanum corpus artificis verbū, et animę excipiedę aptū effigiauit, quę quadatenus naturā diuinā pulcherrima forma insinuat, vt ita corpus humanū vt in tractatu de cruce expressimus eatenus ceteris corporibus, cū terrenis, tū caelestibus antistetur, quatenus propria animæ mēte videntis, sedes effectum, deitate ipsam proximus imitatur: ac perinde suo pte modo imaginis diuinæ consortio adeo pollet, vt verbo, id est, verę lux ei prę reliquis corporibus fuerit assumptile. Quominus miseris humanum corpus haud secus corporali lumine allici, & delectari, ac mentem luce spirituali sibi cognata, imo hanc succipe modo, anere beneficio animę beatę aliquatenus obtinendā. Et em̄ vanitati creatura subiacet, nō volens, propter eū, qui subiecit illi in spe. Quoniam & ipsa creatura liberabit a feruitute corruptionis in libertatē gloria. filii dei, Cōtingetq; hec tanta nō modo animę, sed etiā corpori foelicitas quādo, quod seminatur in corruptione, surgit in incorruptibilitate, seminatur in ignominia, resurget in gloria, seminatur in infirmitate, resurget in potentia, seminatur animale, resurget spirituale. Id quo nemini euentre potest, nisi ei cui ante obitum illuxerit vera illa lux, quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,

Matt. 11. Apoc. 21.

Ephes. 1.

Gene. 1.

Rom. 8.

1. Co. 15.

Ioan. 1.

Caput. xij.

Quod certo illuminationum ordine peruenitur ad consummatam gloriam, non utiq; natura, sed Christi gratia.



Pater quemadmodum diuini

vultus lumine, quo natura signati sumus, adiuti, valemus per fidem caelestia capere sacramenta, quibus inferiores iacent animātia rationis expertia: ita aethæreis illustrationibus afflata, quibus animus defacatur a foridibus, originea letalique labe cōtractis, idonei redimur intuendo recta acie veram illam lucem, pleno apertisq; fulgore micantem. Nemini, inquam, vel hominum vel angelorum, Christo tamen excepto, contingit vnquam ipso conspicua deitatis nitore affici, nisi prius inferiori quodā lumine, quod peregrinorum tantū est, ad eiusmodi gloriosam supremę maiestatis affulgentiam excipiendam preparatus ac veluti sulcus excipiendo gloriae seminū premollitus fuerit, sine id exigente rerum natura, sine ita disponente eo, qui temperat omnia nutu. Nec fuit alienus ab hac sententia sapiens ille, qui de eiusmodi bonorum profectū iustorum, ait, Semita qua si lux splendens, procedit, & crescit vsq; ad perfectam diem. Iustorum nempe opera primum sunt imprudentiæ luce, deinde fidei, quæ per charitatem operatur, incremento procedunt, tandem sapientiæ cuiusdam sublimioris pronentū peracta, aeternam operantem inducunt ad vitam, quæ est perfecta dies. Quare magnis virtutibus opus est, vt perueniamus ad hanc lucem, nec sublustrem, nec vespertinam, nec tantum matutinam, sed vere meridiam, vt erumpat quali mane lumen nostrum, vt possimus cum sponsa sine impietatis macula, absque prauitatis ruga sponso decantare, Indica mihi vbi pascis, vbi cubas in meridie, vt denique profecti de luce in lucem, id est, de virtute in virtutem vt deatur nobis deus deorum in son firmissima aeternitatis specula. Ha bone deus. Quis nam septus vniq; tenebris, semperq; lubricum obambulantia non passim offendat, cadatq; tantum abest ab homine probitatis profectus, nisi qui promouerit pedem, directus seruatusq; duce illo, qui veracissime de se predictat. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habet lumē vitæ. Eia ergo pater optime rerum infunde errabundis, atq; cœcutientibus nobis, il lucentem desuper benedictionem, illumina faciem tuam super faciem nostram, absque sum tenebris se longe superioribus obrutam. Tu enim scribi iussisti tenebras effusas fuisse non subtus, non intus, non alitruicus, sed super faciem abyssi, quo significatur rerum diuinarum ignoratorem, multum creatum exuperare sensum, solaq; cōditoris vi posse eam inde discludi, & profecto ita res habet. Manet enim terra æternamq; manebit inanis & vacua, deserta, inuisibilis & incomposita, inanis inquam bonis moribus, vacua rerum scientia, deserta caelesti ope, inuisibilis inertiae quodā rectorio, prauis motibus incomposita, nisi tu lucem adesse præceperis tuam, qua anima illustrata, recta intelligat, diuina concipiat, impleatur æternorum spe, prodeat in opus, misraq; consonantia suas componat actiones. Dic pater optime, dic more antequo, vel fiat vel sit lux nec enim temporum spaciis opus est, quibus fiat quicquid esse volueris. & statim in ipso distionis articulo erit lux. Emitte tandem obsecro lucem tuam, & veritatem tuam, quæ me a tenebroso impietatis & iniquitatis carcere deducant, & in montem maiestatis tuæ sanctissimum, beataque iustorum tabernacula feliciter inducant. Ostende faciem sapientiæ tuæ super me, quādo quidem nisi fallor super salutē, & speciem dilexi illam, & proposui pro luce eādem habere, quia inextinguibile est lumen ipsius, ac longe lateq; per omnes res diffunditur.

Prouer. 4

Esa. 59.

Can. 1.

Psal. 3. 3.

Gen. 1.

Legenico

latum, lib.

differtia

rum Hee

braticarū

cap. 1.

Psal. 42.

Sap. 7.

Caput. xij.

Caput. xliij. z. xv.

Quod inter omnia corpora lux commodius ac plenius spiritualia representat.



Empe adeo mirabili artificio

corpora, rerum conditor formauit, ut spiritus, & eorum, quæ in eo geruntur apertissima essent exemplaria. Idque ex inuisibilibus visibilia condens, ut rursus ex his quæ apparerent, ad ea quæ minime cernuntur, noscenda per comòdas similitudines creatura promoueretur. At qui hoc in munere sane pulcherrimo principatum egregie obtinuit lux, quippe quæ tanto est potentior atque apertior ad spiritualia mortalibus insinuada quâto corporeis limitibus ac defestionibus minus contineri tangitque videtur. Quæ de re iuuat nonnulla huius sensibilibus lucis beneficia stilò percurrere, quibus aliquatenus illa nobis innotescant emolumenta, quæ nobis ostensione facies paterne contingere volumus. Porro lux illustrat corpora, manifestat, calefacit, germinat, nutrit & cõseruat. Nec enim colore corpus est visibile, nisi quia lucis est particeps, nec videtur, nisi luce illud manifestante, nec igni caleficeret, si lux abesset, nihil gigneret, nihil aleret, nihil denique contineret, nisi luce foueretur. Experiments namque constat accedentem solem varios telluris sequi prouentus, eosdemque illius abscessu paulatim deficere demumque interire, quæ omnia tanto beatius animis humanis lux præstat spiritualis: quanto æterna temporalibus sunt potiora.

Caput. xv.

Quod lux spiritualis reddat pios omnia factam, illustres atque splendidos.



In primis itaque quibus dei factis illuxerit, sic illustrat, ut non modo eos e tenebris reducat in lucem, sed faciat quoque clarissima mundi luminaria, ad quos ait, Vos estis lux mundi. Et paulus fuisse aliquando tenebre, nunc autem lux in domino, ut filii lucis ambulate. Hoc autem vltimum ideo gentium doctor adiecit, ut admoneret nos, oportere filios lucis, lucis opera præstare, ne obscuris factis degeneremus ab illustratore deo, id ipsa nobis exigente, quid enim aliud lux a luce, nisi lucem deponatur? Vnde cum ad illustrem illam paternamque adoptionem capefferem dam natura dei filius homines inuitasset dicens. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis, rursus quos lucidos genuit, lucere requisit, sic dicens, Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant bona opera vestra: & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Vult itaque Deus lucis filios ea operari, quæ recta sint, honesta atque decora, quæ iusta, pia, quæ magnis honoribus digna, quæ natua pulchritudine clareant, quæ neminem offendant, quæ cunctis mortalibus commoda, audeant in publico versari, quæ manentes intra pectus veræ sapientie radios exerant, spectantium oculos quamuis inuidos fulgore suo perstringant, imò demulceant, & ad se allicitant: ita quod honestorum dulcedine capti respiciant ipsi quoque rebus coacti sentiant atque testentur, in solis Christo credentibus habitare deum. Huc pertinet, quod legislator ad veros Israelitas, in quibus dolus non sit, inquit hæc est enim vestra sapientia & intellectus coram populis, ut audientes vniuersi præcepta hæc scilicet, vobis ea opere

Matt. 5.
Eph. 5.

Ioan. 12.
Mar. 5.

Deu. 4.

Caput. xvi. Fo. cir.

ea opere complentibus, dicant. En populus sapiens & intelligens, gens magna, nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Nolo putes veterem illum populum carni feruentem tantam gloriam olim æque sibi vendicasse ac nos, qui spiritu dei ambulamus, in quibus non sub vmbra, sed in veritate habitat deus, quorum mysteriis non figuris, sed corpore preesto est, in quos fines seculorum deuenire, de quibus non tam sibi quam nobis ministrantes prophete priores quidem tempore, haud dignitate, quodam cecinere, Et ut ceteros prætermittam, Moses inducit Deum ita loquentem. Inambulabo & habitabo in eis & ero illorum Deus, id quod Iesus noster iam iam in cœlum commigraturus firmavit perpetuam sui copiam Israeli spirituali facturum magnifice pollicitus. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cõsummationem sæculi, Petrus quoque apostolus postergatis lapidis illius angularis reprobatoribus, deiectisque tanta de dignitate offensibus, merito insuffectos illorum loco mirabili dei officio Christianos totam illam antiquitatis temporisque præsentis gloriam transfert. Ad quos, vos ait, genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut vires conuocetis illius, qui de tenebris vos vocauit in admirabilem suam lucem. Sane potestas dei tunc maxime prædicamus, cum non vobis tantum, sed quod primum est, variis clarisque gestis ita splendemus, ut non tantum principes tenebrarum inimica illis luce fugemus; sed quosque etiam nebulones cõspicua disciplina Christianæ castitate opprimamus: compellamusque eos non solùm in nos non obloqui, sed ut vires quasdam diuinas in nobis agnoscerent nos in cœlum efferat, vel potius ipsum tantorum auctorem honorum summis laudibus celebrat. Quæ officia ecclesie monacha totis votis a nobis efflagitat, dicens. Dilecti obsecro tanquam aduenas & peregrinos, abstinete a carnalibus concupiscentiis, quæ militat a duerfus animam, & conuersationem vestram habete bonam inter gentes, ut in hoc quod obloquuntur vobis quasi maleficis ex bonis operibus æstimantes nos, glorificent Deum in die visitationis, hæc est ille magnus horrendusque extremi iudicii dies tam optandus pias, quam impis formidandus. Quanta autem tunc erit gloria domini nostri Iesu Christi quum gradens in stola sua spectosus forma præ filiis hominum, atque mitis sanctorum splendoribus exornatus tradiderit regnum deo patri, regnum æternum quod non corrumpetur. Qualis erit deuicto hoste triumphus: quâto amplissimam electorum a se seruatorum gloriam factus omnia in omnibus totum mundo obtinentauerit, dicens. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus. Qualis item erit gloria nostra: quanta lætitia: quando erit lux lune, sicut lux solis, & lumen solis septapulum, sicut lumen septem dierum, idque in die qua alligauerit dominus vulnus populi sui & percussuram plage eius sanauerit. Admirabilis proculdubio erit tunc humana dignitas, & donec videatur ineffabilis: imò incõprehensibilis, quando lux istius mortalitatis corporis solari luci æquabitur. Luxque animæ septuplo futura est splendens sole, in die illa reformationis gloriose, in qua dominus Christus veteris atque immanis homicidæ debellator, mortis cum primis, tum secundisque profligator, vinctas sanguinẽ sanctorum, qui effusus est super terram magno cum totius beatitudinis fornore & corporum vulnera & animarum percussuras molli tactu curauerit, celestis virtute sanauerit, & omnia opulenta glorificauerit. O si tantillum eiusmodi candoris aperte percipere nobis adhuc peregrinis diuino munere cõcederetur, quâ mirabilis & vere castos fruendi se amores in nobis gigneret. Nimis statim posthabitis temporariis comòdis nunquam tam bene succederibus, quin alicunde male nos habeat toto impetu ad illam gloriam capeffendã cõtenderemus, ab illa pederemus, in illa quiesceremus. Quominus quisquam mirabitur diuino Petrum, capta semel in monte sancto tantula vere luets degustatione, præ illius magnitudine obstrupisse, adeoque fuisse delectatũ, eaque oblectatione captũ, ut sui oblitus, mysteriorumque nescius optauerit

Leuit. 26.
2. Cor. 6.
Matt. 28.

1. Pet. 2.

1. Petri. 2.

Esa. 8.
Esa. 30.

1. Pet. 6.

Matt. 17.

nerit perpetuas sibi dem stabilem sedes. Quare liceat cunctis fidelibus fratribus Christi germans clarissimam illius dei sibi promittere gloriam in qua iuxta prophetarum oracula Christo auctore firmata, fulgebunt iusti tanquam sol in regno patris eorum.

Quod luce manifestante agnoscitur natura rerum conditio mundi atque decursus.




Alterum lucis munus esse di-

ximum manifestare corpora, que ipsius participio sunt colorata, quia quantumcumque primis distincta coloribus in se ipsis corpora niteant, cerni nequeunt, nisi lux medtas obstantesque splendore suo diuerberet umbras, sic etiam quantumuis mens humana natua intelligentia vti clareat, non itaque apprimere naturas rerum (si cui aliquando ea obuenerit) felicitas, ea tamen, que

supra naturam sunt, nullo modo discernoscere potest, nisi eorum elate, qui lucem habitas inaccessibilem. Alioqui lux eius haud esset inaccessa, sed adibilis, & creaturæ obuia, essetque futura conditori sapientia ac perinde essentia par, id quod cogitare absurdum, sentire impium est, aggredi scelestissimum. Quis enim nouit, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis, qui est in ipso: & quis nouit ea, quæ sunt Dei nisi spiritus Dei qui est in eo. Quis adiuuit spiritum domini, aut quis consiliarius eius fuit, cum cælum terramque crearet, id est, vniuersa conderet, Positis enim extremis cuncta quæ eorum complexu continentur, more scripturarum intelliguntur accedat & enarret audire paratis. Quod si nemo est tam vgcors, qui tantum negocium sibi audeat vendicare, fateamur ingenue solo deo ipso detegente datum esse mortalibus nosse, verbo illius extensos fuisse cælos, libratam & stabilitam terram, insulam super inane atque caliginem lacem, dissepargas aquas supernas ad infernis, posito inter vtraque firmamento, rursusque inferioribus discapeditatis ac veluti solum in vnum vndiq; coactis calcabilem patuisse aridam, arboreis comis ornatam, floribus distinctam, frugibus vberem, vt lucundam simul & vtilem colono suo præberet speciem, inde nocti, solem & lunam, cætera que astræ errantia & fixa, sane pulcherrima superioris mundi ornamenta in alios atque alios hominum vsus, auctore deo edita fuisse, suoque ordi singula affixa. Ex aquis item prognatos pisces, dissiluisse volucres, deque terra reliqua constituisse animantia. Hinc quoque compertum quod quum vt poetæ verbis vtar. Sanctus his animal mentisque capacis altè deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset, magno deitatis consilio conditur homo pulcherrima mundi portio in quo sita anima imis, id est, cœlestia terrenis: spiritualia corporeis, diuina humanis, mirifice iungerantur. Denique constituit totius nature corporeæ princeps, angelica haud omnino inferior, cui cuncta essent ad votum obsecutura: quandiu & ipse conditoris sui pareret imperio. Heu miseram sortem. Tentatur primus homo, blandis demones sollicitationibus, infecatur male credulus, decipitur, ruit præceps in fructum arboris vetitum. Comedit, perit, ac perdidit omne genus humanum. Inde mali labes in posteros effusa longius dimanauit, eoque increuit addendo indices peiora prioribus, vt quasi irremediabilibus malis esset offensa diuina maiestas, ac veluti poenitens conditoris humanæ, ac veluti genuinæ esset oblita clementiæ fulgurantibus fulminibus in mortales detonuerit, vastissimoque diluuiio totum obruerit orbem terrarum, relicto tamen quæ sua ipsius pietas est: semine, quo in melius opus instauraret amissum. At nec tali exemplo monita dnu innocentia stetit, abiit illico turpes mortalium indagnata

gnata mores, desensitque iterum carceribus ruptis impietatis pestis per omnes mundi peruagata fines. Vnde interim probat deo Abrahamam, iustitiam fidei signaculo prænotat, cui si ut re promissio des a quo prior ille populus ducit, eadēq; nota insignitur, quia a cæteris gentibus segregatus legē angelicæ ministerio exciperet tabulis, ne facile aboleret, lapideis cōscriptam, que quodam humano cordi penitus heres mortalium incuria, negligentia atque nequitia oblitterata fuerat. Sic est ille populus, qui quodam adactus factus in Aegyptum descendit, seruit Pharaoni, eripitur auctore deo, traicit mare, vaga tur per desertum, accipit legē, debellat hostes, transmissa que Jordanē, pulsisque Palestinam habitatoribus iuxta dei promissam patriarchæ edita, terram possedit pulcherrimam, dein de agitur sub iudicibus, seruit regibus, patet sacerdotibus, pollet patriarcharum gloria, excutatur prædictioibus prophetarum, auctorum monitis corripitur, pforū exemplis coarctatur, & pro varietate meritorum modo fouet laus, modo trahit exercet, labit, offendit, cadit, affligitur, flagellatur, subditur hominibus, respicit, emendatur, venia precatur a domino, offensum exorat, quiescit ad breuē tempus, moxque reuersus ad vomitum, quæ prius danauerat flagitia, maiori libidina repetit, traicitur exul Babyionem, & ne extingueretur lucerna Israel, vti potius nouale, vt in Hebræo habet. vnde Christus nascitur profusus periret, vel si mali virtutis. Alterum em sacramentum continet filii, alterum, vti ro maris virginis, in antiqua sub Cyro patria reuocat, vbiq; vigeat deo volens nolentis legis iugo præmitur. Gemitu auctori angustia malarum constrictus desudat, caditque serui sub onere, assiduusq; tade laboribus maceratus a diebus Iohannis Baptiste excussus graue occidētis se pōdus, sola euang. lit gratia meditatatur, gratia cupit, gratia insequitur, vimq; inferre parat cœlorum regno. Pontusque rerū futisset, si nō temeritate inaudita inclisisset in lapide offensiois atque Mōstic suo insipiscet & parasset, & in tu lisset impie necē, quo nephādo crimine reulle legē maiestatis cōmeruit cœlesti opede stuiti, infestūq; sibi deum sentire vbiq; gentium, apud quās tacet sordibus, ignobilis & abiectus, in clamateq; iustissimam Abel sanguine errat vagus & instabilis. At quāto factus licitus rapuit violetus orbis regnū cœlorum quod mazer ille populus in deteriora volutus, inuidia stimulis actus, & miserādo opiniois errore cœcus tam multis, tā horrendis, tam assiduus calamitatibus diuexatus, aut nondum sentit amissum, aut si forte id percipit, data opera quod extrema est infantia, crimen fateri detrectat, ne tanti sceleris ignominiam subeat. Lege actioes apostolicas, audi Paulum dicentem. Nos autē prædicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalū, gentibus autem stultitiā, ipsis autē vocatis Iudeis atque Græcis Christū dei virtutem & dei sapientiā. En tibi qua illumināte luce totus mudi decursus atque ratio a capite usque ad talos discernoscitur.

Quod facie dei illucente deteguntur regni cœlorum mysteria, morum discrimina, & varia proborum ac improborum premia.



Meterea hec lux est illa sapien-

tia, que e celo detonās Paulūq; tremefaciens a Pharisæico super cilio profernit, suq; lumine circūfusum excoecat, vt caligante exteriori visu, interiori penetret illa occultiora arcana dei, quæ non licet homini loqui. Maiora vtiq; diuinitatis mysteria in illa extasi Paulus perceperat: quam quæ humano eloquio efferrī queant: aut ab auditoribus percipi, nisi ad similibus paulo rerum imaginibus fuerint affecti. Quod si nonnulla eorum sacramentorum iuxta Esaiæ vaticinium sulo hois cōscribi poterant

forfitan digniora erant quam fas eſſet fordido vulgo, tumidis ſophiſtis, aut aſeſ hominibus inuulgare: ne ſanctum daretur canibus, neue margaritæ ante porcos proſcenderentur. Talia putanda ſunt, quæ Paulus fatetur, vel ſtudio ſubticuiſſe, vel certe vt de illo teſtatur Petrus occultū ſignificaffe, in quibus veſtigandis indigni cœcutiant, & idonei locupletiffimo notitiarū ſpiritalium profectu exerceantur pientiffima. Sed non grauabor ipſius Pauli verba id de ſe proſitentis adſcribere. Sapientiam, ait, loquimur inter perfectos, perfectos vocat infidelium reſpectu, cunctos integra ſide ſanctiſque moribus Chriſto adhærentes, ſapientiam vero non huius ſæculi, nec principum huius ſæculi, qui deſtruuntur, ſed loquimur dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinauit deus ante ſæcula in gloria noſtram, quam nemo principum huius ſæculi cognouit, ſi enim cognouiſſent, nunquam dominū glorię crucifixiſſent, ſed ſicut ſcriptum eſt, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit deus diligentiſſimis ſe: nobis autē reuelabit deus per ſpiritum ſuum, Nempe verę lucis ſpiritu reſecta ſunt ea nobis myſteria atq; largita, quæ nec corporeis oculis experiri, nec ab homine percipi, quæq; ſi a ſenſibilibus ad intelligibilia conſendas, ratione capere nequeas. Descendere opus eſt de ſuperis lumen, humaniſq; mentibus illabi, quo videantur res eæ, quarum cognitio perſonis duntaxat diuinis eſt cognata, externis autem & alienigenis nō datur adire Hieroſolymam vrbe in excelſo arduoq; monte ſitam. Non, in quā, licet mortalibus æternam videre pacem, nec ea noſſe, quæ ad eandem obtinendam iuuant, niſi dignetur illucere quærentibus ipſa ſummæ dei facies, qua collucete, panditur myſterium regni dei, ſacramentum crucis: auferitur offendiculum a Iudeis, a gentibus ſtultitia, capitur ab omnibus ſanctis, quæ ſit contempti ligni latitudo & lōgitudo, & ſublimitas, & profundum: apparet procul ſinis, quo velis & remis feſtinandum eſt, aperitur per quam ingredi oportet viam, quæue in huius vitæ decurſu vitanda, quæue ſequēda, quibus officiis deus ſit promerendus, qualibus beneficiis afficiendus proximus: vt communi placentes authori ad communem cœnam & optatiſſimas paradifi cœleſtis delicias cum dei amicis admittamur. Præterea lucente domini facie aperite noſcitur, quam ſit impium deo non credere: de deo non bene ſperare, a dei charitate excidere, nec ſe ſubſternere cœleſti magiſtro docilem, nec certiffimo ductu duxilem: ſapentiſſimo rerum gubernatori refractarium atq; rebellem præſtare. Hoc eſt quartum ſcelus ſuper quo ſe pariturū ſupremus iudex abnegat. Ea facies denudat quālibet vitiorum turpitudinem, quam ſit alienum a mortali conditione inſoleſcere, ambitione diſcendi, cupiditatis inhiare quam turpe, aut ſcorta nutrire, quam indecens alienis bonis inuidere, infortunatis lætari, ſædoq; ocio deſidere, & leuiſſimo irarum conſepto fomite cœlum & maria confundere, quam denique ſit indignum naturæ ratione vigentis, bonis temporariis proſus in hære, æternis poſſiditis, quorum ſuauiſſitas atq; maieſtas nec verbis explicari, nec mente concepti queat. Rurſum eadem luce clareſcunt gratiſſime cunſtarum virtutum dotes. Quam ſit honeſtum prudentia duci, nihil in conſulto attentare, omnia certo ſine dirigere, quam humanum iuſtitiam colere, nocere nemini, omnibus prodeſſe, aliena oīa ſua reputare, quā laude dignū inſolentiam cohibere, immodicos honores non ambire, haud contrahi timore, dolore non frangi, quam pulchrum nec libidine allicti, nec ira ſuperari, ſed intra moderateſtiſq; cancellos contentum, aſſabilem, benignum, placidum, & meritis ac pietate grauem agere virum, nihil demum amplius auere, vel certe naturę concedere, quam ſit ſatis ad hanc vitam aliquatenus bene beateq; viuēdum. Mediocritate enim opus eſt, a ratione non humana modo, ſed diuina quoq; præſcripta, vt in moderandis affectibus mediū illud tam multis a philoſophis celebratū, quod eſt inter plus & minus, adamuſſim tenear, quo redditur aptior homo ac percommodus, cum obueniſſis utilibus muneribus, id quod humanæ ſapientiæ ſtudium pollicetur, tum myſticis

functionibus pte. explendis, quod cœleſte duntaxat magiſterium præſtat. Ex quo ſit ridem vetulam ſimpliſci, quæ de Chriſto eſt, fide præditam, eccleſiaſticisq; decretis imbutam, tanto altiore quouis philoſopho de rebus diuinis & humanis moribus ſcientiam obtinere, quanto humanis diuina, terrenis cœleſtia, perituris ſemper manſura antiſtantur. Quoniam iuxta Pauli ſenſum ſtultitia Dei ſapientior eſt hominibus, & imbecillitas Dei robuſtor eſt hominibus. Nonne ceſſant proſus mortalis ſciētæ conatus, mox vt ad huius vitæ metam peruentum eſt: ſane ceſſant, ſiquidem nec ſperari poteſt, quod non creditur futurum, nec amari quod penitus ignoratur. At quiſquis ſuperioris illius luminis eſt particeps, quū inferioribus, prout fert in diſgentia, ſatis fecerit, tunc incipit ea quæ ſupra naturam ſunt contemplari, ea in primis diligere, ampliſſimam deiſdem ſpem concipere, meritorum dignitates diſcernere quante ſit commoditatis & gloriæ Deo parere, quam noxium ei refragari, penes quæ ſus eſt & ſumma rerum potestas: cuius, inquam, eſt arbitrii improbos peniſ, præmiſ probos afficere, ſeruare iuſtos, perdere peccatores animales ventri que deditos in teræ viſcera, profundamque tenebrarum abyſſum deturbare, ſpirituales vero mentieq; obſequentes attollere ſuper æthera angelicisq; agminibus aſſociare, tato beatioreſ, quanto in exhanſto ſupremæ ſœlicitatis fonti propinquiores.

Caput. xvij.

Quod quanto quis ampliori rerum diuinarum ſcientia præditus fuerit tanto acrius punietur niſi operetur quæ præcipiuntur.



Nimueroparumprodeſt: imo

ob eſt plurimum, fuiſſe te dei facie illuſtratum, nec non illumina tum, ſi non ſperes credita, am eſq; ſperata, & adamata poſſidenda pedibus manibusq; contendas. Quia ſeruus ſciens voluntatem domini plagis vapulabit multis, fortioribus enim fortior inſtat cruciatio, exiguo conceditur miſericordia, & potentes potenter tormenta patientur, ac perinde pro eodem delicto duriores pœnas dabit Chriſtianus, quā paganus, doctus, quā indoctus, eccleſiaſticus, quā laicus, preſbyter, quam diaconus, epiſcopus, quā preſbyter, atque in vniuerſum pro graduum varietate librabuntur diſcrimina ſuppliciorū. Huic congruit acris illa exprobratio, qua dñs Ieſus increpat ciuitatibus, in quibus facta ſunt plurima ab eo miſericordia, quia non egerāt poenitentia. Ve tibi Corozain, ve tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factę eſſent virtutes, quæ factę ſunt in vobis olim in cilicio & cinere poenitentia egiſſent. Veritamen dico vobis, Tyro & Sidoni miſiſſus erit in die iudicii, quæ vobis. Ergo ſicut minor dicit culpa eius, quæ nuncios veritatis non habuit, quæ eius quæ reſtauit, ita et minor pœna, et ſicut ſœdioris eſt inuilitatis ſemel in tra domū repellere hoſpitē receptum, aut illiberaliter tractare, quam non admittere, ita grauioris eſt criminis, ſemel receptam religionem veram ſanctamq; deſerere, aut indignis operibus commaculare, quam nunquam illius ſacris inſtitutū fuiſſe, ſitq; neſcio quomodo, vt cuiſmodi tergiuerſatores longius abſint a pietate recuperanda, quā hi quibus de illa nunq; factus eſt ſermo. Hoc eſt, q; ſeruator de talibus perſugis ac ceſſatoribus te ſtatur. Nemo mittens manū ad aratrum et retro aſpiciens, id eſt, cœleſtia cognoscens et terrena ſecutus, aptus eſt regno dei, ſubaudiendum, ſed regno tenebrarum, in quo ignis, ſulphur. ſpiritus procellarum pars calcis eorū. Terra enim, vt ait Paulus, ſæpe ventientem bibens imbrem, et generans herbam opportunam illis, a quibus colitur,

Caput. xix.

accipit benedictionē a deo, proferens autem spinas ac tribulos, reproba est & male-
dīcto proxima, cuius consummatio in combustionem, sane eternam, Par enim est
sulphureo igne apud inferos perpetuo ardere, abyssi que tempestatibus torqueri eos,
qui quōdam verā lucis splendoribus tacti sprevere amore debito incallescere in deū,
quem vel natura dicit, vel scripturarū sanctorum lectione cognoscunt, vel auditu per-
ceperint. Quapropter si minus sufficit pietatem novisse, nisi eam opere præstes, pa-
rumque confert imo nihil prodest, altiora quædam, & penitiora summa de Trinitate
te differere, si pietate, ac sanctimonia careas, qua placeas deitati, noctibus atque die-
bus anxie & obnixè exorandus est tibi dominus, vt sic benedicat tibi, sic illuminet
faciem suam super te, vt nequaquam sis in simplici cognitione, ne sensu carnis in
flatus, mente torpeas, inertia frigeas, līterque tātum innoxius, sis spiritu demortuus,
verum ita diuinitatis amore in præsentī vitā calefas indies magis ac magis, vt igneo
spiritus sancti curru raptus totus in superna feraris, adeo recte factis augearis, vt ali-
quando inter beata Seraphim, affectus & ipse Seraphicus splendoribus, in celesti Hie-
rosolyma, integra & perenni charitate ardeas foeliciter.

Caput. xix.

Quod lux spiritualis quocumque illuminat, honesti in-
flammat amore.



tertium itaque vere lucis mu-

nus est, quos lumine suo illustrarit, eosdem ignitis eloquiis ad-
pium cultum sanctaque opera exhibenda inflammare. Nam
hinc vitiorum sordes, monstraque retegūt, ostenditque nihil ea
habere solidæ voluptatis, actionesque turpes exitū claudis pro-
pe semper in foelicissimo, hinc vero miram probitatis speciem
ostentat, omnesque eius partes sinceras, suaves, profususque expe-
tendas, primumque fore, quo maius nequeat desiderari. Continuo mentem sic afficit
humanam, vt ceu sponte sua in bonum feratur, vitia deuitet, peccata abominetur, ex-
horreat supplicia, amplectatur honesta, agat studiose, properet ad palmā, ardeat pro-
positæ mercedis cupidine, & quod præcipuum est egregio quodam benefactoris sui
amore ferueat. Taliter affecti erant illi duo beati discipuli, quorum ardebat cor in vitā,
quum factes dei, dissimulata interim forma, alloquebatur eis, aperiebatque scripturas
verbi amorem inspirantes. Ignitum, ait, eloquium tuum vehemēt, & seruus tuus
dilexit illud, Hęc est illa ignea lex in dextera patris æterni cōspicua, quæ vult ignem a
se missum in mundum omni loco, omniq; ardere tempore. Vnde præceptum reor
anti quitus sacerdoti parare oleum olivarum purissimum, piloq; cōtūsum, oleum sane
legitimi spiritualis, & propensæ eiusdem in altos beneficentiæ a quolibet carnali in
quinamento desycatum, lapideq; angulari expressum, vt ardeat lucerna spectatæ do-
ctrinæ probatæque iustitiæ semper in tabernaculo testimonii extra velum quod oppā-
sum est testimonio. Hoc tabernaculū ecclesia est, quæ tres esse diuinas personas & tri-
bulationis nocte & die prosperitatis religiosa professiōe contestatur, sicut auctore Io-
sepho, in veteri tabernaculo noctibus atq; diebus tres ardebant lucernæ. Vult itaq; dñs
eos, quorū corda semel vulnerarit sagittis potētis acuminatis, ignitisq; carbonibus
totius impuritatis desolatoribus inflammauerit, perpetuo eius amore ardere, ardore
spiritus liquefieri, sancto mentis liquore languere, languore quodā vitali emori carni,
deo viuere, spiritu vigere, mēte agglutinari celestibus, & Christiana quadā benignita-
te propensum, nō tam sibi, q̄ toti natū se credere mundo. Nā qui peculiari tantū com-
modo

Luc. 24

Psal. 118

Exo. 27.

Caput. xx.

fo. cxii.

mō agit, vnīq; sibi inuisit, se amat, se curat, ac p̄de friget erga p̄ximū, eū dēq; vel
odit, vel certe negligit, ex numero est illorū de quibus Paulus. Oēs, inquit, quę sua sunt
quærūt, nō, q̄ Iesu Christi. Quippe q̄ noluit quicquā alicui esse ita p̄p̄riū, qd̄ nō pro ne
cessitate cōmuni aut priuata, imo pro magno proximi detrimento vitādo, magnoq;
emolumento procurando, fieret alienum. Neminē, inquam benefico lucis quātūvis
exiguæ afficit Christus, a quo nō exigit, non modo vt in se ardeat, sed etiam vt pro
virili portione luceat aliis, præ se ferens certa in cunctos mortales mutæ beneuolen-
tiæ signa, & sedulo præstans in quos potest beneficentiā. Alioquin frustra sibi placet
quisquis *quærit* morbo veluti veterno quodam intra se frigore contentus riget, ne
quicquam sibi blanditur ac si splendat qui inertia sit obdusus, si qua erāt in ip̄o sp̄i-
ritus vestigia turbat, dēterit & penitus obscurat. Hęc ita se habere testat ille egregius
charitatis prædicator qui aptissime lumen ob ardorem in dilectionē transiit dicens,
qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est vsq; adhuc, qui diligit fra-
trem suum in lumine manet, & scandalum in eo non est. Non enim est, quo offendat,
cuius spes stat in directo, qui graditur via regia, neque declinat ad dexteram blandi-
tis voluptatis, nec ad sinistram male toleratq; afflictionis.

Philipp. 2

1. Jo. 2

Caput. xx.

Quod luce diuina incensus sicut præstare
opera illius digna.



Hic sanenon satis est illustra-

tum fuisse dei facie: non fuisse illuminatum, non inflammatū,
nisi vi lucis iuges germinet fructus deo acceptos, proximo
gratos & sibi iucundos. Atqui nouit se legem, hoc est, diu-
inum lumen a patre luminatum accepisse, non tantum vt noice-
ret, quę sit voluntas dei bene placens & perfecta, sed vt nota si-
bi diuina placita optaret impense, atq; gnauiter perficeret, si qui-
dem non auditores legis tantū, sed operadores iustificabuntur. Mirū est quam assidue
legislator admonerit populū Israel tradidit sibi diuina mādāta, nō ob aliā causam, nisi
vt sollicitus illa opere præstaret, fere vnoquoq; legis capite illud replicat. Hęc sunt præ-
cepta quę dedit vobis deus vt faciatis ea. Christus n̄ vbi cū verbo, tū exēplo abūde
instituerat de pietate colenda discipulos, subiecit. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis
ea: frustra itaq; sperat se celestē foelicitatē obtēturū quisquis negligit vel cessat in sua ex-
plere diuina, aut aliud quam sit impositū, pertēdit facere, scilicet relinquens mādātū
dei propter traditiōes hoīum. Horū pernicitiam percussit Ionas propheta dicens,
Qui custodiūt vanitates, frustra mīam suam derelinquent. Vnde vnicus ille veritatis
magister quærentibus duobus, quid faciendo vitā æternā possiderent, ad eundē fere
modum respondit vtriq;. Si vis ad vitā ingredi, serua mādāta. Nec altam reor fuisse
causam tradendū vobis simplici sermone rerū creationem, tāq; pauca meminisse san-
ctarum scripturarum auctores de naturis rerū, de temporū varietate, de motu siderū,
ventorumq; vi, nisi vt despectis creaturis redderent nos totos creatori intentos. Nam
& consilio quodam diuino contigisse arbitrator, abditos fuisse Salomonis libros, in
quibus disputasse traditur in vniuersum de rebus singulis, ab hyfopo vsq; ad cedrū
libani, ne tanti sapientis auctoritate freti mortales, ansam sibi sumerent in insensendū in
mundana philosophia. Quod si quispiam ex aduerso stet, ac dicat. Nonne ex creatu-
rarum inspectu panduntur hominū mysteria quædam & speculanda, & quæ ad actio-
nem non nihil conferant? Esto, pandantur quædam, sed fere tantum illa sine quibus
vel non facile pateret aditus ad fidē, vel quæ ad credēdorum intelligentiā quadātenus

Ro. 12

Ro. 2

Ioan. 15

Mat. 15

1. Jo. 2

Mat. 18

et. 19


3. Reg. 4

adfluant: nam quæ ad actionem accommodari queant, per pauca inueniunt, præsertim si hæc eadem & illa conferas ad immensam illam mysteriorum præceptorum, consiliorumque syluam, quæ per locupletissimos sanctarum scripturarum campos ubique patet. Interfunt quoque in illis montia quedam, quibus detremur a temeraria quadam & elatione humanarum diuinarumque rerum perscrutatione. Qualia sunt illud Deuteronomii capite. 29. Abscondita dño deo nostro, quæ manifesta sunt nobis & filiis nostris usque in sempiternum, ut faciamus vniuersa verba legis huius, & est sensus, mysteria suapte natura nobis occulta domini scientiæ esse remittenda, quæ vero nobis diuinitus oraculis sunt manifesta ad legis lineam esse præstanda. Id quod ecclesiasticus apertius exponit. Altiora te ne quesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit deus tibi, illa semper cogita, & in pluribus eius operibus ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis, in superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus. Plurima enim supra sensum hominū ostensa sunt tibi, Multos enim supplantauit suspicio eorum, & in vanitate detinuit sensus eorum. Quantam modestiam in sacramentis dei meditantis Psaltes adhibuit, cum sapientiæ diuine fulgore districtus exclamauit ad deum. Mirabilis facta est scientia tua, ex me confortata est, & non potero ad eam: vel ut expressius habetur in hebreo לא אבין לא אבין לא אבין, id est, miris eata est, ac perinde occulta est scientia præ me: nam tua in hebreo non habetur, ut absolutam intelligas sapientiæ absconsonem. Exaltata est & non potero ad eam, scilicet omnino concipiendā. Salomon ingenue fatetur, se frustra tentasse id consequi quod pater eius religioso quodam silentio præterierat. Cuncta, ait, tentauit in sapentiā, dixit, sapiens efficiar, & ipsa longius recessit a me multo magis quam erat: & alta profunditas, quis inueniet eam? Quod si forte dulcedinem cœlestis intellectus attigeris, noli iuxta Paulum: plus sapere quam oportet sapere: sapere autem oportet ad sobrietatem: amplectere Salomonis consilium, Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus nimia in quærendis secreta uita uita, quomodo illud perdis: quod bene intellexeris. Et paulo post, Sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum, sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Nonne videtur Christus eiusmodi prurium, simulque neglectum salubria conquirendi aperte impuritate phariseis atque Saduceis improbe efflagitantibus ab eo aliquid e cœlo signum, cum illa dixit. Facto vespere dicitis, serenum erit, rubicundum est enim cœlum: & hanc, hodie tempestas: rutilat enim triste cœlum: faciem ergo cœli ad iudicare nostis: signa autem temporum non potestis scire: super quo pulchre quidam ait, Increpat eos quod ex ordine elementorum discernant dies, sed signa temporum ignorant, cum omnis lex & prophetæ aduentus sui indicia ex operum quæ gereret, admiratione significant cum qualitatem temporis futuri ex signis præcedentibus cognoscerent, item tam necessariā ex signis suis intelligere negligebant. Ex horum grege sunt, qui plus tribuunt Aristoteli quā Christo: plus Platoni quam Paulo: plus Ciceroni quam Hieronymo: plus oblectantur Nasone quā egregio psalte Israelita: plus denique sonoris nugis quā veris rebus, & munda na philosophia quā vera sapentiā. Nec audire volumus Paulū in hæc verba momentē. Caute ne quis vos decipiat per philosophiā, & permanē fallaciā. Et vnde obsecro tot itaque peruersæ sectæ ecclesiam, euangelis alio qui luce clara fulgentē, sedauerūt nisi quæ audaces homines ac contemptores, deserta scripturarū sanctarum simplicitate ac subinde autoritate infinitis se miscuere quæstionibus, & placentes sibi in adinventionibus suis in errores lapsi sunt pudendos & impios. Præclare Hieronymus, Philosophi, ait, patriarchæ hæreticorum, ecclesiam Christi pueris maculauerunt doctrina, Mirū quæ scito adagio Hebræi notent eorum incredulitatem qui demonstratori (sic, n. Aristoteles) vocant, studiose nimis vacant לברא לא אבין לברא לא אבין, id est, qui det ostensori, minus credit creatori: sed ad rem nostrisque redeamus, quos arguit Paulus dicit

ius: discētes, & ad sciētā veritatis nūquā pueniētes. Quippe ad sciētiam veritatis nūquam perueniunt, qui discēdis his quæ ad rem non pertinent, iugiter immorantur vel potius qui cognoscentes ea quæ fouendo spiritali cōmoda sunt & necessaria, ea præstare cōtemnūt, & dicentes se nosse deum, factis negant. Videntes non vident, & auditentes non intelligunt. Nemo vtiq; ut opus est, videt, si bonū quod videt nō diligat, si quod diligit pro tempore nō operatur. Vis in te agnoscere diuinum lumen, dei sciētiam atq; dilectionem a fructibus earū cognoscito, ab operibus earū discito. Inde cōpertum habebis, an tibi dominica vnquā affulserit facies, tecūne lux ipsa perseueret. In hoc, ait datus Iohannes, sciūmus, quā cognouimus eū, si mandata eius obseruamus. Qui dicit se nosse deum, & mandata eius nō custodit, mendax est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat verbum eius, vere in hoc charitas dei perfecta est. In hoc sciūmus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut & ille ambulauit, & ipse ambulare. Ambulauit ille totus splendidus, amissus lumine sicut vestimento. Ambulauit tanquam lux vera, tanquā lux mūdi mundo palam loquens, in propatulo vera docens, & in occulto nihil falsi suggerens. Nam sicut tenebræ eius, ita & lumē, & nox sicut dies illuminabit, & nox illius illuminatio mea in delictis meis. Ambulauit ille emittens disciplinā suā tanquam lucē, & opa sua tanquā lumina quædam diffundens. Vnde & cū se lucē mundi diceret, adiecit. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa testimoniū perhibent de me. Sicut ergo ille ambulauit, debemus & nos ambulare, tanquā filii lucis, emittētes ubique laudatosū operum splendores. Nox, n. præcessit, dies appropinquaui: abiciamus ergo opa tenebrarum, & induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus. Nitamur splendēre in firmamento cœli ecclesiastici. Alia tanquā luminaria magna, doctōrum ipsi doctores. Alia tanquā parua, in docti vulgi institutores. Stella, n. differt ab stella in claritate. Vnus quisque tantum luceat, quantum illi lucere datum est. Nec, n. ideo lucerna nō lucet, quia solis iubar est impar. Nec qui vnam talentum accepit tantum damnatur, quia eo decem nō fuerit lucratus, sed etiam quia ignarus & iners illud male defoderit, fraudaueritque dominum lucro quod ille vndique captat, & in rem nostram exigit.

Caput. xxi.

Lux spiritalis recte factis in nobis alitur, sustinetur & augetur.



Cecidit tandem ad hec: quod

recte factis hæc lux in nobis nutritur, fulcit & crescit. Quid, n. est actio frequens nisi feruor quidā charitatis: Et quid est aliud feruens charitas, nisi oleum illud quo quinq; prudentes virgines lampadas suas aluerunt sollicite, quatenus illarū lumen ad sponsum usque aduentum duraret. Stulte autē quæ se negligētius habuere, ocio inertī in tenebras adeo graues deciderūt, ut nulla ex parte illæ quāuis charitate feruentes auxilio illis esse potuerint, sponso claudente ianuam. Nec id inclementer, sed iure suo, quo tā pie, quā prudenter vniuersa certo lamine cōcluserit, ne in incertū animus humanus abiret, neue affidua alternaque boni malique vertigine volutaretur in æternū. Namque nullam ponere metam felicitatis atque miseræ Platonis est, non Christi. Ignū ubi ceciderit, illic erit. In circuitu impietatis ambulans at pie aquilæ vbi cūque fuerit corpus illic congregabūtur. Quare curemus vbi giles & ardentes in certū sponsum præstolari aduentū: ferueat animus & non extinguitur in nocte lucerna eius: nam si frigere coeperit, illico flectitur ad occasum, vbi aquis torpētis Cocytii penitus obrigefeat. In quo illud ut dicebamus, cōtigit mirabile, licet

ipfam sic alere bonos animi motus, vt ipsi quoque ea in nobis foueatur, eisdemq; cessantibus continuo sentias charitatem paulatim tepescere, cupiditatem male subolescere. Et quæ admodum si intra peluim feruenti soli obiectum inferas materiem combustioni aptam, statim calor ille solis feruentior intendit eam, eademq; nutritur & augetur: ita si sapientia, in corde tuo micanti bona obiecta desideria, euestigito illa inflammat, eisdemq; tota alatur & grandescit. Huc pertinent ligna illa quæ in leuitico iubetur sacerdos spiritualis igni sacro assidue supponere: vbi sic legit. Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutrit sacerdos subiciens ligna mane per singulos dies, & imposito holocausto desuper adolebit adipem pacificorum. Altare dei cor humanum est, in quo non sibi sed nobis extollitur deus, iuxta id quod scriptum est. Accedet homo ad cor altum & exaltabitur deus. Ascendentibus Hierosolymam, hoc est, visionem supernæ pacis, incipit apparere Syon, videlicet conspicua deitatis specula in motis magni tota replentis terræ vertice elata. Semper, n. virtus in arduo sublimis extat, vitia in decliu sunt, ruuntq; in præceptis. Et certe in motibus sanctis seruatur Israel, quæ ad voluptatum plana descendit, caposq; oberrauerit carnis si ore nuties, extemplo mordebit a venenoso serpente inter amœnas herbas lætæ, & excidit a Palestinis, qui in vallibus humectæ libidinis falcatis vitæ curribus. In hoc ergo altari non lapideo, sed carneo, non duro deoq; intractabili, sed docili atq; benigno sep ardebit ignis ille sacer trium puerorum in Babylonis spiritualis immani fornace implexa demons vincula combures, carnes illorum virgineas, capillosq; non pituros vnq; nec lædēs, nec tāgens. Hic ignis nutriendus est, nequaquam ab impiis Chaldaei regis ministris, quos siama non purgavit, sed cōsumpsit, sed a sacerdote pio spiritualia summittente ligna, s. lucida scripturarum sanctorum testimonia, ingentia Christi merita, pbatiſſima sanctorum virorum exempla, quibus somētis incēlus splendet matutina luce, fugata pcul torpida gelidæ noctis vmbra, increſcitq; per singulos bonarum actionum dies, obscuri nihil habēs sed tota aperta q; in luce resurgens. Talibus virtutum incrementis cōpositus sacerdos. Itaq; totus deo deditus, impositus super aram seipso holocausto integro puroq; adolebit adipem pacificorum, pingues illos ignitosque nouæ vitæ fructus, quos Paulus cū Galatas a carne ad spiritum reuocare cōtent, enumerat dicens: fructus autē spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, cōtinentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex carnis seruilem timorem incutiens, sed benignus ille spiritus sapientia libertate iucundissima hospites suos replens. Demum Debbara nutritur comitatur Rebecam cunctam ad Isaac, & sapientie lumen inextinguibile comitat eos qui suscipientes verbum in corde bono natura, & optimo gratia, fructum ferunt in patientia, quousq; pueniat ad risum serenū, cui non est mistus vllus turbidus luctus, aut nubilus dolor, quæ, n. priora trāsierunt posteriora bene lucētibus arri dēt cuncta lætissima

Caput. xxij.

Quod misera humana circa quam misericordia diuina versatur, non tam mortalis vitæ calamitatibus, q̄ prauis moribus cōflatur.




Merum quantuncunq; spiritualibus splendorebus fulgeas, ardeasq; ne aliqui crimine extinguaris, vel culpæ leuioris vmbra diutius deliquiū patiaris, præsentissima dei opus est misericordia, quæ frequentim membro sacerdos a domino orat dicens, & misereatur tui. Enimvero misericordie sedes misera est. Nullibi, n. locum haberet misericordia si alicubi misera non esset. Misericordia autem intelligitur vel bonorum absentiam quæ adesse volumus, vel

vel malorum presentiam quæ abesse cupimus, omnes enim æstimant eum miserum esse, qui vel malis premitur, vel bonis caret, quæ habere iuvat. In illis ergo auferēdis, cum ignoscitur delinquenti, & in his afferēdis, cum tribuuntur indigenti, locus est misericordie. Nolo tamen putes, o lector, putare me, eam malorum sarcinam reddere hōmitem plene miserum, quæ mortalitas hæc secum affert, nuditate dico, famem, sitim, vaſtos morbos atq; languores, improuisos casus, stultitiam, insipientiam, fletus, iras, furorē, infantia infirmitatem, pueritia in quietudinem, ætus iuuetē, etatis virilis ambitiones, senectutis pondus grauissimum, ceteraq; incommoda quibus vita humana omnino loco omnino tempore agitur. His damnis cogitatis, si ad corpus humanum tantum expectes, nihil inbecillius, nihil infelicitius homine forte reperies. Hinc enim illa patientissimum Iob, inquam naturæ humanæ conditionem deplorantis, amarulenta vox. Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Quasi flos egreditur, & cōteritur, & fugit velut vmbra, & nunq; in eodem statu permanet. Grandia nimis videntur hæc mala, sed habitatoribus terræ, qui cœlestia bona desperantes, rebus dumtaxat perituris ipsi quoq; perituri inhiant audissimè. At illi qui non conuersatio est in cœlis, huiusmodi damna eatenus tristantur, quatenus, aut originem sequuntur labem, quam præfuisse nolent, aut spiritum in summa vehi conantem aliquatenus retardant. Imo equiori animo illa tolerant, meliori iam nota insignita, id est cruce Christi sanctificata, prioraq; illa supplicia lucra putant in Christo plenitudine amplectunturq; ipsa tanquam commoda quædam incitamenta ad vera quærenda bona. Contingitq; illud eis, vt in morem Israelitici populi hinc vrgentibus aduersaris, illinc alliciente deo ac proponente mercedem magnam nimis, relicto Aegypto, maris fluctuantium perturbationum pertransito, abluti lauacro spirituali, alacres sequantur ducem suum æsuri verum, & vitale manna in loco voluptatis ab omni miseria deserto. In quo nec ingressu atteritur pes: nec affiduo labore callēt manus, nec vsu longæ vestimenta veterascunt, nec reperitur æger, aut infirmus, vbi deniq; omnes regnant in eundem Christi gloriam transformati a claritate in claritatem. Ex malis itaq; longe altis, sane, verisq; purisq; vera puraq; conflatur miseria, quæras quæ sunt ea mala? Nempe, quæ dei madorum præuaricationem sequuntur. Actionis præuistas, recessus a deo, improbus ad creaturam accessus, priuatio gratiæ dei, offensa illius & extremæ peccatæ reatus. Hæc vbi sunt maxima mala sunt, miseriaq; maxima.

Caput. xxij.

Quod prima peccantis poena est, quod sentit, doletque se culpa sua a rationis fastigio delapsum abire in brutum.



Non leue malum est hominem

Natione, qua ceteris prestat animantibus, sic abuti, vt a propria cadat dignitate, depressaq; intelligendi vi iumentis insipientibus cōparetur, & coeca libidine tractue brutis, quæ natura propria in ventrem finxit, incurua turpitudine exequetur? Quæ fecit obbrutescit, qui veluti immunda sus polluitur libidine, velut Onocrotalus gula insatiabili tota patrimonia deuorat, veluti lupus per fas vel nefas violentus aliena rapit, veluti vulpes fratrem in negotio circumuenit, veluti quidam leo immitti fertur ambitione, fremit insolentia, feritate rugit, vel canis simulis Reſto adulatori populo, quem paulo post sœua tyrāde premat, aut excors & mentis inops asini more stupet, aut alio denique atque alio vitio, in aliud atq; aliud portentiū transformatur. Sentitq; natura sentit detrimenta sua, nec tardius

quam peccatum est meritis luit penas, doletq; penitus pro honestis officiis, quibus clarere debet, execrandis esse sceleribus infectam. Namq; & si non nihil delectatur homo, quum vitio fruatur, non potest tamen, tunc temporis, non agere ferre virtutis iacturam, & reclamante interius conscientia in ipso voluptatis pruritu, infesto cruciatur flagello, arroditurq; miscellus illo semper inquieto vermi, qui non moritur & exurit igni inextinguibili. Quid? Quod cetera in commoda non raro, velint noli, homo patitur, nonnullumq; dolori leuamē est, caruisse culpa, at morum fraudem nemo non lens tulerit. Quo fit, vti nullus peccator in altu possit rescire culpa sui sceleris. Quod si verbis, improborum hominu vel demonum suggestionem, aut carnis impulsu peccando causetur, mente tamen se solum reum nouit, malq; proprii authorem, ac perinde seque libertatis conscius sese damnat, sese viciscitur, nec potest a noxa spontanea sese absolueri, quamuis ad implas aures dulciter accinat palpans adulator, blandaque oratione criminata deuare conetur, stat ex aduerso veritas in clamā per pro r hetam. Auguet te malitia tua & auersio tua increpabit te, scito, quam malum & amapum est, relinquisse dominum deum tuum, & non esse timorem eius apud te, dicit dominus omnipotens. Ergo contestante deo, auersio ipsa, qua ab illo male disceditur, impietatis coarquit auersum, ac vel inuitum sentire compellit, quam sit detrimentosum, quam triste, creaturam creatorem suum deseruisse.

Es. 66.

Hier. 2.

Caput. xliii.

Quod impio auerti a deo, non licet, quin sit ipsi imputandum, & damnorum maximum.



In profecto tota actionis pra-

uitas in auersione est, tolle illam, & iniquitas non erit. Nec enim bonarum rerum usus improbandus est, nisi praescriptam legis lineam eis ab utendo transilas. Quod si contempta lege, re quampiam abutaris, haud sane in re ipsa vitium est, quae a bono deo bona creata est, sed in te qui inueterata malicia segetisti legis iugum, rupisti naturae vincula, & quod pessimum est, dixisti, non seruiam. O stultissime hominu, non sentis, quatis catenis temet obstrinxerit iste tuis peruersae celsitudinis appetitus? Nonne memor es talibus insolentiae rudentibus luciferum illum detractum fuisse ad usq; imam abyssum? Paulus lamentans querit creptorem, repetitq; illud sepius: miser ego homo quis me liberabit de seruitute corporis mortis huius? & tu erigis in deum cristas, ac iactas, non seruiam? Age insolens, qua effugies domini manum, cum deus omnia sub peccato concluserit, vt omnium misereatur? dixisti non seruiam. Vnde tibi tanta libertas? qui fueris filius ire natus, & spontaneis peccatorum tuorum vinculis illaqueatus, dixisti non seruiam. Agedum quo auerteris? Nunquid recipies te in locum quempiam abditum ita, munitionesq; vt nec inueniri, nec inde detrahi possis? Audi comminantem, si exaltatus fueris vt aquila, & si intra sydera, posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit dominus. Et ne minas contempseris, is loquitur. Qui videbat Sathanam tanquam fulgur de caelo cadente, Quod si dixeris arbitrif mei sum, nec dominari cupio, nec seruire volo, longe falleris, nec enim esse potes extra vt ueris aleam, nec effugere commune conditionem. Nonne vides nullum esse medium inter bonum, & malum, inter lucem & tenebras, spiritum & carnem, mortem ac vitam, foelicitatem atq; miseriam. Omniaq; parisi interstitio distare. & tu deum eiusq; facturam, dominum atq; seruum impio affectu, vel certe affectu, comparare pertendis? Attende. Quibus verbis eiusmodi insipientiam Esaias increpat. Ve qui profundi estis corde, vt a domino abscondatis consilium, quoru sunt in tenebris opera, & dicunt quis videt nos? & quis nouit nos? peruersa est haec vna cogitatio, quasi

Hier. 2.

Ro. 7.

Rom. 11.

Abdias.

Luc. 10.

Es. 29.

sto, quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, non fecisti me, & figmentum dicat factori suo non intelligis. Quod si respondeas, te quidem auctore tui agnosceres, nolle tamen illius agi legibus, neque admittere conditionem, sub qua vel obsequio promerendum sit praemium, vel incuria supplicium. Ad priores iteram redis iugas. Nec intelligis ius esse principii cogere ciues suos ab obicandam in repu. magistratum, praesertim eos quos ipse fecerit ad id muneris idoneos, & relictas res catenis vincire & afficere suppliciis. Quod si ita res habet multo amplius fas est creatorem a creatura sua praeceteris insigni, & rationis & gratiae fructus exigere per succundos contemptores vero atque rebelles in presenti inextricabilibus inuita se ra uitutis vinculis astringere, & in futuro tartareis tortoribus tradere puniendos. Id quod olim filius Israel male sanis accidit, quum degenerantes a maiorum pietate, & gentilitatis veneficis illius tentauerunt legis iugum excutere, atque impudentissime clamauerunt. Nolumus seruire domino, quibus diuinitus responsum est, non erit ista, sed seruetis domino, id est quantumcumq; in vobis augeatur impietas, semper eritis vobis me ipsis consciis seruitutis, quam illi pendere debetis, urgenteq; timore tristes, obscuram seruetis seruitutem ei, cuius alto qui iugum suauē est & onus leuē, seruetis inquam domino, sed nequaquam erit illi acceptum vestrum ministerium, quod a timore non ab amore: a carne non a spiritu profectum est, quodq; vi extortum sit, non sponte repensum. Tantumq; id seruicij genus, tam male impensum abominatur dominus, vt non tantum sibi, sed idolis quoq; vestris Moloch & Rempha oblatum fuisse ore, cum prophetarum, tum Stephani protomartyris aperte vobis exprobrat, vel quod simul sacrificaret deo & idolis, vel eadem sacrificia vtriusq; offerrentur, tantum ahest o homo, vt pro seruicio a timore profecto malignoq; mercede reportes, vt inde gratissima quoq; supplicia comereraris eo qd iustum iniuste sis executus. Quod, vt quantae sit prudentiae intelligas. Audi Saluistum, frustra, ait niti, nec aliud laborando praeter odium querere extremae demeritiae est, addo ego, consummatae id esse miseritiae. Sed esto liceat tibi quod nullatenus concedimus, impugne auerti a deo. At quanta infelicitas ab eo se iungi qui solus vere est, statimq; redigeris in nihilum, haud secus ac aqua bulla dispersa ventis, fluctibus ve explosa, hac de causa enclitice reor non fuisse contentam scripturam sacram pronunciaisse hominem vanitati similem: verum adiecit, quod inueterata vanitas, sit omnis homo vniuersus. Quod si poenitus auersum, more suo contemnat deus, ne profus in tereat, nonne melius ei fuisset, si natus non esset homo ille. Quispe qui alienus a vera vita, re vera non viuit, expers verq; lucis manet in tenebris, transit in imagine, stare nequit, quia immobilis non heret, sitit & aret, sicut torrens Arnon, cuius ino in fluit Iordanis. Effruit, facitq; imbransus, expers illius panis viui, qui de caelo descendit. Namq; natura duce trahitur ad veru summumq; bonu, ille autē per desidia vmbra contentus, & pastus inani, illud petere negligit, tanto quidem infelicitus, quanto illi fruendo est aptior. Quo enim amplior est fruendi boni facultas, eo appetentia ipsius naturalis maior & carentia molestior iuxta id quod in sapientia libro scriptum est, fortioribus fortior iustat cruciatio.

Hier. 2.

Mat. 11.

Lege bibl.

romy, lib.

comen. 2.

sup amos

Hier. 32.

Amos. 5.

Actu. 7.

Saluistus

Psal. 143.

Psal. 58.

Mat. 26.

Psal. 58.

Num. 21.

Iohan. 6.

Sap. 6.

Caput. xxv.

Quod sit stultum conueru hominem toto pectore ad ea bona quae vel caro, vel hinc mundus amatoribus suis pollicetur.



Am vero auersus a deo summoq;

bono, quo demu conuerteris: Ad terra? Nihil miru, terra es, & in terra h. poc. ibis. Ve autem scriptu est habitantibus terra, qui comedunt panem in chrimar u in sudore vultus sui, qui aedificant domus super arenam, qui

Gen 32

h. poc

Mat. 7.

Iob. 4.

Caput. xxv.

habitat domus luteas, & terrenū habent fundamentū, caue ne fias cibus illius implacabilis fera cui dīctum est, super pectus tuum ambulabis, puluere vesceris omnibus diebus vitæ tuæ. An cōuerteris ad aera, vt inde auras carpas vitales, quibus vitam in xūū producas? At nihil est longum, quod aliquando finitur. Nec dūturna potest esse res aliqua mortalibus, quibus omne pręteritum iam fuit, futurum nondūm est, idemq; cum peruenierit in momento pręterlabi necesse est. Tantaque celeritate ista vita fugit, vt ortus ad eam, sit ex parte ipse mortis aditus. Meritoq; alter e duobus sapientibus eam dixerit esse ventum, alter vmbra transitum tempus nostrum. Et sane, vt Iacobus apostolus explanat. Quę est vita nostra? Vapor ad modicum apparēs, & dein cepa extermīnabitur. Hinc per prophetam iure irridetur Ephraim, quod pascat ventum, & sequitur q̄stum, tota die mendacium & vastitatem multiplicans. Dum enim per fas vel nefas sibi parcus, aliis violentus, vitę degendę prospicit, ipsa sibi vita pręterit, & peq; mortalibus accidit, vt domo, regę familiari constituta, pręsto sit in limine mors. Insultante deo humanę imprudentię ac dicente, stulte hac nocte animam tuam tollēt a te, quę autem parasti cuius erunt? Quod si ad aquas confugis ægypti: memineris illas esse voluptatis cæno oblimatas, Vbi cogers seruire Pharaoni seruitutem durissimam in operibus lutī & lateris, Nihil enim geritur sibi non seculentum, putre ac putridū, putruerunt fumenta in stercore suo. Contra esusmodi iumēta clamat Hieremias. Quid vobis & vitę ægypti, vt bibatis de aquis Gyon, ipse est Nilus, quę Hebrayce dicuntur aque Sior, id est turbide atq; cœnosę. Et quidem merito. Quid enim turbidus delectatione venerat? quę mentem humanam abstatu suo ita desicit, vt in ipso libidinīs pruritu nihil eam nisi carneum scedumq; cogitare permittat! Quod tam cœnosum vitium? quod propter sordes quibus corpus simul & animam incestat, porcinum sit appellatum, a porcis illis in quos demones Christi permīssu ingressi actos in mare pręcipites suffocauerunt. Talibus aquis obrutus Ruben primogenitus reus amisit, cui pater Iacob in bñdictionibus sic bene, vel potius maledixit Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principū doloris mei. Prior in donis, maior imperio. Effusus es sicut aqua, nō crescas, quia ascēdit tibi cubile p̄ris tui & maculasti frat̄m eius. Illud quoq; Pauli cogites volo, Quod om̄ie peccatū, de vitis humanis loquit̄, qđ cūq; fecerit hō extra corpus est, qui autē fornicat̄, in corpus suū peccat, straddens mēbra sua feruere immūdicitę & inhonestę subiciētis corpus suū, altoqu tēplū sp̄s sancti, oldo scorto, vt ita sit & ipse haud Christi, sed scorti mēbrū, tātoq; scorde voluptatis sopore premitur, vt nec rei indignitatē, nec abiectionē sui, huius macule semp comitem agnoscat, nec timeat illud eiusdē Pauli in se iudiciū, Qui violauerit tēplū dñi, disperdet illū dñs. Iam vero quā miserū est eo laborare vitio, quod in supbīc, inuidiæ impietatis, aliorūq; criminū poenā irrogari solēt: quāquidem poena puniti sunt illi, de quibus Paulus, ppter qđ ait, tradidit illos deus in desideria cordis eorū, in immūditā, vt cōtumelias afficiāt corpora sua in semetipsis. Quod si nulla essent apud inferos formidanda supplicia, in terris miserius nil est, q̄ viuat, amāte. In amore. n. vt ait comicus. Hęc oīa insunt vitia. Inūrię, suspitiones, inimicitie, inductie, bellū, pax rursus, Incerta hęc si tu postules, ratione certa facere, nihilo plus agas, q̄ si des operā, vt cū ra tiōe infantas. Qđ si accūris ad aquas, nō vitęq; voluptarias, sed subterranas, quod tibi mysteria quędā aliis ignota pollicētur, declinasti ad hęc sim meretricē stultis blādic tē, illudq; venenū eorū auribus insillantē. A quę furtiūq; dulciores sunt imo lōge amariiores. Quid. n. amarūs medacio. Quas p̄fecto tāto magis oportet habere suspectas, quāto plus latēt. Idcirco. n. falsa dogmata locis secretissimis continent, ne si in mediū prodierint, a vera luce redarguantur. At Christus noster palam loquebatur inūdo, & in occulto locutus est nihil. Irasctur dñs super magis, qui venenatis aquis inebriant perdūtq; populos multos, & in hęc verba criminatur. Ecce ego cibabo eos angustias & dabo eis potum aquam fellis, in qua draco regnat ægyptiūs, qui dixit mea sunt flumina, & ego feci ea, qui om̄ie excellū videt, & ipse est rex eorū, qui in aquis sunt. Feruntur

Caput. xxvj. fo. cxvi.

Feruntur enim vento perniciose doctrina, inactantur hæ resū sibi aduersantūm pro cellis, donec tanquam naues amisso orthodoxę fidei clauo, ea magna impetatis abyssu obruantur, super cuius faciem vndiq; erant tenebra circumfusę prius, quam deus lucem procreasset, eamq; in mundum mittet, quę verissimę de se testatur. Ego sum: Ios. 4.1
fons mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitę. Quę longe alias aquas hæc lux largitur sitientibus se. Vide distantiam inter aquas & aquas id est, desituras voluptates & spirituales delicias, inter falsa veraq; dogmata, dixit Christus dominus vnicę assertor spiritus Samaritidī, Omnis qui bibit ex hac aqua, sitiet Ios. 4.1
sterum. Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternū, sed æqua quam ego dabo, fiet in eo fons vitę salientis in vitam æternam. In nouissimo Ios. 7.
autem die magno festiuitatis stabat quoq; Iesus, & clamabat dicens. Si quis sitiet, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquę vitę. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Quod si his monitis contempta terra, aqua, aere, ignē, veluti Salamandra, de celo cadentem habitas, necesse est, vt vel iræ facibus æstues, vel inuidiosa malignitate cæcō quaris, vel ardentissima ambitione flagres, hisq; furoribus agitatus totum terratum orbem discordiarum facibus incendas, tyranni discq; flammis consumas. Nec tibi sane placeas, quod occultissimo dei iudicio licet tibi ad horam impune turbare gentes, affligere populos, excindere vrbes, deuastare regna, & in miseros mortales lanies nati exercere. Noli, inquam, tibi placere, perdes quidem aliō ad tempus, sed tandem in æternū, & ipse peribis, tactus proculdubio illo igne, qui incensus furore dei ardebit vīq; ad inferni nouissima. I nūc & esto Crassio ditior, pulchrior Alcibiade, Milone vegetior, locupletior Dario, Alexandro fortunatior, violentior Iulio, Augusto sublimior. dūmodo sis ex tremis supplicis dānatus, nisi respicias anteq; ligatis pedib; ac manibus mittaris in tenebras exteriores. Vbi nulla tibi, vt pote illigato, erit benedicti facultas, quo venā promerentis a tudice cōtempo. Cōtempo, in quā, vel quū aduonet mortales ante exitū vitę sibi p̄spicere, dicens. Ad modicū lumen habetis, Iob. 12.
ambulate dū lucē habetis, ne tenebrę vos cōprehendant, vel quū predicat̄ per eccle iuxta
clesiasticū casum esse perpetuū. Lignū vbi ceciderit, ibi erit. Quid? Quod interm ven
grecū.
lis nolis flaccescit corporis pulchritudo, exhauriunt vires, euanesūt potestates, obscū
Ecc. 11.
ratur maiestatis splend̄or, dilabuntur opes, perierunt om̄es viri diuitiarū, regnū a gē
tē in gētē trāsferretur propter inuisitas & inuitias, & cōtumelias, & duriōs dōlos.
Vidi impiū super exaltatum, & deuatum, sicut cędrus Libani. Et transiit, & ecce non
Ecc. 10.
erat, & quęsiit eum, & ecce non est inuentus locus eius. Nihil deniq; eorū quę per sen
Psal. 91
sus inferuntur animo, synceram habet bonitatem, nihil integram voluptatem; nihil
Gala. 4.
solidam pacem. Infirma sunt & egēna elementa, in quibus vniuersis nullam quęas in
uentre quietem, sed passim offendas mille aufractus, pericula mille, collapsiones flau
tūū, morbos, languoresq; corporū, animorū ægritudines & anxietates, casusq; tā va
tios, quā inopinatos. Regnat vbiq; egestas, dolor, luctus & plurima mortis imago.

Caput. xxvj.

Quam impium sit, posthabito deo, demonibus inseruire:



Ventum tandem est ad pessimā
eorum auersionem qui demonibus infandis factorum teletis
libant, vel vt eis profint, vel certe ne noceant, quicq; astra miserā
bili errore colunt, tanquam vel eorum beneficio hanc sortiant
tur vitam, vel cœlestem aliquando sint consecuturi, cum aliō
qui dēmones nunquam mortalibus prodesse velint, sed semper
P 111

Caput. xxviij.

Amos. 3. obasse, quod tamē tunc tātum faciunt, quum per deum illis licet. Non est malum sit
 Hier. 10. ciuitate, quod dominus nō fecerit, id est fieri permiserit. A strorum autem minas fide
 libus nihil pendendas contestatur per prophetam dicens. A signis celi nolite time-
 re, quæ gentes timeant. At homines magicis ueneficis demerati eo prolapsi sunt, vt ab
 spiritibus in mundis prouisi supplicesque deposcāt ea, quæ solus cōditor præstare illis
 potest. Hæc sane est iniquitas maxima impari lance omnia confundens, duplici enim
 capite optimus ac maximus deus iniuria permagna afficitur, & quod debito cultu
 priuatur, & quod impuris spiritibus, vel sceleratissimis hominibus diuini honores de-
 feruntur. Duo, inquit, mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ uitæ,
 & foderunt sibi lacus, qui aquam continere non possunt. Et attende quod non repla-
 cuit aquam uitam, sed solum aquam, vt intelligas, nō modo non posse fallaces illos
 spiritus veram felicitatem hominibus largiri, sed nec hanc vmbrailem præstare, aut
 conseruare. Sentit deus iniuriam sibi illatam, & indignabundus abnegat impijs opē,
 quantumuis magnis clamoribus eam flagitantibus, amandatq; illos ad suos, deos ex-
 postulandos. Sic enim legis iudicium capite decimo. Afflitusq; est Israel nimis, &
 clamantes ad dominum dixerunt, peccauimus tibi, quia dereliquimus te dominum
 deum nostrum, & seruauimus Baalim, id est idolis; non enim Bahal semper nomē est
 proprium, sed plerumq; commune. Baal enim interpretatur dominus, ideo idola quæ
 bus seruiebāt uocauere Baalim, id est dominos. Sed ad rem: Quibus locutus est domi-
 nus: Nunquid non Aegypti, & Amorei, filiiq; Amō, & Philistini, Sidonij, quoq; &
 Amalech, & Channaam oppresserunt vos, & clamastis ad me, & erui uos de manu eo-
 rum? et tamen reliquistis me, & coluistis deos alienos. Idcirco nō addā, vt ultra uos
 liberem. Ite & inuocate deos, quos elegistis, ipsi uos liberent in tempore angustiar.

Caput. xxviiij.

Quod valde grandis peccatori est calamitas offendisse deum.



Transeo ad aliam calamitatem

Augusti.

quæ peccatori ex culpa accedit, ea est dei offensio, tam grande ma-
 lum, quod si Augustino credimus, homo facere non deberet, &
 si sciret interiturum, quicquid deus non est. Quocumq; enim
 alto sublato bono, illæsa manet suprema illa maicestas, at quana-
 do peccatur, per peccatorem id agitur quantum in se est, vt e nie-
 dō deus tollatur. Namq; statuit ille sibi vel voto, vel actione alij

deum, aliumq; expetendorum bonorum finem scilicet, ventrem, argentum, & aurum
 & alia id genus idola, quibus seruit, quibus ve vt fruatur ad libitum, postergat autho-
 rem suum: irasciturque ei ad meliora reuocati, odit prohibentem male concupitis po-
 tiri, eiusdemque oblectari. Iuxta id quod scriptum est. Superbia eorum, qui te odes-
 runt, ascendit semper. Eoque illa ex tollitur, vt abominetur ita authorem suum; vt im-
 proba sensu cæcus optet eum non esse, sine quo nihil esse potest, id quod & ipse queri-
 tur dicens. Quia odio habuerunt me gratis: & dixerunt. Nolumus hunc regnare
 super nos: & illud, discede a nobis scientiam viarum tuarum nolumus. Vides quibus
 gradibus increuit malum. Primum peccator cedit affectui: dein de tristatur spiritua-
 libus, denique displicet ei sanctus spiritus, id est agitur præcepta, a libidine in accidiam,
 a desideria in dei odium. Tanto itaque facinore intrinsecus tactus deus iure offenditur,
 peccatori irascitur, insensuque contemptorem sui contemnit & osorem sui odit, in-
 festusque insequitur, similiter sunt deo odio impius, & impietas eius. Non quod
 opus suum non agnoscat, sed quod impietate infectum, & iniquitate deformatum,

Sap. 14.

reprobet

Caput. xxviiij. xxix. Fo. cxxviiij.

reprobet, atq; execretur. Quis autem non videat quantum sit dispendium inimicitia-
 tias aduersus eum contraxisse, quo offenso, nemini queas esse gratus, non angelis,
 non hominibus, non alicui alteri creaturæ. Sentit enim factura illatam auctori suo in-
 iuriam, impatiensque moræ aduersus impios tota confurgit, vt de hoste cōmuni me-
 ritas poenas sumat. Accipiet, inquit sapiēs, armaturam zelus illius, & armabit crea-
 turam ad vitionem inimicorum. Induet pro thosace iustitiam, & accipiet pro gas-
 lea iudicium rectum, sumet scutum inexpugnabile æquitatem, acuet autem diram
 iram in lanceam & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

Caput. xxviiij.

Quod extrema est offendenti deum infelicitas, donis celestibus denudari.



Ultima est amissio iactura gra- tia celestis, quæ nitor quidam est spiritualis sanctorum cōcilias

amore. Hanc enim quoq; peccator amittit improbitate sua,
 ac nō impugne. Illa em̄ fugiēs secum aufert vniuersa spiritus
 sancti dona, quibus quōdā autma deo grata mire exornabatur,
 denigrata est super carbones facies eius, abiit omnis decor eius,
 recessit ab ea omne fere munimentum, omnisq; presentior
 custodia, templum dei, factum est Sathanæ habitaculum. Iam
 nō vlli vitio ostium illius occluditur. Chaldæi dominantur in ea, sancti transeūtes
 videntes ignominiam eius despexerunt eam, amatores eius irriserunt eam. Iacet deser-
 ta vitio suo, meretrix rebellis, subactisq; māmellis impudica disturcavit pedes suos
 amatoribus, imo pollutoribus suis: nulla est turpitudine, q̄ non foedauerit eā. Quodq;
 magis obstupescas, quo feodior libidini prostrat, minus se foedā agnoscat. Obscurati
 sunt oculi eius ne videat, totaque furens vrbe vitiorum vagatur. Quinimq; pertinaci
 ter bonum fugit, malumque se statuat, minime aduertit quod nouissima eius amara
 sunt quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps. Potio absinthij, vt quidam ait,
 intus amarescit in visceribus, gladio foris membra feriuntur. Vt igitur ostendat Sa-
 lomō iniquos in nouissima vitione, & interiori amaritudine impleri, & extra circū-
 dari poenis perennibus, & amaritudine illos absinthij torquendos, & gladio asse-
 uerat illos esse truncandos. Quare autem idem gladius biceps sit dicitur, aperit domi-
 nus, cum ait. Sed eum time, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Luc. 5.

Caput. xxix.

De lugubri peccatoris resipiscencia, quæ tandem ad patrem misericordiarum regreditur, deque magnificentissima parentis in filium pietate.



Resposuimus ante oculos:

quantis miseriarum fluctibus quilibet impius iactatur, & quæ
 immineat peccatori summa malorum. Quam felix tandem
 resipiscat, & voluptatum amaritudine stimulat, & siliquas
 rum insipientia monitus ad se redeat, illudque secum ipse cogi-
 tet ac referat. Quanti mercenarii abundant panibus in domo
 patris mei, & ego fame perco. Malorum enim agmine premor

Lucas. 5.

cunctorum, scilicet, errore deus, perturbationibus astutus, furoribus agitatus, de
lectus a regno paterno seruitutem abiecitissimam, obruptui porcino regi, cu
ius gero curam, asini milis. Iaceo in foelix sponte mea a vero bono auersus, ad certum
malum conuersus, offensior dei, infestus mundo, ingratus ipse mihi: quippe qui foe
dior ipsa foeditate extremis calamitatibus sum destinatus, nisi ante diem extremum
Treno. 2. mihi caueo. O anima mea, quam es in foelix, Magna est quasi mare contritio tua.
Quis miserebitur tui? Quis medebitur tibi? Quid agimus, morimur an viuimus?
2. Cor. 3. Quid stupes? Quid heres? Caue ne nimia absorbearis tristitia, & erit error nouissi
mus petor priore. Eia surge, veni sequere me acturum pro te legationem commodam.
Matt. 27. Vadam enim ad patrem meum & dicam ei, Pater peccauit in caelum & in te, iam non
sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnū de mercenariis tuis: scio enim, scio,
quod flagitia mea repulsam merentur, sed pater est, non repellat in finem, facinora
mea gehennam deposcunt, sed pius est, flagellabit, non interimet misericors & mise
rator dominus. Et ut testatur Naum propheta, bonus dominus & confortans in die
tribulationis, & agnoscens sperantes in se. Talia cogitantem, quum adhuc longe ef
set, pater filium vidit, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collū eius,
& osculatus est eum. En tibi amplexus & oscula certissima amoris & veniē signa, nisi
lominus adhuc concūctus sibi ac verecundus filius, sic fatur parenti. Pater peccauit in
caelum & in te, iam non sum dignus vocari filius tuus. O admiranda benignitas, in
terrupti loquentem pater: & ne morore filius tabescat, silentem & verbis & rebus
amicis solatur, quippe qui cor contritum & humiliatum nunquam despiciat, sed cuius
uis poenitentis statim & veniam concedit, & gratiam suam spiritus sancti donis locu
pletem abundantius largitur: dixit itaq; pater ad seruos suos. Cito proferte stolam
primam & induite illum, & date annulum in manu eius, & calcamenta in pedibus
eius, & adducite vitulum saginatum, & occidite. Et manducemus & epulemur, quia
hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuētus est. Quanta est patris cō
lectis bonitas, qui tam benigne reuertentem excipit peccatorem, nihil impropert,
nihil exigit, quin amplectitur ipsum exosculatur, & exornat, & in pristinam digni
tatem reponit, tandemq; ingenti gaudio pro recuperato filio perfusus cum amicis
epulatur totumq; diem agit festum. Hi sunt fructus misericordiae diuinæ, quæ ut ma
xima est virtus, ita deum optimū maxime decet, quia illi malinifili accidere potest,
nec boni quicquam deesse, sed est omnipotens ad eripendos afflictos, & distissimus
ad optulandum egenis, & beneuolentissimus ad benefaciendum vniuersis. Nolo ta
men putes prædicari deum misericordem quasi quibusdam miseris affligatur, longē
id abest a summo bono, quod nullatenus alicui passioni subiacet, sed misericors
dicitur quod miseris nostris tollendis sponte sua pie intendat.

Quod deus propensior est ad ignoscendum quam ad puniendum, & quod
misericordia iustitiam eius semper præceditur, comitat, ac sequitur.



Queterum ne metue iustitiā fo
re impedimento misericordiae apud eum, qui mirabili quodā
modo simul est iustus & clemens, qui sanē ita misericorditer
agit, ut tamen iustitia seruetur, & rursus ita iudicium exercet,
ut misericordiae meminerit. Legimus in psalmo. Misericors &
iustus dominus, & deus noster miseretur. Iustitia dei vallatur
misericordia, & talis ad iudicium ambitione procedit, sic par
cit, ut

Psal. 114.

est, ut iudicet, sic iudicat, ut parcat. In quo vno misericordia & veritas obuiauerunt Psal. 94
sibi: iustitia & pax osculatae sunt. Notandus est ordo verborum, quo misericor
dia præcedit iustitiam, sermoque totus clauditur misericordia, ut innotescat mori
talibus, in tantum apud patrem misericordiarum & deum totius consolationis de
mentiam præstare sequerati, ut per illam prius veniam peccatori offerat, quam ab eo
iuxta iustitiae leges poenas exigat. Quod si quando pro contemptu salutis oblatae
de illo vlcisci decernat, nec tunc cōtinet in ira miserationes suas, quia vel ita corripit
ut corrigat docilem, vel indocilem minus cruciet, quā meruerit. Nec repugnat huic
sententiæ quod scriptum est, iuxta mensuram delicti, erit & plagarum & modus. Hoc Deute. 25
enim haud est accipiendum absote, sed secundum proportionem, ut qui pluribus
facinoribus deliquerit, pluribus grauioribusque plagis multetur. Nec mirum quod in
exigendis poenis minuatur deus vim flagelli, torquere enim creaturā suā opus est pere
grinum ab eo, qui sanabiles fecit omnes nationes, cuiq; proprium est adeo misereri
semper & parcere, ut penē inuitus ad puniendum accedat. Vnde & sumpturus poe
nas de Hierosolymis, quaeritur deuisisse intercessorem, qui manū eius ab vrbis exci
dio contineret. Quæsiit, ait, virum de eis, qui interponeret seipem, & staret opposit. Ezech. 22.
tus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni. Et tibi lamentati similes mi
natur vltionem. Heu, inquit, consolabor ego super contritionem populi mei. At si
dolet propter animaduersionē, quomodo eadem cōsolatur? Quomā si dolet pereū
tium vicē, gaudet de salute redeūtum, quia quos iustitia dānat, misericordia seruat,
quos seueritas excludit, clementia admittit, quos indignatio irget, pax excipit, quos
lira occidit, gratia ad vitam reuocat. Hi sunt illi duo funiculi, quos mensus est Da
uid rex, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum, vel ut significantius in He
braeo habetur מִן הַחַבְלִים הַשְּׁנַיִם הַאֵלֶּיךָ הַיְהוָה אֱלֹהֵינוּ, id est, vnum ad occi
dendum & plenitudinē funiculi ad viuificandū. Nec abnuū septuaginta ἑξήντη
τὰ δύο χωνίσματα τοῦ ἀνατῶσαι καὶ τὸ πλεονεξία τοῦ τρίτου σχωνίσματος ἐξάγειν.
Sic em̄ datur nobis intelligi bonitatis diuinæ plenitudinem haud expleri, quā perdit,
sed quando seruat, nec non videri diuinam maiestatem, quodam modo coactam ad le
gis lineam, quum poenas delinquentibus irrogat imo sauciam quandam præ se fer
re, nisi equitate mollescat, reūq; mortis viuificet, vel certe, quantum fas est, animadu
ersionem temperet. Quod quum sit maxime effunditur patris celestis bonitas, elucet
pietas, pollet virtus, regnumq; caeleste clarescit. Et quo plenus iustitia iustificat in Psal. 50.
sermonibus suis: quam eo, quod minime ceu immani quadam crudelitate maleme
ritos ad aitem torquet, sed pro suaapte benignitate supplicia inminuit. Hic est vbi mi
sericordia superexaltat iudiciū, ostendens illud iustissimum, qd exercetur quāta po
testate equitate conditum. Forsitan & ad idem magis facit Iacobi testimonium, si pro Iaco. 2.
ponamus ipsum, ut in Graeco habetur, κατὰ κωνίσματα ἑλως κρισίως, id est, mīa gloria
tur supra iudiciū: quod per ipsam naturā diuinę celsitudo imprimis affulget, cuius, ut
dicebam, propriū opus est perituros velle potēter saluare, inaurare sapienter, & be
nigne cōsummare. Nam optare dānare, hoīem perdere, atq; interimere tam alienum
est a deo, quantum lux distat a tenebris, bonum a malo, mors a vita. Nec vnq; ex corde
suo abiecit filios hoīem, quem modo ex corde abieceret, siquidem cor dei ipsius est mīa.
Quod si mihi non habes fidem, audi Salomonē orantē. Ista est lex Adam dñe deus, 2. Reg. 7.
ut tibi in simplicitate cordis & puritate seruiat, & tu facies eis secundū misericordiam
tuam, sicut dignatus es facere seruo tuo propter verbum tuum & secundū cor tuum
fecisti omnia magnalia hæc. Animaduertisti quēadmodū sapiēs vocauit dei cor id,
quod antea appellauerat mīam: Nec quia dñs addixit tenebris exteriorib; seruū illū
nequam, dñici beneficiū in memore, & ingrata immanitate cōseruum suffocantē, ha
bēdus est seuerior. Nemine em̄ dānat, quandiu spes est reuocandi peccatorē ad saniorē
mentē, quod si ipse obstinato animo paratā misericordiam aspernatur, & liberatorē vlt

Iaco. 2.

2. Reg. 7.

Matt. 18.

Caput. xxxij.

tro se offerentem repellit, sibi damnationem suam imputet, non deo, qui vult omnes
 1. Tim. 2. homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Et quid aliud, q̄ pernicissima
 ma rebellionem Christus exprobrat ciuitati, iam inde non sancte, sed impie: Hieru-
 Matt. 23. salem, Hierusalem, quae occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties
 volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas,
 & noluit. Ecce relinquetur domus vestra deserta. Et quis est deserta, nisi efficaci au-
 Osee. 13. xilio diuino destituta: vi per se cadat, quae per deum stare noluit. Id quod per Oseam
 prophetam distinctus dominus contestatur. Perditio ex te Israel, ex me tantum mo-
 do auxilium tuum, tanquam si dicat: tu iniustus, ego iustus, tu iniquus, ego equus, tu
 impius, ego pius, tu aberrator, ego director, tu disperfor, ego collector, tu perditor,
 ego seruator, tu prauaricator, ego saluator. Perditio tua ex te Israel. Ex me tantum mo-
 do auxilium tuum, tu dormis, ego vigilo, tu natura miser & amplius miserabilis cul-
 pa, ego misericors natura, & gratia miserator: antelucatus clamor ad te & non audis,
 tam profundum dormis, excito te stimulus charitatis, & experrectus vocantem mi-
 nus attendis, attendis, & non sequeris, ac si in carcerem traharis, & non reuocaris ad
 Psal. 97. libertatem. Nihil arduum, nihilque difficile exigo, qui fingo laborem in praee-
 pto: ad id enim te prouoco, id impero, ad quod ipsa rerum natura optandū, vel agē-
 dum, temet maxime, iuuat & impellit. Hoc vni a te requiro, ne nouis criminibus
 clementiae meae aditum claudas, vt admittas spontaneam veniam. Quem fugis ha-
 demens vitam inuisibilem obliuiscaris tuo benefactori, qui te amore ineffabili inse-
 Heb. 2. quitur fugientem, te inquam hominonem, non angelum, Non enim angelos ap-
 prehendit, sed semen Abrahae, te insequitur, vt vel fugientem apprehendat, apprehen-
 sumq; seruet, & insularū oblitus nullas iam in te inimicitias tecum exerceat, sed con-
 ferat in te vnum, pro iniustitia iustitiam, pro impietate pietatem, pro errore reuerentiam,
 nem, pro culpa gratiam, pro offensa veniam, pro poena premium, pro malo bonū,
 pro perditione salutem, pro morte vitam, pro miseria felicitatem. Et quam ob causam
 iam super te vult suam exorari benedictionem nisi vt tui misereat, crede mihi in eo
 mora non erit vlla: qui ideo vult, vt tibi breui sermone benediceretur, quo citius
 postulata praestaret.

Caput. xxxij.

Quod & si per necessarium sit homini misericordiae diuinae
 subsidium haud temere expetebat Dauid rex iustificari
 modo in iustitia, modo eripi iudicio.



Alterum cum sit homini tam


necessarium diuinae misericordiae subsidium, professusq; fue-
 rit in psalmo propheta, neminem viventem in conspectu dei
 iustificandum, mirū est quod audeat idem expetere ab illo cri-
 pi modo in iustitia, modo iuxta eius iudicium. Nam si pecca-
 tor, quare meminit iustitiae: ob quam appellanda esset misericor-
 dia: Si reus, quomodo prouocat iudicium eius: in cuius ma-
 nus incidere horredum sit! At nemo prudens querit illam iustitiam, quae deploratos
 damnat, nec iudicium illud, quod a furore irae domini profectum soles obruit
 impoentes: & quidem iure. Quippe, qui a deo ad bona vocati, non ad mala, vt
 compellat, dum illa aspernantur, eisdem sunt indigni, pereuntq; non tantum quia
 peccauerint, sed & quia a peccato non resipuerint. Sed eam querit iustitiam, quae diuina
 nam sapientiam aequitatem, non humanam severitatem. Nouit enim quantum distet in-
 ter iudicium humanum, atq; diuinum. Alterum enim tam est seuerum, quam impera-
 scunt

Caput. xxxij. Fo. cxix.

fectum, alterum tantundē habet perfectionis quātum & clementiae. Humanus enim tu
 dex raro potest causarū merita ad vnguem dignoscere, nescit praesens rei ingenium,
 nequit prouidere an ex venia futurus sit melior vel peior, nec est opus eius malum mu-
 rare in bonum, nec est illi integrum damnandum absolvere, reclamantibus actori-
 bus, vel legibus superioribus, iuxta quas necessum est pronunciare, ex quo fit, vt
 plerumque eum, qui deliquit, imo nonnunquam innocentem falsis testibus conui-
 ctum ex asseputiendum decernat. Tanta miseria humana iudicia versat. Coelestis
 autem morum censor apprise nouit, quam fragile est figmentum nostrum, quam ve-
 hementi incitabulo sit peccatum, quam festina post lapsum resipiscencia, quantus
 post offensam dolor, quam certum melioris vitae propositum, prouidet item dignos
 poenitentiae fructus, futuraeque fruges virtutum latissimas. Accedit ad hoc, quod
 cor regis est in manu domini, vt quocumque voluerit, vertat illud, reddatque conse-
 ssum ex improbo probum, nec longe abest clementia, freta ea autoritate, quae nul-
 li sit calumniae obnoxia, tanta enim circumspectione quum parcat Deus peccatori,
 veniam praestat, vt profit multus: noceat autem nemini. Haec iam misericordia domi-
 ni antistat iustitiae, sicut bonitas potentiae. Nam quemadmodum dei potentia nihil
 proferit, nisi veluti inuitata sua bonitate, ita & iustitia nullum exercet iudicium, nisi
 conuenerit sua misericordia, qui non vult animas perdere, sed seruare: & ad se tra-
 here quotquot decuerint reuocantem ad se, imo ingerentem se admittente. Admit-
 tunt autem, dum illum iustum, sese autem peccatores confitentur, patiunturq; vulne-
 ribus suis a coelesti medico gratiarum fomenta adiuuati. Tanti enim deus facit eius
 modi resipiscenciam, vt nullum aliud exigat a iustitia iudicium, quam vti misericor-
 dia. Id quod nec temere, nec suspicenter pii homines expetunt, nec enim dura feretur
 sententia, quae ex clementiae diuinae aditis in Deo dociles sit profecta. Quare Dauid
 propositis sibi tribus calamitatibus prudentissime optauit eam, quae a domino esset
 inferenda dicens. Coartor vniq; nimis, sed melius est, vt incidam in manus domi-
 ni. Multae enim misericordiae eius sunt, quam in manus hominum, subintellige, quo-
 rum iudicium est incertum, & prona saeuicia, & ira pene implacabilis. Quod si per
 iustitiam patris intelligas filium, qui factus est nobis sapientia & iustitia & sanctifica-
 tio, & redemptio, vt quemadmodum scriptum est, qui gloriatur in domino glorie-
 tur, in promptu est propositi nodi resolutio. Liquet enim sapientis esse per eam velie ut
 herari iustitiam, quae omnium expentium sit redemptio, nec ab hac intelligentia
 prior est aliena, sed eius visceribus inserta.

Caput. xxxij.

Quod praesentior est diuina clementia Christianis quam fuerit anti-
 quioribus, & si nunc quoque nullus sit coram deo per se innocens.



Quod si taurus benedictionis ce

lestis fructus tunc temporis a domino vltionum fuit expe-
 tendus: quanto nunc amplius ab Hemanuele nostro excipien-
 dus: transibat olim Deus transibat coram Mose, non stabat, Exod. 33:
 quia nondum homo erat, vbi autem verbum caro factum est, Ioh. 1.
 nō auolat deus, quod entia assumpsit, nunq̄ dimisit, semper est
 homini praesto mia: & nō quaeris, sed dei, qui diues est in mia:
 siue misericordiae nomine, ipsius intelligas naturam, siue humanitatem assumptam siue
 totū Christū, ipse em̄ est propiciatio pro peccatis nostris, nobiscū manēs vsq; ad cō 1. Ioh. 1. 2

Mat. 28. summationem seculi, Aclama ergo magna fiducia. O homo filius patri, frater fra-
 tri, proximoq; tuo Christo deo, q̄ ille quondā seruus pertrāsēti dño acclamabat.
 Exod. 34. Dominator domine deus misericors, & clemens, patiens, & multa miserationis ac ve-
 rax, qui custodis misericordiam in millia, qui aufers iniquitatem, & scelera, atq; pec-
 cata: nullusq; apud te per se in nocens est. Beatus es, si vt voce cōfiteris, ita spiritu agno-
 scis dominatorem illum essentia perfectum, potentia dominum, prouidentia deum,
 creatione misericordem, gratificatione clementem, peccatorum dissimulatione pa-
 tientem, atq; omni moda subuentione miseratorem, qui auferit iniquitatem, qua est
 iniuria alteri illata: & scelera, quibus religio impiatur, & peccata, quibus homo pro-
 priis veluti sordibus polluitur, ita magnifice, vt nullum sit criminum genus tam ne-
 farium, quod Dei misericordia non eluatur, cum primum expeditur. Beata confessio,
 quæ tam celere consequitur veniam. Tale quid nouerat in se factum ille, qui talibus
 Psa. 131. misericordiis Dei uerbis gratificabatur. Dixi, confitebor aduersum me iniquitatem
 meam: & in domine remisisti impietatem peccati mei. Et re vera quam breuis citusq;
 est in ignoscenda culpa deus tam longus tardusq; in poenis exigendis. Ideoque reddidit
 iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus in tertiam & quartam generationem, non tam-
 tum, vt pro parentum delictis innocentes puniat filios vltimo supplicio, absit hoc ab
 ipsa misericordia, absit a diuina iustitia, quantum vt differendo poenā dum maiores
 tolerat, eorum filios atq; nepotes ad poenitentiam reuocet. Verum mirandum est, qd
 post tanta diuinæ misericordie præconia subditur illud. Nullusque apud te per se in-
 nocens est. An ideo hoc additum est: quod & si sunt quidam iusti apud homines vi-
 dentes ea tantum in, quæ fors sunt, in conspectu tamē dei, qui intuetur cor, non iustifi-
 cabitur omnis homo uiuens. Sed si hoc semel admissum fuerit, vt omittam Christū,
 quippe qui non fuit omnino, id est, totus homo, vt esset mendax, sed deus & homo, vt
 esset necessario verax, illico negotium nobis facessit inmerita virginis ac pntissimæ
 mæ illius matris, nobilissimæ herosæ nostræ absolutissima & super humana inno-
 centia. Quem nodum forsitan dissoluemus si meminerimus illud. Apud homines
 Mat. 19. hoc impossibile est, apud deum autem omnia sunt possibilis. Ex quo fit, posse homi-
 nem diuino munere obtinere id, quod ipsi suapte natura consequi negatum sit, da-
 tūq; est beatissimæ virginis, non solum diffusa in eam spiritus sancti gratia, sed præsen-
 tissimo illius auxilio, integra, qm̄ suis uiribus assequi nequisset, sanctitate, & puris-
 sima innocentia pollere hinc eam Græci composito uerbo *παρὰ γέναι*, id est, omnia san-
 ctam dicere. Qua de re contentaneum est animaduertere, quam caute propheta locu-
 tus est. Nec enim dixit absolute nullum esse apud deum innocētem, sed adiecit per se,
 vt simul naturæ creatæ infirmitatem ostenderet, & diuinæ gratiæ nihil diminueret. An
 ideo post tanta diuinæ pietates præconia adiecit nullum esse apud deum per se inno-
 centem, vt patefaceret post concessam peccatori veniam, donataque supplicia æterna,
 prope semper remanere eisdem temporariis quibusdam poenis obnoxium, ob quas
 uitandas sit adhuc exoranda dei clementia, quanto benedictionum membro, quod
 iam explicari conuenit.

Caput. xxxiiij.

Quod multiplex dei in peccatores furor, nō in sano, sed salubri Christi
 furore reprimitur & restituitur poenitentibus pristina bonorum ipsi
 ritualium copia.



Dilat: ait: vultum suum, desuper

te, sic diximus haberi in Hebræo & apud septuaginta interpretes, ubi
 vultus pro furore ponitur ex idiomate Hebræicę linguę, sicut in psal-
 mo scriptum est. Vultus autē domini super facientes mala, vt perdat
 de terra

Psa. 33.

de terra memoriam eorū. Non dubium quā eo in loco vultus nomine significetur
 acrior quędam domini ira, hoc est, furor eius. Non q̄ deus eiusmodi perturbatio-
 bus afficiatur, qui summa tranquillitate regnat, sed q̄ his nominibus, vindicta in pec-
 ca patiens exprimitur. Quā quidē poenā ille reos pendere cogit, vel dum peccatores
 sathanæ ad tempus torquendos tradit, vt discant non blasphemare, & spiritus saluus
 fiat, vel eas per se poenas irrogat, quas de manu domini optauit sustinere Dauid, aut
 communibus relinquit afflictādos calamitatibus, vel in purgatoria supplicia detru-
 dit, vel quod peius est, pro libidine bonis externis abuti permittit, vel deniq; cū tar-
 tareis tormentibus excruciantes damnat. A deo multiplex domini furor in peccato-
 res, minus quam par est, poenitentes seuit. Quanquam & desperantes nō furor sim-
 pliciter, sed furor iræ illius cōprehendere propheta testatur: Effunde, ait, super eos irā
 tuā, & furor irę tuę cōprehendat eos. Fiat habitatio eorū deserta, & in tabernaculis
 eorū nō sit, qui inhabitet. Quoniam quę tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem
 vulnerū eorū addiderit, scilicet peccatū in spiritū sanctum, quod non remittitur in
 hoc seculo, nec in altero. Appone iniquitatē super iniquitatem eorū, & non intrent
 in iustitiam tuam. Deleantur de libro uiuentū, & cū iustis non scribantur. Maledic-
 tus furor eorū, quia pertinax. Deseruentur & nō redificabūtur obstinati, quis furor
 illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ quæ nō exaudiet vocem
 incantantium, & venefici incantantis sapienter. Ideoq; videntur oculi eorum inter
 festionem suam, & de furore omnipotentis bibent. Sed hos tanquam deploratos re-
 Inquamus: quando quidem hic locus de illo exponendus est furore, qui imminet his
 quibus post offensæ atq; gehennæ condonationem aliquanta adhuc purgatoria cru-
 ciatio patiēda superest. Hunc sane furorem domini a vero Israelita auerti deprecā-
 tur sacerdos, cum ait. Tollat dominus furorem suum desuper te. Petebat & patientis-
 simus Iob abscondi, donec transiret furor domini, ne forte dolorum intolerantia op-
 pressus delinqueret. Orabat & idem Dauid dicens. Domine ne in furore tuo, id est,
 in dæmone seruenti tibi ad mouendo peccatoribus supplicia, irgas me, nec in ira
 tua, id est, in poena quam requirit iustissima indignatio, tua per te missus inferenda
 corripias me. Alioqui si iniquitates obseraueris & adamussim supplicia exigas: do-
 mine quis sustinebit? Quomodo vel aliquatenus stabit coram te, & non potius om-
 nino succumbet is, in quem tuum furorem collegeris? Quod si integram non me-
 reor exorare veniam, saltem ne effundito in me diluuium illud furoris tui, quo pe-
 rxit quondam humanum genus, stilla duntaxat tantillum indignationis tuæ in eum
 quem ex impio pium, ex alieno filium nuper feceris. Cumula priorem gratiam po-
 steriori. Hæc est lex Adam domine deus, vt in dolore vultus sui veicatur pane suo.
 Doluit satis superq; vultus noster, qua homo vultusq; tuus, qua deus Christus, pas-
 sus pro peccatis nostris. Liceat nobis per tuam pietatem, o pater cælestis vesci pane
 nro supsubstantiali spiritu prompto menteq; denota, qui per te factus est nobis sapi-
 tia & iustitia & sanctificatio & redemptio, & vt ita loquar, furor quidam non in sa-
 nus totum iustitiæ tuæ furorē in seipso excipiens, ne in alios vltra procederet. Quis-
 pe qui cum opus paternum in humanis ageret diuinioris cuiusdam viuendi generis
 author tam sublimi doctrina populos instituebat, tam sancta voce personabat, tam
 nihil cuncta mortalia faciebat, tam sui negligens, tam aliorum diligen- s procurator,
 tam minarum contemptor, & tribulationum perceptor, tam denique ardens spiritu
 in illuminandis, inslamandis, trahēdisq; ad se hoib; ferebat, vt furētī similis visus sit,
 turbis illis carnalibus, nondum perceptentibus ea, quæ sunt spiritus dei. Dice
 hant enim de illo quod in furorem conuersus est, sane in furorem conuersus est.
 Sed in eū in quo eluceat virtus & sapientia patris: in furorem conuersus est, sed pten-
 tissimum: quo affirmaret faciem suam petiturus Hierosolymam, vt tibi admirabilem
 illum, & amarulentum mortis excessum pateretur. In furorem conuersus est,

1. Co. 5.
2. Reg. 2.

Psal. 68.

Gen. 49.
Psal. 57.

Iob. 25.

Iob. 14.
Psal. 6.

Gen. 3.

1. Cor. 1.

Mar. 3.

sed in eū, quo patris furor iam olim in mortale genus effusus, tandē cohiberet. Sup-
 me, inquit, nō dubiū quin filius ad patrem: confirmatus est furor tuus & omnes flu-
 P^{sal.} 87. tus tuos induxisti super me. O sanū beatūq; furorem, quo furens noster patrem pla-
 cavit, defecit aduersarios, suosq; seruauit. Iure itaq; minime erubescit talis fuisse actū
 E^{sa.} 63. furore, quin potius eodem sese dignatur & glorietur apud Esaiam victor noster. Cal-
 caui eos in furore meo, & conculcaui illos in ira mea, & aspersus est sanguis corū su-
 per vestimenta mea, & omnia in dumēta mea inquinauit. Dies enim ultionis in cor-
 de meo, annus redemptionis meae venit. O agnū acceptabilem. O gratū salutis recu-
 perandę diem, in quo completus exhaustusq; est furor domini, in quo furor totū hu-
 mano generi in fians in vnū Christū reuolutus est. Expediebat nobis vnū hominē
 mori pro populo, ne tota gens periret. Et quid aliud sibi uoluit præsens benedictio.
 A^{Abac.} 3. Tā grāde im mēns pietatis sacramentū cōsiderās Abakuk propheta adintrans deos
 que gratias agens cecinit. In fremitu conculcabis terrā, & in furore obstupescies gē-
 res. Egressus es in salutem populū tuū, in saluē eū Christo tuo. Ad hūc quoq; sensum,
 quāuis diuersā ratione trahi pōt vulgata cōditio. Cōuertat dñs vultū suū ad te. Nā
 quādo deus offensus nostris culpīs auertit a nobis, sua secū dona refert, suspēditq; cō-
 solationū pluuia, quibus tēperare solebat humanæ calamitatis æstus, cōtinuoq; mēs
 P^{sal.} 29. auertisti faciem tuā a me, & factus sum conturbatus. Cū vero ex toto cōuertit domi-
 nus vultū suū ad nos, secū reuocat bona, quæ abstulerat, quæq; licet non simul o-
 mnia adesse sentiant: omnia tamē demū conferunt, ac subinde deus pro virtutum pro-
 fectu iuxta multitudinem dolorum cōsolationibus suis redeuntē ad se animā læti-
 ficat restituitq; ei cunctos fructū spiritualium annos quos improba locusta deuora-
 rat, tātaq; bonorū copia replet, vt nō remaneat vlla pristina indigentia vestigia, tam
 Iob. 1, 2. procul abigit a peccante iniquitates, vt in iustificatus aliqui nō sã pro reatu puniat, li-
 cet interdum ad incrementū spiritus instar Iob nōnullis aduersitatibus exerceat.
 Et tētm ad inodo dicta firmāda sūt satis vnum ex multis sacrarum literarum locis in
 medium afferre, qui in psalmo cētesimo tertio inserta, vbi postquā multa de diuina
 pronidētia, deq; mundi gubernatiōe cecinit psalter regius, cōtinuo subiecit. Dra-
 P^{sal.} 109. co iste quē formasti ad illudēdum ei: illudē. n. a sanctis dēmoni, cum conatus illius
 eludunt, vt & que sequunt spiritualiter intelligas. Omnia autē expectāt, vt des illis escā
 in tēpore opportuno. Dāte te illis colligent, aperiente te manū tuā, omnia implebun-
 tur bonitate. Auertente te autem faciē turbabuntur, auferes spiritū eorum, & deficiēt
 & in puluerem suū reuertentur. Emitte spiritum tuū, & creabuntur, & renouabis fa-
 ciem terræ. Facies terræ renouatur quando cor mundum in homine a deo creatur
 & spiritus rectus in visceribus mentis eius innouatur: vnde facilius est ei transitus ad
 benedictionem pacificam, sexto loco contentam, & det tibi pacem.

Caput. xxxiiij.

Quod qui firmam cum deo iniere pacem, modo sibi consent, plena tā-
 dem iustitia potiantur



Duro renouata spiritu recto

terra animę nostre, iam non germinat malo suo spinas iniquas
 rum cogitationum, nec operum carnis tribulos, sed pericunda-
 dos fructus spiritus, imprimis charitatem, id est, vnicam ceterarum
 virtutum, intimamque ipsarum vim, qua præsente
 te, reliquas omnes virere, florescere, frugescere constat, & qua
 absente, easdem arefcere, deflorescere, & prorsus tandem
 in damnatis

in dānatis euanescere necessum est. Hanc consequit̄ gaudū illud, quo perfundit̄ mens
 cōscia recti, mox vt presentē sibi, aut leuib; persuasa signis cōfietur habere deū. Nec
 enim potest non impēle gaudere sodali tam prospero sociata. Cogiturq; cōgratulari
 amico presentī, cui tāta sit bonorū verorū copia, quorū, nec numerus finire pōt, ne c
 mēsurari magnitudo. Tali gaudio perfusus fuisse credit̄ ille qui dixit, gaudēs gaude-
 E^{sa.} 61. bo in dño & exultabo in deo meo, & aduerte qd nō dixit simpliciter gaudebo, sed ad
 seclt gaudēs, vt epitali cōmostraret eam gaudiorū magnitudinē, quā soli, spōsi amicis
 adscribit̄ Ioānes Baptista dicens. Amicus autē sponsi stat, & gaudio gaudet propter vo-
 cem sponsi, stat nimirū amicus spōsi semp sibi similis & immotus, neq; populari au-
 ra effertur, neq; inani effundit̄ lētitia, sed solido gaudio gaudet propter vocē sponsi,
 Iob. 14. qui cū cetera, tum p̄cipue pacem nō hanc mūdā, & turbulentā, sed illā cōlestē, &
 vndiq; quietā proficitur se suis donare suisq; relinquere. Hac pace cōsummat̄ gaudū
 P^{sa.} 75. spiritus. Nec. n. potest gaudū nostrū esse plenū, nisi pacē habuerimus ad deū, de quo
 solo vera habent̄ gaudia. Adde qd solos pacatos animos inhabitat deus. In pace, inq; t
 factus est locus eius. Cui; est; sane Chri, q sub figura Salomōis pacific; describit̄.
 Nec mirū, ipse est pax nra, q fecit vtraq; vnū, vt in se duos cōdat pp̄os, pacificās sine
 E^{ph.} 2. quæ in cōlis sunt, siue q in terris. Hac pace dñs n̄r cultorē suū beat, quū illius mentē
 sic afficit, sibiq; agglutināt, vt nulla cōtraria vi ab eo auelli possit, nullis perturbatio
 nū fluctibus obruit, statq; firmissimus, neq; animū suū impotentū libidine modo
 huc, modo diuidit̄ illuc, sed semper illud in ore versat. Mihi adherere deo bonum est
 Mirū q̄ integro puroq; gaudio seruat̄ animus pius pacatusq;. Regnat enī ab oī mōe
 rore alienus tā virtutib; pollēs, q̄ vitis infestus, tā immunis a peccati iugo, q̄ iustitię
 studiosus, tā liber a Sathanę tyrānide, q̄ deo subiectus, deoq; potius, cuius possessio
 nū fluctibus obruit, statq; firmissimus, ita & felicitissima. Quā lōge ab hac felicitate
 E^{sa.} 57. recessere impij, quorū cor vt mare feruēs nunq; sui cōpos, nusq; figere gradū potest.
 Nō tot fluctib; maris litus, quot affectibus impijs animus iactat̄ sempq; sibi dissimil-
 E^{sa.} 48. lis, nunq; nō externa vel interna lite excruciat̄. Non est pax impijs dicit dñs. Quod
 si pax nō est, nec gaudū; hęc enī duo, ita inter se cōnectūtur, vt p se mutuo vsurpent.
 Nā & in loco modo citato qd in Hebręo habet̄ לַרְשָׁעִים יְרֵחָהּ יְרֵחָהּ אֵין שָׁלוֹם אֵין
 1. non est pax impijs, septuaginta non dubitauerunt transferre οὐκ ἔστι χαίρειν λέγειν
 uόγιος τοῖς ἀσεβέσιν. 1. non est gaudere impijs dicit dñs, quibus non omnino abnuat̄
 Hieronymus, id loci interdū ad hunc modū citans. Non est gaudū impijs. Quod si
 iustus corporis morbo langueat, nonne tristabitur? sentiet quidem ille doloris situm
 Ios, at æquo feret animo sciens quod licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur, 2. Cor. 4.
 tamen is qui intus est renouatur de die in diem. Quid si inedia tabescat; nec id magnis
 P^{sa.} 77. ciet, cui paratus est panis angelorū. Quid si pauperie contrahatur? Audi Hieronymū
 Hierony. dicentem, sicte cōtemnit omnia, qui semper se cogitat moriturum. Antiquę dictū
 est, Auaro deest, tam quod habet, q̄ quod nō habet. Credienti totus mundus diuitia
 P^{sal.} 36. rū est. Et illud. Meli; est modicū iusto super diuitias peccatorū multas. Et sane angu-
 sta est vniuersa terrena possessio ei, qui cōstituit deum diuitias suas. Quid si infamia
 labore; Quid ad eū, qui culpa vacat, & cum Paulo iactare potest, glia nostra hæc est
 2. Cor. 1. testimoniū cōscientiæ nræ? Quid si variis durisq; torturis ab impijs persecutoribus
 excrucietur. Dñs faciet eū tētatione proventū, vt possit sustinere. Habetq; strenuos pa-
 2. Cor. 10. tientē duces, quos læta mente sequatur. Ibant, inquit, apostoli gaudentes a conspectu
 Act. 5. conciliū, quoniam digni habitū sunt pro nomine Iesu cōtumeliā pati. Quid si im-
 Phil. 1. mineat capiti, omnium terribilium maxime horrenda mors. Nihil adeum, qui
 hoc ipsum viuere mori putat, morique lucrum, cuiusue tota vita fuerit moris que dā
 meditatio, quicq; gaudēs Andree more petit crucē, cupitq; cum Paulo dissolui, & esse
 Phil. 1. cū Christo. Deniq; istiusmodi tertricularia, huius mūdi candidatos turbare pote-
 runt, at eum qui Christum re vera induit tangere forte possunt, cōmouere autem nea
 Q.

Caput. xxxiii.

Psal. 119. quecūq; Pax, ait, quidam satis harum rerum expertus, pax multa diligentibus nomen tuum, & non est illi scandalum. Non quod aliquando ab alienis nō offendantur, quæ humana est infirmitas, sed quod offensi haud offendant, q̄ inimicis nō inimicentur, maledicentibus benedicant, odientes se diligant, malefactoribus benefaciant, deniq; quod perfectionem patris cœlestis cunctis mortalibus acceptissimam probe imitantes in omne genus hominum quantum in se est benigni sint, benefici atq; pacifici. A deo iniuriarum sibi illatarum dissimulatores, vt affligētibus se promalis bona redant. Sic charitas operit multitudinem peccatorum, dum aliorum errata Germana quadam pietate tolerat & eleuat, Porro semotis, vel certe operitis per dilectionem eius modi offēdiculis, nihil superest vnde ea ordinis tranquillitas, quam pacem dicimus a diligentibus deum secludatur. Præsertim quum pax christiana patientia & longanimitate duabus præstantissimis sororibus, quasi satellitio quodam firmissimo progreditur, regnetq; Cui altera præstat, ne persecutionibus quantūcūq; molestis cædat. Altera, ne expectati præmissi dilatione lassescat. Teste enim sapientie, Vir longanimis multus est in prudentia, Quippe, qui hinc meminit eos, qui in pacatis animis contra deum in deserto commurmurauerunt ab ignitis serpentibus tactos perisse. Hinc intelligit, non esse condignas passiones huius sæculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Inde prospicit cum Paulo, quod id quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ supra modum, in sublimitate, æternum gloriam pōdus operatur in nobis. Tali virtutum pondere grauis Abraam ab Aegypto rediit, pacūq; cum deo fœdus illud pacis sempiternæ habetur clarus, sit terribilis Channanæ regibus, septemq; reges, id est, totam septem capitalium criminum aciem cædit funditq;. Eodem pondere sibi constans, ardensque ad omnia Paulus, pia quadam instantia proclamatur, nulla arte, nullaq; vi se posse conuelli ab ea charitate, quæ est in Christo Iesu, qui quidem Christus alto nimis optimoq; consilio decreuit suos habere simul et in se pacem & in mundo pressuram, quandū scariū presentis vitæ agit. Quinq; enim verbis quibus loqui se maui Paulus, quod in eis tota lex continetur nihil aliud magis prætenditur, nisi vt primis quinque benedictionibus per dei gratiam affecti recte factis sextam promereamur, qua viro pio pax spiritalis expetitur dicēdo. Det tibi pacem, pacem inquam sanctorum, id est serenam mentem, animum tranquillum, cor simplex deum in se deo, vniōnis fraternæ consors, concordie participes; omnipotentis manu firmatum, conscientia pura quietum, hostium tyrānidē non facile expositū; vel certe ipsi terribile & in expugnabile. Talis nempe pax est plenū virtutis opus, dei donū, suauis iustitiæ fructus, felicitatis culmē, atq; inestimabile quoddam naturę diuinę confortiū. Ea vt in presenti vita inchoatur, consistaturq; diuiniatū: cōtempu, voluptatū cōtinentia insolentiæ depreffione, assiduq; rerum diuinarum meditatione, ita in futura perficietur, constabitq; omnimoda bonorum vbertate certissima ac rutilissima a quibusuis malis securitate, atq; immutabili cōsummata beatitudinis statu, id est, aperta deitatis contēplatione. Quæ omnia eodem orationis filo complexus fuisse videtur Esaias capite trigesimo secundo dicēs. Et erit opus iustitię pax, & cultus iustitię silentium & securitas vsq; in sempiternū & sedebit populus meus in pulchritudine, sine vt septuaginta trāstulerunt ἐν πάλαι εἰρήνη, id est in ciuitate pacis, & in tabernaculis fiducia & in requie opulenta, Hic nimirum est verus sabbatissimus, quo requieuit dominus ab omni opere quod patrarat, Nemp in se ipso, & in quo requiescūt pueri illius ab oibus operibus quibus per totas sex mūdī cōtates laboratū est.

Caput. xxxv.

Quod pax perfecta id est consummata omnium bonorum cum locum da quiete possessio, vltima patris benedictione in beatifico, & hominum, & angelorum pane tantum obtinetur.

Perue.

Caput. xxxv. fo. cxv.

Erueñimus tandem ad perio



dum, quæ est conclusio quedam & finis precedentium benedictionum. Inuocabunt nomen meum, siue imponent super filios Israel, & ego benedicam eis. Hęc vltima benedictio iā non est ab homine, sed ab ipso deo, nec agitur in tabernaculo quod transfertur, in iurissq; imbrū & cœtus pater, sed in tabernaculo Heb. 9. non manu mortali facto, quod manet in eternū tantumq; hæc benedictio ceteris antistatur, quantū corpus vmbre, aut res imaginē, & terminus vicę. Et quemadmodum vanū fuerit vmbra sequi nisi consequaris ipsa aliquando corpora, & imperfectū est imaginibus hęrere non conspēctis rebus, & inquietū & anxium semper iter facere, & ad finem nunq; peruenire, sic parū profuerit fide ambulasse, nisi ad speciem peruenieris: spe militasse, nisi cōprehenderis: dilectione aruisse, nisi iandē fructus fueris. Adde, quod exercitatio spiritalis, quandū hęc vita viuatur, quāuis habeat consolationes suas, tantum tamen laboris affert credenti, tantū assistionis speranti, iā tum languoris amanti, vt vix consolationem admittat, imo ipsa quę cōsolari possent, sicut illi quodāmodo materia maioris luctus, hinc ellę voces: pauci et mali sunt dies Gen. 47. peregrinationis meę, & nō peruenierunt ad annos patrum meorum, sufficit mihi dñe, 3. Re. 19. tolle animā meā. Nec. n. melior sum, quā patres mei. Quā dilecta tabernacula tua do Psa. 83. mine, cōcōspicit. & deficit anima mea in atria dñi. Quam bene senserat hanc vitam, nō dico improbam, sed honeste actam plenam esse difficultatis, laboris & luctus ille, Psa. 31. cui fuerūt panes sui lachrymę eius die ac nocte, Nouerit proculdubio tempus hoc potius esse aptum fiendo, quam ridēdo. Et quoniam musica in luctu importuna narratio, officia alia aliis idem propheta apte distribuens, vt peregrinis lachrymas, ita superinis ciuibus perpetuę & iocundę laudis cantiones tribuit, ad easq; beatos inuitat, vt pote Psa. 147. consummatę felicitatis cōpotes. Lauda, ait, Hierusalem dñm, quę iam perfectam vides pacem, lauda deum tuū Ston, quę eternitatem consecuta ipsum deū manifeste peculiaris. Lauda quia confortauit seras postarum tuarum firmissimis admirabilis glorię dotibus, & benedixit filiis tuis, iam non in hac valle lachrymarū, sed in te ciuitate munita, & omnibus bonis oppleta, Lauda Hierusalem dñm qui posuit fines tuos pacem, pacem eternam ac perinde perfectam: quoniam perfecta non potest esse pax, quæ æterna non sit, quod enim aliquando desitutum est intestino bello, quasi quadam gā greña, necesse est, paulatim absumatur: & rursus, beata nequit esse eternitas quę pacata non sit: vt tam pace perfecta & eternitate quiesca summa beatitudo confletur. Ex quo cōpertum quoq; habetur cōclamantibus vniq; mortalium miseris, posse quidem hominem quandū in terra sanguinis degitur, veram ad deū contingere pacem, perfectam vero nō magis quam absolutam illam suis numeris beatitatem: quæ soli habitatores Hierosolymę cœlestis securā quiete fruuntur. Lauda Hierusalem dominū, qui adipe frumenti satiat te. At cuius frumētū nempe deitatis, cuius altitū veluti granum in terram cecidit, quando verbum caro factum est. Hoc est verum manna alimētum cœleste hominum & angelorū, non vtiq; omnino simplex, sed deitate & humanitate conditum & mirabili quodāmodo gustui fruētium attemperatum. Man. n. Hebraice, non modo, quid significat: sed etiam id quod sit cōmissum & paratum conditumq;, non a condendo, sed a condendo: vt noueris panem illum viuum qui de cœlo descendit, nequaquē fuisse opificio humano concinnatum hominūq; a se cōparatum: sed cœlesti virtute cōfectum, necnon illi parentis pietate donatum, cuius adpetit omne in se delectamentum continet, & vniuersum bonum, quod a deo expecti potest. Quid enim bonum eius, vt ait Zacharias propheta, & quid pulchrum eius: nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines. Vides sacramentum corporis & sanguinis dñi certissimo vaticinio longe ante expressum: Cui accinit psalmographus

Q. 11

Psal. 71. Psalmo. 71. iuxta hebraicam expressionem *יהי עשרתי*, idest, Et erit placenta frumenti in terra in capite montium. Quos enim Zacharias appellauit electos & uirgines, hos Dauid dixit montes, oportet enim sacerdotes selectos esse media de plebe, & egregia quadam diuine sapientie prestantia eminare, & uirginem quandam, idest, purissimam vitam prestare. Quorum munus est, pape, Eucharistiam conficere, super capita attollere, populo dei adorandam, porrigere ex osculanda & comunicanda. In quo mfrum est, ut sibi conueniant hebraica testimonia. Nam pro eo quod in psalmo secundo iuxta translationem Caldaica nos legimus, Apprehendite discipulum. Et Hieronymus interpretatus est adorate pure. Nos possumus ex Hebraeo trans ferre, osculamini uel adorate filium uel frumentum, Bar enim & filium & frumentum significat, eademque dictio reperitur in utroque loco psalmorum, quos modo citauimus. Sed ne uidear longius a proposito digredi. Hec est adeps suauissima, qua sub umbra olim patriarchas deus aluit. Cibauit enim illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos. Eadem nunc sub ipsa rerum futurarum imagine nutrit cunctos catholicam fidei cultores, eadem implet pios hac uita defunctos. Ad quos illud Ezechielis com modum referri potest. Comeditis adipem in saturitate, & bibetis sanguinem in ebrietate de uisctima quam immolauit uobis. Nec alto tendebat Dauid, quam tali precatione ad deum agebat. Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum. Nos quoque totis uotis puroque corde precemur optimum atque maximum cunctorum honorum parentem donare nobis, sic plenis pietatis operibus esse placere, ut quum se creuerit pios ab impijs, feratur ad aures nostras beata illa filii eius uox. Venite benedixit patris mei, possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi. Vides ut benedictione paterna promouemur ad possidendam hereditario iure gloria, in qua contingit habere regnum illud infinitum, quod ex quo pater mundum creare de creuit, idest, ab eterno uniuersis dilecti filii sui confortibus destinauit; sed hec haften?

Caput. xxxviij.

Quod septem benedictionibus legalibus respondent septem petitiones orationis dominice, sicut & his septem dona spiritus sancti totidemque euangelice beatitudines.



Nam uero opere precium esse

arbitror, postquam, utcumque expolimus septem benedictiones, quibus uita beata inchoatur, proficit, & consummatur, eadem septem petitionibus oratione diuina contentis conferre. Spero enim nec inuicundum fore, nec inutile, uidere Christum nostrum circumcissionis ministrum, legis, prophetarumque expletorem, & quod precipuum est, gratiae euangelicae authorem, eadem nobis a patre expetenda precepisse, quae ille imo ipse cum eodem patre & spiritu sancto, facta benedictione per sacerdotes filijs Israel precanda olim instituerat. Nempe quae ad modum idem est omnium deus, idemque Christus, eademque fides, ita in uinum, eundemque finem contendunt sanctae in lege benedictiones, & diuinae in euangelio precationes. Turbae enim quae praecedebant, & quae sequebantur, concordati uoto clamabant dicentes, Osanna filio Dauid. Benedixit qui uenit in nomine domini osanna in excelsis. Ergo sicut in prologo orationis dominicae deus ipse dicitur pater noster, in caelisque habitare praesertim spiritualibus, longe lateque omni creaturam gloriam eius enarrantibus, sic & in praefatione benedictionum nuncupatur dominus filiorum Israel, idest, eorum qui fide confortati more Abraham, Isaac & Iacob aduersus totum mundum cum Deo praualent. Sed attende quantum legali benedictioni precatio christiana praestet. Illic deus appellatur dominus, quod sane nomen est inuicentis, seruosque deterreatis, hic autem pater, quod totum est amoris plenum, filiosque ad se allicientis.

licentis. Nec mirum, si quidem duobus his litera & spiritu, operibus & fide, timore & amore, idest seruili conditione & filiali libertate, lex & euangelium distant. Prima petitione diuina postulamus nominis diuini sanctificationem, non, quod optemus deo sanctificari orationibus nostris, sed quod petamus a deo, ut nomen eius sanctificetur in nobis, ut qui sacro baptismo Christo aggenerati sumus, sancti simus christianumque nomen christiana in nobis sanctitate polleat. Quod fiet si domini bonitate, prima benedictio nobis contingat secum afferens uerem illam honorum spiritualium copiam. Secunda precatione regnum dei in nos uenire rogamus, idest, coelestem uirtutem, qua firmati sumus. In regi magno subdamur & in regia illa sanctitate nobis donata persemus. Item secunda benedictione diuinum expetimus praesidium, quo a benedictis domini contrariae arceantur potestates, ne illius ope destituti, in demonum casses peccando incidant. Tertia postulatio quaeque, sic fieri uoluntatem dei ab homine in terris, sicut fit ab angelis in caelis, quam non per speculum in enigmate, sed facie ad faciem deum uidentes omnino ei obsequamur. Et tertio loco benedicitur homini, ut reuelata sibi diuina facie atque luce uerbi illustratus uirtutum turpitudinem a uirtutum pulchritudine, ita sapienter discernat, ut illa deuitans, has amplectens ueluti angelico quodam ministerio supernis imperijs prorsus pareat. Quid quarto oramus loco nisi dari nobis panem illum nostrum superflubstantialem, idest, Christum deum & hominem, ut eucharistia refecti hodie, scilicet in hac uita nonquam miserabili uerbi dei fame tabescamus. Et quid quarta optat benedictio, nisi praesentem semper habere paternam misericordiam, idest Christum filium eius unicum refugium nostrum & egregium propitiatorium quod ab omni calamitate nos reddit immunes. Quinta petitione supplicamus, ut flagella, quae pati debemus ob culpas, quibus offendimus deum, clementia paterna nobis remittantur. Et nihil aliud agitur quinta benedictione, nisi ut furor domini abscedat ab his, qui adhuc nonnullis peccatis propter priora delicta luendis sunt obnoxii. Iam uero sexta petitione, haud efflagitamus non tentari, sed ne permittat pater coelestis, quod deserti illius auxilio alicui tentationi uel contentiamus decepti, uel cedamus afflictis, sed parati de hoste uictoria, eam seruemus ad deum pacem, quam sexta benedictio habere exoptat, finis enim militiae christiane pax spiritus est. Tandem uelima precatione oramus deum, ut liberet nos ab omni malo, idest diabolo qui extremam malitiam fouet exercetque ut in uinculum malorum genus cunctos contrudat mortales, a quibus diuina tantum eademque postrema benedictione eripi possunt, quae consummata omnium honorum possessio in uino Christo beatificatore nostro uere pietatis cultoribus impenditur. Inuitabat hic locus conferre quoque precariis benedictionibus septem illas uirtutes, quae praecipue habentur, nisi abunde de illis in superioribus agitata esset. Illud autem peropportuum & non inuicundum lectori futurum spero, si adscripto huic nostrae collationi tanquam affinem, imo penitus cognatam, eam, quae Augustinus septem illis benedictis petitionibus sepius spiritus sancti dona, septemque beatitudines adnectit. Ait enim in libro de uerbis domini. Videtur etiam iste numerus, petitionum septenario beatitudinum, donorumque, spiritus sancti congruere. Si enim timor dei est, quo beati sunt pauperes spiritus, quoniam ipsorum est regnum caelorum, petamus, ut sanctificetur in hominibus nomen dei, timore casto permanente in secula seculorum: si pietas est, qua beati sunt mites, petamus, ut ueniat regnum eius: ut mitemur, nec ei resistamus. Si scientia est, qua beati sunt, qui lugent: oremus ut fiat uoluntas eius, sicut in caelo & in terra, quia cum corpus tanquam terra spiritus tanquam caelo cõfenserit, non lugebimus, si fortitudo est, qua beati sunt qui esuriunt, oremus, ut panis noster cotidianus, detur nobis hodie, quo ad plenissimam saturitatem uenire possimus. Si cõsiliu est quo beati sunt misericordes, quoniam ipsorum miseretur, dimittamur debita aliena, ut nobis debita nostra dimittantur. Si intellectus est, quo beati sunt mundo corde, oremus non induci in tentationem, ne habeamus duplex cor, sepo ralia & terrena sectando: de quibus tentationes fiunt in nobis. Si sapientia est, qua beati sunt

pacifici, quoniam filii dei vocabuntur: oremus, ut liberemur a malo, ipsa enim liberatio ratio liberis nos faciet filios dei, Quod si filios haeredes, cohæredes autem Christi, Philp. 4. Hic est omnium expendorum finis, & pax dei, quæ exuperat omnem sensum.

Caput. xxxvij.

De locupletissima felicitate quam demum consequuntur diuinitis benedictionibus donati eisdemque bene vli.



Quisitan sperabas: pertracta

ut benedictioibus, districturū me stili aciem in eos, qui canina quadā maledicta deum & hoies infestantur, sed nō est insituti nostri puras sanctasq; benedictiones, impuris & indecētib; maledictis fœdare. Habent enim illi damnationem suam apud Paulum, maledicti regnum dei nō possidebunt, quin potius in uat summa sequētem fastigia rerū meminisse, ad quamā felicitatē mortales diuinitis bñdictionibus donati, eisdēq; bene vli in regno celesti habendam promoueantur. Hi erū sunt quorū beatitudinem psaltes regius decantat, dīcēs, Beati, qui habitant in domo tua domine, in sæcula sæculorum laudabūt te. Quippe beati, qui præuerti bñdictionibus dulcedinis, secūdisq; meritis aucti eo peruenērūt, vbi summa pace & suauissimo cōsuetu, deo, summo bono cohærent, cohærentesq; placēt ipsi maxime, & quod diuinitissimum est, ac perinde felicitissimū, deus illis parti, vel potius lōge ampliori incunditate aspirat, arri det & applaudit. Nepe equissimus rerū arbiter, qui est oia in oibus beatis, donat eis tam firmo glæ perennis munere præditos esse, tam probe constabiltos, vt nullo modo diuellit ab illo possint, nec uelint. Ex quo securi de felicitate sua æternanda, fugi laude, modulatisq; tubilib; optimum summi boni principem admittantur, verētur, callaudāt, atq; magnificāt, iuxta illud, Beati qui habitant in domo tua dñe, in sæcula sæculorū laudabunt te. Reuera fœlices incolentes illa tua cœlestia habitacula regnator immense, laudes tuas concrepabunt in æternum, quā melior est dies vna in atris tuis super milia. Christe vnica mundi salus, faue votis, nosq; quantis minus dignos pietate tua vsus in cœlestem aliquid quando chorum admitte, vt & nos debitas maiestati tue: laudes cōtinuamus. Quod si recte Tullius definiuit, eos solos esse beatos, qui sunt in bonis, nullo adiuncto malo, nemo in hac vita mortali perfecte beatus est habendus, sed soli illi, qui bñuocentissimo rerū patre vnico & inexhausto vitæ beatæ fonte potiūtur, eodēq; præsentiatq; cōspicuo tanq; locupletissima quadam & pulcherrima totius veri boni officina fruuntur. Idq; in ciuitate dei nostri tā splendēdis, tam lætis, tamq; vartis habitatoribus cōposita, & in monte sancto diuinitatis eius, firmissimo sanctorum habitaculo, vt non timeas illos inde aliquando casuros, Qui confidunt in domino, sicut mons Sion non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Et a quo dimouerentur ab statu suo, qui regnāt cum eo rerum principe, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra, id est perfecta potentia super angelos & homines, vt cuncti illi vel iniusta, vel voluntaria obedientia absq; mora obsequantur, ita vt vel boni iussa cōpleant, vel mali poenas subeāt. Reddit itaq; dñator Christus eos, qui dū in humanis agerēt, passionum eius fuisse cōsortes, tutos in regno suo atq; securos malorū, cū eorū q; nostrā hanc vitā sollicitat, turbāt, infestāt, imo turpissima plerūq; libidine iucefāt, tum eorū q; ppetuo dñatos torquēt. Quod si appetunt opes, diuinitis beati bonis potiunt & spiritalibus thesauris abundant, q; diuinitē solē sunt verē atq; stabiles. Plane solē virtutes, & q; eas sequuntur præmia, solidæ sunt opes atq; perennes, vt pote q; gratia dei paranē, magna securitate possidētur, durant perpetuo, nullo angore possessores suos præmūt, sed potius omnem inopiam ab illis fugant: necnon cunctarum rerum expendarū reddūt

Psal. 83.

Psal. 124.

Matt. 23.

reddunt locupletissimos. Talibus donis, tam amplis, tam magnificis omni potens mundi fabricator electos suos honestat, & ad cumulum beat in superna illa ciuitate, in qua gloria ingens & diuinitæ inestimabiles abundāt. Quam cōmode Elfas propheta allicit nos, ad desiderium videndi preciosissimas regni cœlestis diuinitas. Oculi inquit tui videbunt Hierusalem ciuitatem opulentā, vere opulentam in qua sola est omnino da sufficientia. Illic tandem rerum omnium abundantia perfruemur. Illic tandem hic appetitus noster quātumuis cupidinosus, quamuis infinitus, ad saturitatem vsq; explebitur. Satiabor, inquit, cum apparuerit gloria tua. O quā admirabilis erit tibi, quædam honestæ satietatis & casti desiderii concordia, vbi tali temperamento satietas & appetitus conuenient, vt saturati desideremus, ne satietas fastidium generet, & desiderantes satiemur, ne cum anxietate satiet desiderium; tale delectamentum, tam variū, tam iucundū, quærentibus se pollicetur diuina sapientia apud ecclesiasticum, dicens. Qui edunt me adhuc esuriant: & qui bibunt me adhuc sitient. Quale gaudium nostrum erit, fratres charissimi, quum introducti fuerimus ad diuinitum illud conuiuium, quo epulati torrenti quodam ineffabilis voluptatis absorbentur, quicunq; homines hinc in cœlum pietatis pennis subuecti sunt. Nonne putas in summo felicitatis fastigio collocatos eos esse: qui angelorum panem comedentes in saturitate iuuuissimum, optatissima mortalibus libertate potiuntur? Illinc longe abest hostiū terror, longe læta tyrannis, longe vel leuissimum molestæ seruitutis iugum, nihil inuris habet illic Phæro, immanis ille Israeltici populi oppressor. Quoniam illa quæ sursum est Hierusalem, quæ vt ait apostolus, est mater nostra, libera est. Nec enim eam, vt illam terrenam incurfionibus palestini infestant, nec per sauo milite obsident, neq; Babylonū furiali feritate excidunt, vastant aque diripiunt. Non Antiochus, Pompeus ve prophanat, nec instantes Itali, per extrema belli mala abire compellunt. Sed est ciuitas aurea, adamante munita, muri eius ex aspide constructi, fundamenta vario lapide precioso facta ornataque, habet duodecim portas, totidem margaritis insignitas. Inuigilant custodia apostoli duodecim, inuicti populorum principes, tuentur eam gloriosi martyres, stat pro mœnibus innumerus cœlestiū virtutum exercitus. O pulchrum spectaculum, videre Michælem cœlestis militiæ principem, deturbantem e summo cœlorū cardine, ad usq; ima profunda antiquū illum versutū atq; rebellem draconē. Nō, n. valuit spiritus neq; resistere virtuti dei, quæ in Michæle eminebat, nec poterat diuinitus permanere hortator ille scelerū, ac teterū discordia seminariū in loco sancto, & vrbe pacis. Quominus licet nobis hominonibus sperare confesuros esse illuc, vnde lucifer ille cecidit, nisi noxias dēmonis artes toto peccote auersemur, flagitiarū itemus omnia, supercilisū ita deponamus, vt demissis animis a deo solo toti pendeamus, Sic, n. petitur cœlū, nō vt ferat Ossam Olympus, Pelicacus ve summa sydera tangat apex. O patria antiqua, o vrbs inclita, vrbs viris potens, potēs & angelis potēs deo, potens & vberē glebē, nō istius Lybice, sed illius paradisi ac quæ sola germinat cultoribus suis & huberrima, & selectissima pascua. Beati, ait, mites, quoniam ipsi possidebunt terrā. Quam terrā? mortuorū? Nihil minus, sed illā, cuius obtinēda fiducia lætabundus plures canit. Credo videre bona dñi in terra viuentiū. De hac, n. verissime dicit, quod Salustius in Cartaginē retulit. De hac inq; meli⁹ est tacere, quā pauca dicere, cuius maiestas satis celebratur religioso quodā silentio, quam audaci loquacitate. Quis sancto cōsequetur gloriā illius vrbs, quam dñs exercituum, deus omnipotēs, vndiq; gloriosus inhabitat, admirabili sapientia gubernat, fulgore plusq; cæthero illustrat, inuicta potentia seuat, plenissima bonitate fouet: ac deniq; magnifice prohibet, ne quisquam flagitiosus eam ingrediatur, eiusq; sedes sacras cōtamnet. nihil enī, vt asserit in Apocalypsi diuus Ioānes, inquinatū intrabit in illā, & merito. Abhorret, n. natura rerū munda immūdis misceri, & pulchra turpibus fœdari. Id qd gētilis vates nature in finitū percitus secinit, Nulli fas scelerato castū in sistere litnem.

Psal. 16.

Eccle. 24.

Gala. 4.

vbi per se uo, lege Per se se uo. Ex Apoc. vbi aqua. lege atq.

Matt. 5.

Psal. 26.

Virgil.

Aniudueris, quæ admodum pius rerū cōditor gentilitio testimonio admonet, mor-
 tales capessere sanctimonia sine qua gentium doctor asserit, neminem visurum deū.
 Hinc & mūdī cordes Christi beatificat, quā ipsi viderūt deum. Imo iam olim p pro-
 phetā tale quiddam pceperat, Estote sancti, quā ego sanctus sum dñs deus vester. Ac
 si diceret, pietatem colite, o mortales, sapientiā amplectimini, modestiā tenete, virtutē
 exercete, iustitiā pstate, ac grite sanctitatē, morūq; mūditiā seruate, alioq; nullū access-
 sus, nullū vobis ad pater potest ad me, q; debita solū religioe placoratus, innocē-
 tia teneor, charitate traor, & oimoda puritate oblector, Tales fuere maiores nri, viri
 illi sancti amici dei, pii, humiles, iusti, trāquilli, mites, mundicordes, atq; pudici, eaq;
 propter ad felicem illam dei visione admisi, in admiratiōe & precio nobis habē-
 tur, Nitamur & nos illam ingredi requie, ne sum tantū aliorū admiratores, Nemo
 nō admittit ad illorū cōfortium, modo mūdus accedat, Si quidē sumus ille supnæ
 civitatis princeps a deo bonorū cūctum multitudīne, nō exclusi vel atatur, vt cōtem-
 ptorib; ceu indignis neglectis debiles & claudos & pauperes, modo nō impuros, ad
 prandii suum intrare cōpellat. Cōpellit autē, nō vtiq;, vt ingressos vinculis & carce-
 ra premat, sed vt libera iucūditate afficiat, & iucunda libertate, de qua & Paulus ap. Ius
 vaticinatus est, dicens. Liberabitur creatura a seruitute corruptiōis corporis huius
 in libertatē gl'ie filiorū dei, quā profecto nullus tumultus, nullaq; seditiō sit infusca-
 tura. Namq; libertati eorū, qui regno cœlorū digni sunt habiti, nemo vnq; officit,
 nō mundus, nō dæmon, nō angelus, non ipse deus. Huc pertinet q; sicut pater cœlestis
 cuncta gerit ad votum. Iesu Christi dei & hoīs, ita & singula præstat pro desiderio san-
 ctorum oīm, qui sunt membra filii eius pulcherrima, Qua de re exultans ille in psal-
 mo canit. Sanctus, qui in terra sunt eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis. O
 terram vluentū, terram benedictam, terram mirabilem, terrā tam bonorū fertilem,
 q; malorum immanem, in qua incolę gestorū memoria illustres, & honesti, incolę,
 proborū studiosi, improborū intercessores & magnifici & pietissimi munifici volū-
 tatibus & indefessis laudibus cōmendant vluentem in secula. Quā anxie hanc liber-
 tatem expetebat Paulus, quū veluti totius generis humani voce exclamauit. In seclis
 ego homo, quis me liberabit de seruitute corporis mortis huius? & cunctis libimet
 ipse rēpōdit. Gratia dei per Iesum Christū dñm nr̄m. Et quæ est ea gratia? sane fidei.
 Q; tot quot em̄ receperūt eū dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credūt in no-
 minie eius, siquidē fide hoīs dei efficiuntur filii, si de quoq; sunt liberi. Cōstat em̄ si
 lios regios, liberos esse, Heu, heu, q; turpe est, Codrū regem apud Atheniēses, apud
 Romanos Decios patrem & filium, insignes consules, paganos hoīs, absq; futuræ
 beatitudinis spe, pro asserenda patriæ suę libertate adhuc dubia, & obenta, breui ta-
 men peritura, hostium telis appetendos sese fortiter obtectisse, nos vero Christianos,
 quorū est spes & adoptio filiorū dei, quos deus ipse in verā perpetuamq; libertatē sui
 guine suo vntificauit, inertia desiderere lentissima. Heu grande psculū, tanta ignaui-
 aspernaricocie illud bonum, quod oēs mundi opes inter capedine longissima præ-
 terit. Præsertim cum tales duces habeamus, qui nobis possint rem facilem ostēdere,
 & meritis adiuuare, & exēplis allicere, sanctos oēs intelligo, qui peccato immunes,
 Christo ad hāc, ea polleat libertate, qua merito prædicant beati domus dñi habita-
 tores. Quod sitoto conu ad hoc diuinū & admirabile beatę libertatis brantū aspī-
 rarem? Aspiraremus, dico, quia nō gūgātea corporis mole, sed ignea spūs sancti vi,
 hoc negotiū gerit, proculdubio contingeret etiā nobis sublimis illa cœlicolarū po-
 restas, adeo mirifica, vt per eā fiant homines omnino vtorū suorum cōpores. Nam
 quæ admodum deus potestate sua repente perficit quicquid vult esse factū, sic & beati
 cūcta, quæ ex desinita sentētia expetunt, sine cōtrouersia obtinent. Nihil em̄ sic aliud
 q; quod deus vult, ipsi volunt, nec voluisse possunt, sublimiter itaq; rerū possuntur
 delamici, quib; salua illi gūgā, licet præstare, iusserit quocūq; volūtas, Potēs, inquit,
 in terra,

in terra nempe vluentium, semen eius, certe Christi, generatio rectorum benedictę,
 scilicet opulentia bonorum oīm cuncti iusti atq; benedicti patris cœlestis opplebun-
 tur. O genus electū, O regale sacerdotiū, O Christi sacra propago, quāta est nra soli-
 citas steani nouerimus, quā beata fors, quibus solis datū est consequi perpetuoq; pos-
 sideri illam potentem lebertatem, necnon liberam potestatem, quam toto orbe quęsi-
 tam Hercules monstrorū ille domitor, tātis laboribus exantlatis, minime obtinuit,
 quippe qui tandem ptheris ignibus perisse fert. Non illam adeptus est ille magnus
 Alexander, tot victoris gloriofus, nam quantā obsecro aquillę venenatę guttula
 Babylone correptus animā efflauit. Non Pōpeius Magnus, a gregario milite capite
 cęsus, Non etiādem emulus Iulius Cęsar viginti tribus scētib; apud capitolū con-
 fectus, non deniq; reliqui gentium principes scētib; tyranni, quorū infelicē exitum
 mors ęterna, mors maiorū pessima cōmitat. Verum enimvero tāto munere donan-
 tur modesti patriarchę, diuini prophetę, selecti apli, pauperes Christi discipuli, for-
 tesq; martyres, ac summissi cōfessores, intactę virgines, imbelles viduę, castaq; con-
 iugia, O modestiam optabilem, quæ talem libertatem parit. O felicem abiectionē,
 quæ ad tantę potentię fastigium mortales enehit. O beatam paupertatem, quæ tot
 tantisq; opibus cōpensatur. Beati, inquit, pauperes spiritu, quā ipsorū est regnū cœ-
 lorum. In quo regno ea est cūctorū bonorū expetēdorū vbertas, quæ nec Athicę
 elocutiōis elegantiā nec Asiaticę copia, nec Romanę distictis grauitate, nec Hebraicę
 proprietate, nec alicuius alterius linguae, caractere quātūvis sublimi, præter q; diuino,
 pro res dignitate possit explicari. Præclare Mantuanus. Nullū nomen adhuc huma-
 na industria fecit par diuorū opibus, requies ęterna, triumphus, gl'ia, lux, epulę, di-
 uum p'sentia, nectar, ambrosia, & quęcunque hoim vlgilantia fecit noia signandis
 opibus cœlestis olimpi, rem mīaus attingunt, quā fluminis vnda profundū ocea-
 num, vastis terram, qui fluctibus ambit, quam domus hæc cœlum immentum, quod
 sydera torquet. Illic aliud vitę genus, altera rerum nomina, terrens non conue-
 nientia rebus. Illuc raptus Paulus videt arcanā, quæ non licet homini loqui. 2. Cor. 12
 Vidit Esaias dominum sedentem super thronum excelsum, plenamque domum a
 maiestate eius, sed iubetur hominibus stilo hominis vnta tradere, ne forte quid altius
 & inaccessum mortalibus, audacter magis q; cōmūde aggrederetur. Itaque nullate-
 nus ad lancem voce humana expendi possint opima illa & inexhausta præmia, quæ
 præparauit deus diligentibus se. Quod si nō videntur quomodo tantopere desiderā-
 tur: siquidem ignota amari nequeūt, Nepe amanē, vt prædicantur, prædicantur, non
 vt aperta in luce in hac vita videantur, sed per speculum creaturarum & in fidei cni
 gmate, vt cunq; percipiuntur & credantur. Eadem namque illa per se mundo non
 vnta, nec mortalibus ex toto comprehensa, & ad plenum ineff. billa, mirabili quo-
 dam modo fuere a patriarchis præsignata, a prophetis prædicta, a Christo domino
 tradita, per apostolos prædicata, firmata tanto martyrum sanguine, pietate confesso-
 rum celebrata, a doctoribus digesta, ecclesiasticis sanctionibus comprobata, a vtr-
 gnis denique aliisque sanctis fide credita, spe desiderata, & charitate quęsita. O
 ter quaterque beatos, qui tam vident ampliora, quæ crediderunt, possident potiora,
 quæ sperauerunt, fruuntur certo quodammodo maioribus, quam dilexerunt, vnta-
 ueris enim verę felicitatis numeris longe meliori nota quantum ad eos pertinet,
 illic quam hic potiuntur. O nos felicissimos, si aliquando contingat nobis tan-
 tæ beatitudinis consortium. Quod proculdubio eueniet, si quando in hoc exilio
 peregrinamur adambratam quandam beatitudinem & illius futurę ac verę imā-
 gtnem bonis moribus præstiterimus, qualem Christus apud Mattheum depingit
 dicēs. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites,
 quoniam ipsi possidebunt terram, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
 Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericor-

Mat. 5.
 Levit. 20.
 Roma. 8.
 Psal. 15.
 Roma. 7.
 Job. 1.
 Psal. 111.

Mat. 5.
 2. Cor. 12
 1. Co. 13.
 Mat. 5.

des, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum colorum. Beati etiam, quum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omnino malum aduersum vos mentientes propter me, gaudete & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Vides quibus virtutibus comparanda nobis est merces illa magna nimis, quae totum Dei continet bonum. Quare aedum vt illius compositos simus, accingamur Christiana virtute, & per stadium huius seculi strenue currentes, tendentes ad caelum, carnis repagula perfringentes, vitantesque huius mundi offendicula, & inextricabiles vitiorum laqueos transuolantes, toti rapiamur in deum, toti transformemur in Christum, eumque in primis pietatis ducem sequamur, imitemurque apostolorum paupertatem, discipulorum Christi mansuetudinem, prophetarum lucum, patriarcharum iustitiam, sanctorum victuam misericordiam, virginum mundiciem, confessorum pacem, martyrumque tolerantiam, & ad extremum, aut omnes omnium, aut singulorum virtutes amplectamur. Nec enim dubium est si pro modulo nostro curauerimus tales esse, quales & illi fuerunt, quin erimus eorundem praemiorum participes, cohabitabimus eandem magni patris familias domum, & cum illis triumphabimus & conregnabimus. Venus idemque est dominus ipsorum & noster, diues in omnes, qui inuocant nomen eius.

Eph. 2.

Quanta erit nostra felicitas, quando nobis contemplantibus deum exhibitur insatiabilis haec veri visendi cupiditas, quae suapte natura inest mentibus nostris. Quod tandem (vt verbis vtar Tullianis) spectaculum fore putamus: quando totam terram intueri nobis licebit, eius tam situm, formam, circumscriptionem, tum & habitabiles regiones, & rursus omnino cultu, propter aut vim frigoris, aut caloris vacantem. Deinde quarum molem, aeris perspicuitatem, ignis vim, coelestes orbis, planetas, sidera, eorumque motus, variasque vires. Pulchrum hoc quidem spectaculum, sed longe pulchrius: quum dabitur intueri compositas ad mirros ordines caelestium spirituum hierarchias, angelorum ministeria, archangelorum legationes, principatum praefaturas, potestatum praedia, virtutum miracula, dominionum praefaturas, thronorum pacem, cherubim plenam scientiam, seraphim ardorem. Nosque intra caeli senatum admissos, vt pari beatitudine contemplerur claro intuitu, & admiremur insignem illam mulierem amictam sole, habentemque sub pedibus lunam, capitque duodecim stellarum corona redimitum, Et ad summam, quod spectaculorum maximum est iucundissimum. Ad ipsum aetherae lucis inaccessibilem fontem per gratiam Christi pueniemus, a quo inexhaustum suauissimam voluptatis torrentem, haustu perpetuo hauriemus. Haurietis, inquit, in gaudio aquas de fontibus saluatoris. O aquas salubres. O aquas vere vitales, quae solasitum humanis de mentibus expellunt. O visionem beatissimam, qua nihil videntem latet eorum quae in creaturae beatae cognitione cadere oportet. O mercedem amplissimam, cui nulla hominum angelorumue merita sunt condigna. O benedictionem vberissimam, maximam, optimam, que omne malum, omnem miseriam, omnem indigentiam a mortalibus ita excludit, vt reddas eos consummata omnium honorum aggregatione perfectos. O nimum perfecte beati, quibus demum contigit consummatam felicitatis omnino compositos esse. Quippe qui ad summam, pro fidei meritis, fixa mentis acie clarescentem primum veramque lucem, absque ullis variarum cogitationum turbulis iucunda quiete contemplantur, pro spe certaminibus perpetuo iure securisque animis supremo rerum cardine potenti, pro benignis charitatis motibus, suauissimo gustu, summa bonitate fruuntur. Adest illis praeterea non vti quae incerta vel timida, sed certa tutaque cum ingentis fiducia de rebus agentis sententia, pollent excelsa quadam animi magnitudine, quae summos communi domino gratissimis obsequiis honores rependunt, At insistent munera tam procule litore, tam propense sibi inuicem reddunt, quam longe ab vnoquoque illorum quousque indigentia

Apo. 12.
Vbi est iucundissimum, lege est et iucundissimum.

Esai. 12.

indigentia adest. Modesteque autem leges tam pulchro morum concentu inter se obseruat, vt non modo nulla cupiditate alter alterius oculos offendat, sed admirabili quodam decore vehementer oblectet. Et ne vlla pars a beatitudine vacet, accedunt quatuor illae spectatissime glificati corporis dotes. Incorruptio perpetua, qua non tantum beati erunt immortales, hoc enim & damnatis accidit, sed & impassibiles. Absergat enim nec vno oem Apoc. 21. lachrymam ab oculis eorum, & mors illis vltra non erit, nec luctus, nec clamor, nec vllus dolor erit, quae prima abierunt. Claritas fulgentissima. Fulgebunt autem, iuxta sicut sol in regno patris eorum. Agilitas perniciosissima, vbi cumque enim voluerit spiritus, illic protinus Mat. 13. erit & corpus. Fulgebunt, inquit, iusti, & tanquam scintillae in arundineto discurrent. Subtilitas denique quaedam spiritualis qua absque villo animali impedimento, absque vlla lassitudine & molestia, caro spiritui deseruet, sequiturque in quoscunque velit ea caelestium orbium fines deducere. Qui sperant in domino, inquit Esaias, mutabunt fortitudinem, assument pennas, vt aquilae current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient. Iam vero quis erit dicendi finis: si explicare longioribus velim, pro contemptis diuitiis, quam multi plerique in vno deo sufficientia beati abudant, pro potentia posthabita, quantum apud omnipotentem possint, pro dignitate despecta, quantum sint apud diuinam illam maiestatem, pro inani gloria contempta, in quanta sunt admiratione omnium creaturae, pro voluptate praetermissa, quam solido veroque gaudio longe lateque fruuntur. Maiora sunt haec virtutibus nostris, mortalium cogitationes votaque transcendunt, quaedam hic virtutis credi possunt, non intelligi, sperari, non teneri, amari, non possideri. Quamobrem vna nobis reliqua cura superest, diuinas benedictiones summis votis expetere, assiduis precationibus efflagitare, sanctis actionibus promereri, benedictionem nobis deum semper benedicere, maledicentibus nobis benedicere, imo altos benedictos habere, vel certe optare, nec non omnia tam honeste, & vt ita loquar, benedictae persequi, vt de nobis dicatur illud, hoc est semen, cui dominus benedixit, seminemus in benedictionibus, de benedictionibus & meremur. Curemus benedicti in terra, & proculdubio benedicemur in caelis, proposuit nobis dominus benedictionem, & maledictionem, ne simus stulti & ingrati extrema damna nobis acquirere. Si quis enim noluerit benedictionem, elongabitur ab eo, & accipiet pro benedictione maledictionem. Simus autem prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbae. Si quis enim fuerit innocens manibus & mundo corde: nec acceperit in vanum animam suam, nec iurauerit in dolo proximo suo, hic accipiet benedictionem a domino, & misericordiam a deo salutari suo. Iesu nempe nostro magnificentissimo mo benedictionum caelestium auctore eodemque expletore, cui perpetuo adamandum est euangelicum illud a beata turba decantatum elogium. Benedictus qui venit rex in nomine domini, pax in caelo, & gloria in excelsis. Ad te tandem conuersio mea anima mea. Agnosce conditorem tuum, venerare dominum, dilige parentem, liberatorem precare, amplectere redemptorem, iustificatorem obserua, glorificatorem celebra, beatificatorem expecta. Gaudens gaudente in domino & exulta in deo tuo, iubilans in laetitia, apprehende psalterium cum cithara & ex toto corde, totaque mente totisque visibus Dauidicis hymnis, benedic anima mea domino, & omnia, quae intra me sunt nomini sancto eius. benedic anima mea domino, & noli oblitisci omnes retribuitiones eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & misericordibus. Qui replet in bonis desiderium tuum, renouabit vt aquilae iunetus tua. benedicta gloria domini de loco suo, qui est super omnia deus benedictus in secula. Amen.

Teles.

COMPLVTI EXCVDEBAT IOANNES BROCARIVS
anno salutis nostrae millesimo quingentesimo quadragesimo
sexto mense Nouembri,

M Alim semper nostram officinā, lector optime, ego ipse negligentiae palam insimulare, errorum, siquae sunt te admonendo, quam tuae utilitati atque compendio v. l. a ex parte non prospicere: ea dissimulans ac praetermittens, quae te vel paululum offendere vel tantillum remorari potuissent. Quamquam nulla, uti credo, in tam infinitis erratis negligentia est, quin leuis potius & inevitabilis incuria, quam nullus quantumvis oculatus, quantumvis aduigilans inter excidendum evadit.

In prologo ad spectatorem, Christus, lege Christi.
 Folio. i. pag. i. lin. xxvij. uel lege sed.
 ibidem. pag. ij. lin. xvij. latius lege satius.
 Folio. iij. pa. ij. lin. xxx. sed quod eis ut deo. lege sed quod in eis ut deo.
 Folio. iij. pag. ij. lin. xxxvij. trea lege tres.
 Fol. v. pag. i. lin. viij. flauto lege statu tuo.
 Ibidem. pag. ij. lin. ultima. alienam lege aliena.
 Folio. vi. pag. i. li. iij. egrediendo lege a grediendo.
 Ibidem. lin. xxv. mo neq. lege mouetq.
 Ibidem. lin. xxx. imperari leg. imperare.
 Folio. ix. pag. i. lin. vij. exort. ando lege exhortando.
 Ibidem. pag. ij. lin. xl. Abraam lege Abraham.
 Folio. x. pag. ij. lin. xxxvi. quoque lege neque.
 Ibidem. lin. xlv. oblatam lege oblatum.
 Fol. xij. pag. i. lin. xx. indichus lege indutus.
 Folio. xij. pag. i. lin. xxxij. quidam lege quiddam.
 Ibidem. pag. ij. lin. xix. lege, le. legi.
 Folio. xv. pag. i. lin. xliij. arta lege arte.
 Ibidem. pag. ij. lin. i. Dissipauerat los Dissipauerat.
 Folio. xvi. pag. i. lin. xlvj. ueris lege ueteris.
 Ibidem. lin. xxi. continetur lege cōtinentur.
 Folio. xvij. pag. i. lin. xvij. totum lege tota.
 Ibidem. li. xxxij. reformata. le. formata.
 Folio. xix. pag. i. lin. xxvij. subibus lege iudibus.
 Ibidem. lin. xxxi. perficla lege perficla.
 Ibidem. pag. ij. li. xi. flucius lege fructus.
 Ibidem. lin. xx. agricolano lege agricolario.
 Ibidem. lin. xxij. immūdisimo le. in mūdisimo.
 Ibidem. li. xxxi. purcissimis lege spurcissimis.
 Ibidem. lin. xxxij. uiriditate lege uiriditate.
 Folio. xxi. pag. i. lin. xliij. mœstia lege mœsticia.
 Ibidem. pag. ij. lin. xv. cruciatum lege cruciatum.
 Folio. xxij. pag. ij. lin. xxvi. cōuoluit lege cum uoluit.
 Fo. xxij. pa. i. lin. xvij. praedestinavit le. praeslinavit.
 Ibidem. pag. ij. lin. xv. gemas lege genas.
 Folio. xxvi. pag. i. lin. xxv. in fine lineae ex du. lege ex ducis.
 Ibidem. lin. xxxv. expectanda lege expetenda.
 Ibidem. lin. xxxix. incur sibus lege incur sibus.
 Folio. xxix. pa. ij. lin. v. percussit lege percussit.
 Ibidem. linea vltima hbiturus lege habiturus.
 Folio. xxx. pag. i. lin. viij. impugne lege impune.
 Ibidem. pag. ij. lin. xix. unicunq. lege unumq.

Ibidem. lin. xxv. sacrificadum lege sacrificado.
 Ibidem. lin. xxvij. noluerunt lege uoluerunt.
 Ibidem. lin. xlv. sacerdotem lege sacerdotem.
 Ibidem. pag. ij. lin. xi. obtuli lege obtulit.
 Folio. xxxij. pa. ij. lin. xxxij. aplicis lege apostolicis.
 Folio. xxxij. pa. i. li. viij. crucifegeret le. crucifegeret.
 Ibidem. lin. xxvij. multum lege multum.
 Ibidem. pa. ij. lin. xlvij. dilegetur lege dili getur.
 Folio. xxv. pag. ij. lin. xxxv. tollendas lege tollendis.
 Fol. xxxvi. pag. ij. lin. xxxij. paulo lege paulo.
 Folio. xxxvij. pag. ij. lin. xlvij. pretransret lege pertransret.
 Folio. xxxvij. pag. i. lin. xxxxi. dicebat lege decebat.
 Folio. xli. pag. i. lin. xxxxij. obiecit lege abiecit.
 Ibidem. pag. ij. lin. xxxix. achad lege pachad.
 Folio. xliij. pag. i. lin. xxxxij. ineri. rē lege iniorē.
 Fo. xliij. pa. ij. lin. xxxxij. excipere lege excipere.
 Folio. xlv. pag. i. lin. xxxxij. illa lege illam.
 Folio. xlv. pa. ij. lin. ultima. sanguis lege sanguis.
 Folio. xlvij. pag. i. lin. xxv. protusus lege prorusus.
 Folio. li. pa. i. lin. xlvij. ad immortalitatis lege ab immortaltitatis.
 Ibidem. pag. ij. lin. xxx. & lege ut.
 Folio. liij. pag. i. lin. xvij. abēdus lege habendus.
 Ibidem. lin. xxxvi. ausculetemus lege ausculetemus.
 Fo. liij. pag. ij. lin. xxij. uerbis lege urbis.
 Fo. liij. pag. ij. lin. xxxi. Cunctis lege cuncti.
 Fo. lvi. pa. ii. lin. xlvij. partipes lege participes.
 Folio. lix. pag. i. lin. xxxij. uitale lege uitale.
 Ibidem. lin. xxxv. am lege an.
 Folio. lxx. pag. ij. lin. iij. impietate lege impietate.
 Folio. lxxi. pa. ij. lin. xxxix. alitudinem similis. lege alitudinem nubium similis.
 Folio. lxxij. pag. i. lin. xxxvi. uebum lege uerbum.
 Folio. lxxij. pa. i. li. viij. profecto liberatoris imagine crucemq. dele totum.
 Ibidem. lin. xxviii. uedentes leg. uidentes.
 Folio. lxxvi. pag. i. lin. xvi. quod lege quos.
 Ibidem. pag. ij. lin. xij. montidus lege montibus.
 Folio. lxxvij. pag. i. lin. xxxvi. Quam lege Quem.
 Ibidem. pa. ij. li. xxxvii. ad lege at.
 Folio. lxxix. pa. i. lin. xij. Samaritidi le. Samaritidi.
 Folio. lxxxij. pag. ij. li. xliij. que. lege qui.
 Folio. lxxxvi. pa. i. lin. xliij. commentariorum lege cō-



mendatariorum.
 Fo. lxxvij. pa. i. lin. xvij. simi offiſq. lege ſimofſſq.
 Ibidem. pa. ij. lin. xix. potentia lege potentia.
 Fol. lxxvij. pa. i. lin. vij. ſimilexſit lege intellexit.
 Folio. lxxix. pa. i. lin. vi. diabalo lege diabolo.
 Folio. lxxxij. pa. ij. lin. xxvij. qui lege quis.
 Folio. lxxxvi. pa. ij. lin. xxij. temperet le. temperent.
 Ibidem. li. xl. obnuit lege abnuit.
 Folio. lxxxix. pa. i. lin. xli. inde lege vide.
 Ibidem. pa. ij. lin. xxxij. terrere lege terreri.
 Folio. xc. pa. ij. li. xxij. Architophelis le. Achitophelis.
 Folio. xci. pa. ij. lin. v. expeſſentibus lege expeſſetibus.
 Folio. xcij. pa. i. lin. xvi. deliberandū lege delibandū.
 Ibidem. lin. xxxvij. generetur lege geretur.
 Fol. xcij. pa. i. lin. xv. uiuit lege uiuitur.
 Ibidem. lin. xxxi. eum ſines le. eum oēs ſines.
 Folio. xciv. pa. i. lin. xxx. inquit lege inquit.
 Ibidem. lin. xliij. ætera lege æthera.
 Folio. xcvi. pa. i. lin. xxxi. obſeruati lege obſeruata.
 Ibidem. lin. xxxvij. tum. lege tem.
 Ibidem. pa. ij. li. xxxv. affeſus lege effeſus.
 Folio. xcviij. pa. i. lin. i. permittet lege permittit &
 Ibidem. lin. xxxvij. Dicere dominus. lege dicere:
 Dominus.
 Ibidem. lin. xxxvi. iuſſit le. iuſſitæ.
 Folio. xcix. pag. i. lin. iij. de certis lege decretis.
 Ibidem. lin. xlviij. deniſta lege denita.
 Fol. c. pa. ij. lin. xxvi. immortalibus le. in mortalibus.
 Fo. ci. pa. i. lin. ij. accinitur lege accinit.
 Ibidem. pa. ij. lin. xxxv. ablatiſ. lege oblatiſ.
 Ibidem. lin. xxxvi. deturpet lege deturbet.

Fo. ciij. pa. ij. lin. xlvij. torbi lege turbi.
 Ibidem. lin. ulſudementiæ lege clementiæ.
 Folio. ciij. pa. i. lin. x. quanquam lege quam.
 Ibidem. lin. xxxix. perhibet lege prohibet.
 Ibidem. pa. ij. li. xvij. nullæ lege mille.
 Fo. cvij. pa. i. lin. xvij. imprudētiæ leg. in prudētiæ.
 Fo. cix. pa. i. lin. xvi. cōnſciētis lege amūciētis.
 Ibidem. lin. xxxiii. obſtentauerit lege oſtētauerit.
 Folio. cxij. pa. i. lin. xxxvij. uobis lege nobis. ibidem
 tanq̄ lege tāque.
 Folio. cxij. pag. ij. lin. iij. obiectum leg. obiectam.
 Ibidem. lin. iij. intendit lege incendit.
 Fo. cxij. pa. ij. li. xliij. amapum lege amarum.
 Fo. cxv. pa. i. lin. xxxvij. impugne lege impune.
 Fo. cxvi. pa. ij. li. xxxix. interiturū le. leg. interiturū.
 Fo. cxvij. pa. i. li. xv. impugne le. impune.
 Ibidem. pa. ij. lin. xxxix. præceditur le. præcedit.
 Fo. cxvij. pa. i. li. x. abſote lege abſolute.
 Ibidem. lin. xxxix. propriū le. proprium.
 Fol. cxix. pa. ij. lin. xi. neſarium le. neſarium.
 Fo. cxx. pa. ij. li. viij. agnū le. annum.
 Fo. cxxi. pa. i. lin. ij. aut le. haud.
 Ibidem. pa. ij. lin. ij. illi le. illis.
 Fo. cxxij. pa. i. lin. xvi. elle leg. ille.
 Fol. cxxij. pa. ij. lin. xxxv. illud lege illud.
 Ibidem. lin. xxxvi. aliquando le. aliquando.
 Ibidem. lin. xxxix. imiſta lege imita.
 Folio. cxxiiij. pa. i. lin. xxxvij. paraſiſta le. paraſiſta.
 Fo. cxxv. pag. i. lin. vij. æthereis leg. æthereis.
 Fo. cxxvi. pa. i. li. xxxij. adamādum le. acclamādū.

